

8° Bibl.
2232
2232. Bibl.



416 049 977 700 19

Illuminet oculos meos, ne unquid
obdormiam in morte, nisi quando
inimicus meus prevaluerit adversus eum

Quisser

Pro multis tuis dominie sancte mihi
scientiste me domine deus veritatis

Tractatus

Converte sum in angustia mea, dum fo-
dietur peccatori fovea mea

Et numquid dicium meorum erit fi-
et sicut erit desit michi

Fac mecum signum in bono, ut videant qui
me oderunt et confundantur quia
tu adiuvisti me et consolatus es me
Servus
autem tuus letabitur

Desiderium anime eius tribuisti domine
Interfectio tua non nocebit mihi
Quia tua sunt omnia que fecisti in me
Vexit fuga a me et non est qui
requirat animam meam

Clamavi ante dominum, dixi tu es
spes mea portio mea in terra viventium

(corpora vestra) corporum affert. q. rationalem cultum vestrum)
scilicet est quasi dicat, ante hac mortalia & turpia &
vilia membra, nunc immolate animas vestras

Bibl. Franz. Coll

VI. fol. 102. n. 649

NOVI

TESTAMENTI TOTIus æditio longe optima & accuratißima. Nam præter canones illos Euſebij, quibus iam uel maxime aduiglilatum eſt, & Paracleſin ad Euangelicæ philoſophiæ ſtudium, & eiusdem argumenti geminam præfationẽ, acceßit etiam de utriusq; Inſtrumenti libris partim admißis, partim reiectis, ex Athanaſio, fragmentum, Eraſ. Rotero. interprete. Præterea nonnulla alia, quæ parti huius operis poſteriori ſeruauimus. Secuimus autem in hoc ab Euangelijs & Actis Epiſtolas, ut eas ſeorſim compingere, ſi cui uidebitur, poſt hac, liceat.

AD
BIBL. UNIV.
MONAC.

DILECTO FILIO ERASMO
ROTERODAMO SACRAE
THEOLOGIAE PRO=
FESSORI.

A S

LEO PP. X

DILECTE fili salutem, & apostolicam benedict. Valde nos delectarunt lucubrationes tuæ in testamentum nouum iam pridem æditæ: non tam quia nostro nomini dicatæ fuerant, quã quòd non uulgari, sed noua & insigni quadam eruditione præ stabant, oĩumq; doctorũ calculo plurimum laudabantur. Quas nuper à te recognitas, & pluribus additis annotatiõibus, locupletatas, illustratasq; fuisse certiores facti, nõ mediocriter gauisi fuimus: ex prima illa æditiõe, quæ absolutißima uidebatur, coniecturam facientes, qualis hæc futura, quantum ue boni sacræ Theologiæ studiosis, ac orthodoxæ fidei nostræ sit allatura. Macte igitur istius animi tui esto, ac publicæ utilitati studẽs, operi tam sancto, ut in lucem exeat, sedulo inuigila. Dignã quidem tot laborum mercedem ab ipso Deo relaturus: à nobis uero meritam cõmendationem, & cunctis Christi fidelibus perpetuam laudem consecuturus. Datum Romæ apud sanctum Petrum. Sub annulo piscatoris. Die decimo Septemb. M. D. XVIII. Pontificatus nostri anno sexto.

Erasmus

Universitäts-Bibliothek München



Matt.	Mar.	Luc.	Iohan.
8.	2.	7.	10.
11.	4.	10.	6.
11.	4.	10.	12.
11.	4.	10.	14.
11.	4.	10.	28.
14.	5.	13.	15.
23.	27.	17.	46.
23.	27.	34.	46.
23.	27.	45.	46.
70.	20.	37.	38.
98.	96.	116.	40.
98.	96.	116.	111.
98.	96.	116.	120.
98.	96.	116.	129.
98.	96.	116.	131.
98.	96.	116.	144.
133.	37.	77.	109.
141.	50.	19.	59.
142.	51.	21.	35.
147.	64.	93.	49.
166.	82.	94.	17.
166.	82.	94.	74.
209.	119.	234.	100.
211.	121.	238.	21.
220.	122.	239.	77.
220.	129.	242.	85.
220.	122.	261.	88.



Matt.	Mar.	Luc	Iohan.
87.	139.	250.	141.
244.	139.	250.	145.
274.	156.	260.	20.
274.	156.	260.	48.
274.	156.	260.	96.
276.	158.	74.	98.
280.	162.	269.	122.
284.	165.	266.	55.
284.	165.	266.	63.
284.	165.	266.	65.
284.	165.	266.	67.
289.	170.	275.	126.
291.	172.	279.	156.
294.	175.	281.	161.
295.	176.	282.	42.
295.	176.	282.	57.
300.	181.	285.	79.
300.	181.	285.	158.
302.	183.	287.	160.
304.	184.	289.	170.
306.	187.	290.	162.
306.	187.	290.	174.
310.	191.	297.	69.
313.	194.	294.	172.
314.	195.	291.	166.
314.	195.	291.	168.
315.	196.	292.	175.
318.	199.	300.	176.

Matth.	Mar.	Luc.	Iohan.
320.	200.	302.	178.
325.	204.	310.	184.
326.	205.	311.	188.
326.	205.	313.	194.
328.	206.	314.	196.
331.	209.	315.	197.
332.	210.	318.	197.
334.	212.	321.	201.
335.	214.	324.	199.
336.	215.	317.	198.
336.	215.	319.	198.
343.	223.	329.	204.
348.	227.	332.	206.
349.	228.	333.	208.
352.	231.	336.	209.
352.	231.	336.	211.

Canonis primi Finis.



Matth.	Mar.	Luc.
15.	6.	15.
21.	10.	32.
31.	102.	185.
32.	39.	79.
32.	39.	133.
50.	41.	56.
62.	13.	4.
62.	13.	24.
63.	18.	33.
67.	15.	26.
69.	47.	83.
71.	21.	38.
72.	22.	39.
72.	22.	186.
73.	23.	40.
74.	49.	85.
76.	52.	169.
79.	29.	86.
80.	30.	44.
82.	53.	87.
82.	53.	110.
83.	54.	88.
83.	54.	112.
85.	55.	88.
85.	55.	114.
88.	141.	148.
88.	141.	251.
92.	40.	80.



Matth.	Mar.	Luc.
94.	86.	97.
94.	86.	146.
103.	1.	70.
114.	24.	41.
116.	25.	42.
116.	25.	165.
116.	25.	177.
121.	32.	127.
122.	33.	129.
123.	34.	147.
130.	35.	82.
131.	36.	76.
135.	38.	78.
137.	44.	167.
143.	57.	90.
144.	59.	12.
149.	66.	35.
149.	66.	43.
155.	69.	36.
164.	79.	144.
168.	83.	95.
168.	83.	206.
170.	85.	96.
172.	87.	98.
174.	91.	99.
176.	93.	101.
178.	95.	102.
178.	95.	217.



Matth.	Mar.	Luc.
179.	99.	197.
190.	105.	195.
192.	106.	216.
193.	107.	121.
193.	107.	218.
194.	108.	152.
194.	108.	219.
195.	109.	220.
198.	110.	221.
199.	111.	173.
201.	112.	222.
203.	114.	270.
205.	116.	224.
206.	117.	232.
208.	118.	233.
214.	120.	164.
217.	127.	240.
219.	128.	241.
223.	130.	243.
225.	134.	245.
226.	133.	244.
229.	135.	237.
229.	135.	246.
242.	137.	237.
242.	137.	248.
243.	138.	249.
248.	143.	209.
248.	143.	253.

Matth.	Mar.	Luc.
249.	144.	254.
251.	146.	255.
253.	148.	204.
258.	150.	257.
259.	151.	258.
264.	155.	256.
269.	154.	228.
271.	42.	230.
278.	160.	263.
281.	163.	268.
285.	166.	265.
285.	166.	267.
296.	177.	280.
296.	177.	284.
301.	182.	286.
308.	189.	305.
312.	193.	299.
316.	197.	293.
317.	198.	295.
322.	202.	309.
338.	218.	322.
339.	219.	325.
340.	220.	327.
342.	222.	323.
344.	224.	328.
346.	225.	330.
353.	232.	337.
354.	233.	338.

Finis Secundi Canonis.

Matth.	Luc.	Iohan.
1.	14.	1.
1.	14.	3.
1.	14.	5.
7.	6.	2.
7.	6.	25.
59.	63.	116.
64.	65.	37.
90.	58.	118.
90.	58.	139.
97.	211.	105.
111.	119.	30.
111.	119.	114.
111.	119.	148.
112.	119.	8.
112.	119.	44.
112.	119.	61.
112.	119.	76.
112.	119.	87.
112.	119.	90.
112.	119.	142.
112.	119.	154.
112.	119.	47.
146.	92.	

Finis Tertij Canonis,



Matth.	Mar.	Iohan.
	8.	
18.	26.	26.
117.	26.	93.
117.	67.	95.
150.	77.	51.
161.	77.	23.
161.	115.	53.
204.	115.	91.
204.	125.	135.
216.	125.	128.
216.	125.	133.
216.	125.	137.
216.	159.	150.
277.	161.	98.
279.	161.	72.
279.	163.	121.
287.	174.	152
293.	178.	107.
297.	180.	70.
299.	188.	103.
307.	201.	164.
321.	201.	180.
321.	203.	192.
323.	207.	183.
329.	207.	185.
329.	211.	187:
333.		203.
Canon.	IIII.	Finis.



Matth.	Luc.	Matt.	Luc.
3.	2.	68.	105.
10.	8.	78.	108.
12.	11.	84.	111.
16.	16.	86.	109.
25.	46.	93.	145.
26.	47.	95.	160.
28.	48.	96.	182.
30.	49.	96.	184.
34.	194.	102.	69.
36.	162.	104.	71.
38.	53.	105.	193.
40.	52.	107.	73.
41.	55.	108.	115.
43.	123.	110.	118.
46.	153.	119.	126.
47.	134.	125.	62.
48.	191.	127.	128.
49.	150.	128.	132.
51.	59.	129.	130.
53.	125.	132.	81.
54.	54.	134.	120.
55.	170.	138.	168.
57.	61.	156.	57.
58.	60.	158.	226.
60.	171.	162.	161.
61.	64.	175.	200.
65.	172.	182.	187.
66.	66.	182.	189.

Matth.	Luc.
183.	198.
187.	199.
197.	272.
213.	235.
221.	181.
228.	139.
231.	179.
231.	215.
232.	142.
234.	136.
236.	135.
237.	138.
238.	140.
240.	141.
241.	175.
255.	202.
256.	205.
257.	213.
261.	207.
262.	212.
265.	157.
266.	155.
267.	158.
270.	229.
272.	231.

Finis Canonis Quinti.

Mat.	Mar.	Matt	Mar.
9.	3.	252.	147.
17.	7.	254.	149.
20.	9.	260.	152.
22.	11.	263.	153.
44.	126.	275.	157.
77.	63.	282.	164.
100.	98.	286.	167.
139.	45.	288.	169.
145.	60.	290.	171.
148.	65.	292.	173.
152.	68.	298.	179.
154.	71.	305.	185.
157.	72.	309.	190.
159.	73.	311.	192.
160.	76.	330.	208.
163.	78.	337.	217.
165.	80.	341.	221.
169.	84.	347.	226.
173.	89.	350.	229.
180.	100.		
189.	103.	Finis	Sexti
202.	113.	cano=	nus.
215.	124.		
224.	131.		
246.	140.		
247.	142.		
250.	145.		

Cauon VII. in quo II.

Canon VIII. in quo II.



Matth.	Iohan.	Luc.	Mar.
5.	83.	23.	12.
19.	19.	25.	14.
19.	32.	27.	16.
19.	34.	27.	28.
120.	82.	28.	17.
185.	215.	84.	48.
207.	101.	89.	56.
		91.	61.
		100.	75.
		103.	97.
		247.	136.
		277.	216.
		335.	230.
		340.	234.

Finis Septimi can.

Finis Octaui can.



Luc.	Iohan.
30.	219.
30.	222.
203.	80.
262.	113.
262.	124.
274.	227.
274.	229.
274.	231.
303.	182.
303.	186.
303.	190.
307.	182.
307.	186.
307.	190.
312.	182.
312.	186.
312.	190.
341.	213.
341.	217.
342.	221.
342.	223.
342.	225.
Finis Noni	Canonis.

Matt.

2.
4.
6.
13.
24.
27.
29.
33.
35.
37.
39.
42.
45.
52.
56.
75.
81.
89.
91.
99.
101.
106.
109.
113.
115.
118.
124.
126.
136.
140.
151.

Finis

Matth.

155.
167.
171.
177.
181.
184.
186.
188.
191.
196.
200.
210.
212.
218.
222.
227.
230.
233.
235.
239.
245.
268.
273.
283.
302.
319.
324.
327.
345.
351.
355.

Matth.

Mar.

19.
31.
43.
46.
58.
62.
70.
74.
81.
88.
90.
92.
94.
101.
104.
123.
132.
186.
213.
235.

Finis Mar.

Luc.

1.
3.
5.
9.
18.
20.
22.
29.
31.
50.
51.
67.
68.
72.
75.
104.
106.
107.
113.
117.
122.
124.
131.
143.
149.
151.
154.
159.
163.
166.

Luc.

174.
176.
178.
180.
183.
188.
190.
192.
196.
201.
208.
210.
214.
223.
225.
227.
226.
252.
256.
259.
264.
271.
273.
276.
278.
283.
288.
296.
298.

Luc.
301.
304.
306.
308.
316.
320.
326.
331.
334.
339.
343.

Finis Lucæ.

Johan.
4.
7.
9.
11.
13.
16.
18.
22.
24.
27.

Johan.
29.
31.
33.
36.
39.
41.
43.
45
50.
52.
54.
56.
58.
60.
62.
64.
66.
68.
71.
73.
75.
78.
81.
84.
86.
89.
92.
94.
97.
99.
102.

Johan.
104.
106.
108.
110.
112.
115.
117.
119.
123.
125.
127.
130.
132.
134
136.
138.
140.
143.
145.
147.
149.
151.
153.
155.
157.
159.
163.
165.
167.
169.
171.

Johan.
173.
179.
181.
189.
191.
193.
195.
200.
202.
205.
210.
212.
214.
216.
218.
220.
224.
226.
228.
230.
232.

Finis Johan.

EVANGELIVM
SECVNDVM MATTHAEVM.

CAPVT I.

IBER GENERATIONIS IESV Christi filij Dauid, filij Abrahám. Abrahàm genuit Isaác. Isaác autem genuit Iacób. Iacòb autẽ genuit Iudám & fratres eius. Iudàs autẽ genuit Pharés & Zarám è Thámar. Pharés autem genuit Esróm. Esròm autem genuit Arám. Aràm autem genuit Aminadáb. Aminadàb autẽ genuit Naasón. Naasón aũt genuit Salmón. Salmòn autẽ genuit Boóz è Rachàb. Booz aũt genuit Obéd è Ruth. Obèd autẽ genuit Iessé. Iessè autẽ genuit Dauid regem. Dauid autẽ rex genuit Solomonem, ex ea quæ fuerat uxor Vriæ. Solomòn autẽ genuit Roboám. Roboàm autem genuit Abia. Abia autem genuit Asá. Asà autẽ genuit Iosaphát. Iosaphàt autem genuit Iorám. Ioràm autem genuit Hozíam. Hozias autem genuit Ioathám. Ioathàm autẽ genuit Acház. Achàz autem genuit Ezeciam. Ezecias autem genuit Manassé. Manassès autẽ genuit Amón. Amòn autem genuit Iosiám. Iosias autẽ genuit Iechoniam, et fratres eius, in exilio Babylonico. Porrò post exilium Babylonicũ, Iechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobábel. Zorobàbel autẽ genuit Abiud. Abiud autẽ genuit Eliacím. Eliacìm aũt genuit Azór. Azòr autẽ genuit Sadóc. Sadòc autẽ genuit Achín. Achin autem genuit Elíud. Elíud autẽ genuit Eleázar. Eleàzar aũt genuit

nuit Matthán. Matthán aũt genuit Iacób. Iacób aũt genuit Ioseph, maritũ Mariæ, ex qua genitus fuit IESVS ille, qui dicitur Christus. ✶ Vniuersæ itaq; generatiões ab Abrahã usq; ad Dauid, generatiões quatuordecim, & à Dauid usq; ad demigrationẽ Babylonicã, generatiões quatuordecim, & à demigratiõe Babylonica usq; ad Christũ, generatiões quatuordecim. ✶ IESV uero Christi natiuitas, sic habet. Cũ mater eius Maria desponsata esset Ioseph, priusq; cõgressi fuissent, deprehensa est grauida è spũ sancto. ✶ Porrò Ioseph maritus eius, quoniã erat iustus, & nolebat illã infamare, uoluit clanculũ ab ea diuertere. Hæc aũt cũ is in animo uersaret, ecce angelus domini in somnis uisus est illi, dicẽs: Ioseph fili Dauid, ne metuas adiũgere tibi Mariã uxorem tuã. Nã qd' in illa cõceptũ est, à spiritu sancto profectum est. Pariet aũt filiũ, & uocabis nomẽ eius IESVM. Is enim saluũ faciet populũ suũ à peccatis suis. Porrò totum hoc factum est, ut perficeretur, id qd' dictum fuerat à domino per prophetã ita loquentẽ: Ecce uirgo erit prægnãs, & pariet filium, & uocabũt nomẽ eius Emanuël, qd' si quis interpretetur, sonat nobiscũ Deus. Excitatus aũt Ioseph à somno, fecit ut imunxerat sibi angelus domini, & adiunxit sibi uxorem suã, & nõ cognouit eã, donec peperisset filium suum primogenitum, & adpellauit nomen eius IESVM.

Esaiæ. 7.

Num. 24.

CAPVT II.

CVm aũt natus esset IESVS in Bethlehem ciuitate Iudææ temporibus Herodis regis: Ecce Magi ab oriente accesserunt Hierosolyma, dicẽtes: Vbi est ille, qui natus est rex Iudæorum? Vidimus enim uius stellam in Oriente, & accessimus, ut adoremus eum. Auditis autem his Herodes rex, turbatus est, & tota Hierosolymorũ urbs cũ illo, & conuocatis omni-

oibus pontificibus,& scribis populi, percõtatus est eos,ubi
Christus nasceretur. ✶ At illi dixerũt ei:In Bethlehem Iudææ 5
Sic enĩ scriptũ est per prophetã: Et tu Bethlehẽ terra Iuda, VII
nequaquam minima es inter principes Iuda.Ex te enim mihi Mich.5.
proditurus est dux,qui gubernaturusest populũ meũ Israel✶
Tũ Herodes,clã accersitis Magis,accurate ꝓquisiuit ab illis 6
quo tẽpore stella apparuisset. Et iußis ire in Bethlehẽ dixit: IX
Profecti illuc,accurate inquirite de puero.Vbi uero inueneri
tis.renunciate mihi, ut & ego ueniam,& adorẽ illũ. At illi
audito rege,profecti sunt:Et ecce stella quã uiderãt in Oriẽ
te,præcedebat illos,donec progressa staret supra locũ quo
erat puer.Cũ autẽ uidissent stellã,gauisi sunt gaudio magno
ualde.Et ingressi domũ,inuenerunt puerũ cum Maria matre
eius:& prostrati adorauerũt illũ: & apertis thesauris suis,
obtulerunt illi munera,aurũ & thus,& mirrham: & oracu
lo admoniti in somnis,ne reuerterẽt se ad Herodem,per aliã
uiam reuersi sunt in regionẽ suam. Digreßis autẽ illis, ecce
angelus domini apparet in somnis Ioseph,dicẽs:Surge & as
sume puerum ac matrem illius,& fuge in Aegyptũ, & esto
illic,donec dixero tibi.Futurũ ẽ enĩ,ut Herodes quærat pue
rum ad perdẽdũ eũ. Ille uero excitatus,assumpsit puerũ &
matrem eius noctu,& secesßit in Aegyptum, & fuit illic us
que ad obitum Herodis:ut perficeretur quod dictũ fuerat à
domino per prophetam,dicentem:Ex Aegypto uocaui filiũ Osee.11.
meum:tum Herodes,ubi uidit sibi illusum fuisse à Magis, in
dignatus est uehementer:ac mißis satellitibus, interfecit oẽs
pueros qui erant Bethlehem,& in omnibus finibus Bethlehe
miticis,quotquot essẽt bimuli aut minores,iuxta tẽpus, quod
exacte cognouerat ex Magis.Tunc perfectum est,qd'dictum

a 2 fuerat

fuerat ab Hieremia ꝓpheta, cũ ait, Vox in Rama audita est, la
Hiere. 31. mentatio, ploratus & fletus multus, Rachel plorãs filios su-
os, & noluit cõsolationem admittere, propterea qd' nõ sint.
Cæterũ defuncto Herode, ecce angelus domini in somnis ap-
paret Ioseph in Aegypto, dicẽs, Surge & assume puerũ &
matrẽ eius, & uade in terrã Israël. Defũcti sunt enim q quæ
rebãt animã pueri. At ille surgẽs adsumpsit puerũ & matrẽ
illius, & uenit in terrã Israël. Verũ cũ audisset Archilaũ re-
gnare in Iudæa loco Herodis patris sui, timuit illuc abire, sed
oraculo admonitus in somnis, secessit in partes Galileæ, ac
profectus habitauit in ciuitate, quæ uocatur Nazareth, ut im
pleretur qd' dictũ fuerat per ꝓphetas, Nazaræus uocabitur.

CAPVT III.

7 III
In diebus illis, accedit Ioãnes baptista, prædicãs in dese-
to Iudeæ, dicens q;, Pœnitentiã agite uitæ prioris, in propin
quo est enĩ regnũ cœlorũ. Nã hic est ille, de quo dixit Esaias
Esa. 40. propheta, qui ait, ✶Vox clamãtis in deserto, parate uiam do
8 mini, rectas facite semitas eius. Ipse uero Ioãnes habebat in-
I dumentum suũ è pilis camelorum, & zonam pelliceam cir-
9 cùm lumbos suos. Porrò cibus illius erant locustæ, et mel sil-
VI uestre. ✶Tunc egressa est ad illum Hierosolyma, & tota Iu-
dæa, totaq; regio undiq; finitima Iordani, & baptizabantur
in Iordane ab illo, confitentes peccata sua. Cũ uidisset autem
multos ex pharisæis & Sadducæis, uenientes ad baptismum
10 suum, dixit illis, ✶Progenies uiperarũ quis uobis submõstra-
V uit, ut fugeretis à uentura ira? Facite igitur fructus, qui dece-
ant pœnitentiã. Et ne sitis hac mẽte, ut dicatis intra uosipsos
Patrem habemus Abraham. Dico enim uobis, qd' possit deus
facere, ut ex lapidibus his filij surgant ipsi Abrahæ. Iam uero

& secu

& securis ad radicem arborũ posita est. Omnis igitur arbor
quæ nõ facit fructum bonum, exciditur, & in ignem mittitur.
✶Ego quidem baptizo uos aqua ad pœnitentiam. At ille qui
post me uẽturus est, fortior me est, cuius nõ sum idoneus, ut 11
calciamenta portem. Ipse uos baptizabit spiritu sancto & I
igni, ✶cuius uentilabrũ in manu ipsius, & repurgabit aream
suam, & cõgregabit triticũ suũ in horreũ, paleam autẽ exu- 12
ret igni inextinguibili. ✶Tũc accedit Iesus à Galilæa ad Iorda V
nem ad Iohãnem, ut baptizaretur ab illo. At Ioannes prohi- 13
bebat illũ, dicens, Mihi opus est, ut abs te baptizer, & tu ue- X
nis ad me? Respõdens autẽ IESVS, dixit ad illũ, Omitte nũc,
sic enim decet nos, ut cõpleamus oẽm iustitiã. Tũc omittit il-
lũ. ✶Et baptizatus IESVS, ascendit protinus ab aqua, & ec
ce aperti sunt illi cœli, & uidit spiritũ dei descendentem tanq̃ 14
columbam, & uementẽ super ipsum. Et ecce uox de cœlis, I
dicens, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene com-
placitum est.

CAPVT IIII.

T✶Vnc Iesus subductus fuit in desertum à spiritu, ut ten 15
taretur à diabolo. ✶Et cũ ieiunasset dies quadraginta, II
ac noctes quadraginta, tandem esurijt. Et cum accessisset ad
eũ ille qui tẽtat, dixit, Si filius es dei, iube ut lapides hi panes
fiãt. At ille respõdens, dixit. Scriptũ est, Nõ solo pane uictu-
rus est homo, sed omni uerbo qd' egreditur per os dei. Tunc
assumit illũ diabolus in sanctã ciuitatẽ, & statuit eum supp in
naculũ tẽpli, dicitq; illi, Si filius es dei, præcipita te deorsum. Psal. 90
Nã scriptũ ẽ, Angel' suis mãdaturus ẽ de te, ac manibus tollẽt Deute. 6.
te, ne quãdo ipingas in lapidẽ pedẽ tuũ. Dixit illi Iesus. Rur-
sum scriptũ est. Nõ tẽtabis dominũ Deũ tuũ. Rursum assumit

illũ diabolus in montẽ excelsum ualde, & cõmonstrat ei oĩa
regna mũdi, & gloriã illorũ, & dicit illi: Hæc oĩa tibi dabo,
si prostratus adoraueris me. Tũc dicit illi IESVS: Abi satanã,
17 scriptũ est enĩ: Dominũ Deũ tuũ adorabis, & illũ solũ coles.
VI Tũc omittit illũ diabolus: ✶ & ecce angeli accedebãt, ac mi
18 nistrabãt ei. ✶ Cũ audisset aũt IESVS, q; Iohãnes traditus es-
IIII set, secessit in Galilæã ✶ & relicta Nazareth, pfectus habita
19 uit in Capernaũ, quæ est ciuitas maritima, in finibus Zabulon
VII et Neptalim: ut impleretur q̃d dictũ fuerat per Esaiã prophe
Esaiæ. 9. tã, dicentẽ: Terra Zabulon & Neptalim iuxta uiã maris ul-
tra Iordanẽ, Galileæ gentiũ. Populus q̃ sedebat in tenebris et
umbra mortis, uidit lucẽ magnã: & qui sedebãt in regione et
20 umbra mortis, lux orta est eis. ✶ Ex eo tẽpore cœpit IESVS
VI prædicare, & dicere: Resipiscite, instat enim regnũ celorũ.
Ambulãs aũt IESVS iuxta mare Galilææ, uidit duos fratres,
Simonẽ qui uocabatur Petrus, & Andreã fratrẽ eius, iacien
21 tes rete in mare (nã erãt piscatores) & dicit illis: ✶ Sequami
II ni me, & faciã uos piscatores hominũ. At illi relictis illico re
22 tibus, secuti sũt illũ. ✶ Et pgressus illinc, uidit alios duos fra-
VI tres: Iacobũ filiũ Zebedæi, & Iohãnẽ fratrẽ eius in naui, cũ
Zebedæo patre suo, sartientes retia sua: & uocauit eos. At il
23 li protinus, relicta naui & patre suo, secuti sunt eũ: ✶ Et cir
I cũibat totã Galilæam IESVS, docens in synagogis illorũ, ac
prædicãs Euangelĩũ regni: & curãs omnẽ morbũ, & omnẽ
languorem in populo. Et dimanauit fama illius in totam Sy-
riam. Et adduxerũt ad illum omnes male affectos uarijs mor
bis, ac torminibus cõtractos, & dæmoniacos, & lunaticos,
& paralyticos: sanauitq; illos. Et secutæ sunt eũ turbæ multæ
à Galilæa ac Decapoli, & Hierosolymis, & Iudæa, & à re-
gionibus

gionibus trans Iordanem sitis.

CAPVT V.

CVM uidisset aũt turbas, ascendit in montẽ, & cũ cõ 24
sedisset, accesserũt ad illũ discipuli eius, ✶ & postquam X
apperuisset os suũ, docebat illos, dicẽs: ✶ Beati pauperes spi 25
ritu, quoniã illorũ est regnũ cœlorũ. ✶ Beati qui lugent, quo= V
niam ipsi cõsolationem accipiẽt. Beati mites, quoniã ipsi hæ 26
reditatem accipient terræ. ✶ Beati qui esuriũt, & sitiunt iu= V
sticiam, quoniã ipsi saturabũtur. ✶ Beati misericordes, quo= 27
niam ipsi misericordiã cõsequentur. Beati mũdo corde, quo= V
niam ipsi Deũ uidebunt. Beati pacifici, quoniã ipsi filij Dei uo 28
cabũtur. Beati qui persecutionẽ patiũtur propter iusticiam, V
quoniã illorũ est regnũ cœlorũ. ✶ Beati estis, cũ probra iece 29
rint in uos homines, & insectati fuerint, & dixerint omne X
malum uerbũ aduersus uos, mentientes propter me. Gaude= 30
te & exultate, quoniam merces uestra multa est in cœlis. Sic V
enim persecuti fuerũt prophetas, qui fuerũt ante uos. ✶ Vos 31
estis sal terræ. Quòd si sal infatuatus fuerit, quo salietur? Ad II
nihil ualet ultra, nisi ut proiciatur foras, & conculcetur ab
hominibus. Vos estis lux mundi. Non potest oppidũ abscon
di supra montem situm, ✶ neq; accendunt lucernam, & po= 32
nunt illam subter modium, sed super candelabrum: & lucet II
omnibus, qui sunt in domo. Sic luceat lux uestra coram homi
nibus, ut uideant uestra bona opera, glorificentq; patrẽ ue=
strum, qui est in cœlis: ✶ Ne existimetis, quòd uenerim ad de= 33
struendam legem aut prophetas: imò non ueni ut destruam, X
sed ut cõpleam. ✶ Amen quippe dico uobis, donec prætereat 34
cœlum & terra, iota unum, aut unus apex, nõ prætierit ex V
lege, quoad oĩa facta fuerint. ✶ Quisquis igitur soluerit unũ 35

ex mãdatis hiſce minimis, & docuerit ſic homines, minimus uocabitur in regno cœlorũ. Quiſquis autẽ fecerit, & docuerit, hic magnus uocabitur in regno cœlorum. Dico enim uobis, Niſi abũdauerit ueſtra iuſtitia, pluſquàm ſcribarũ & phariſæorum, nõ poſsitis ingredi in regnũ cœlorũ. Audiſtis quòd
Exodi. 20 dictum ſit ueteribus, Non occides. Quiſquis autem occide-
Deute. 5. rit, obnoxius erit iudicio. At ego dico uobis, qđ quiſquis iraſcitur fratri ſuo temere, obnoxius erit iudicio. Quicunq; uero dixerit fratri ſuo rhaca, obnoxius erit concilio. Quiſquis autem dixerit fatuæ, obnoxius erit gehennæ incendio. Itaq; ſi obtuleris munus tuũ ad aram, & illic recordatus fueris, qđ frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque illic munus tuũ coram altari, & abi. prius reconcilieris fratri tuo, & tum
36 ueniens, offer munus tuũ. ✳ Habeto beneuolentiã cũ aduer
V ſario tuo cito, dum es in uia cũ illo, ne quãdo te tradat aduer
37 ſarius iudici, & iudex te tradat miniſtro, & in carcerẽ cõij-
X ciaris. Amen dico tibi, nõ exibis illinc, donec perſolueris ex-
Exodi. 20 tremũ quadrantẽ. ✳ Audiſtis quod dictũ fuerit antiquis, Non committes adulteriũ. At ego dico uobis, q; quicunq; aſpexerit uxorem alterius, ad concupiſcendũ eam, iam adulteriũ cũ ea cõmiſit in corde ſuo. Quòd ſi oculus tuus dexter obſtaculo tibi fuerit, erue illũ, & abijce abs te. Expedit enim tibi, ut pereat unum membrorũ tuorũ, ac nõ totũ corpus tuũ conijciatur in gehennã. Et ſi dextera tua manus obſtiterit tibi, amputa eã, & proijce abs te. Expedit enim tibi, ut pereat unum membrorũ tuorũ, ac nõ totũ corpus tuũ cõijciatur in gehen-
Deute. 24 nã. Dictũ eſt autem, Quicunq; repudiauerit uxorem ſuã, det illi libellum diuortij. At ego dico uobis, q; quiſquis repudiauerit uxorẽ ſuã, niſi cauſſa ſtupri, efficit ut illa ſit adultera, &

quicunq;

quicunq; repudiatã duxerit, adulteriũ cõmittit. Rursum au
diſtis, quod dictũ fuerit antiquis, Nõ peierabis, ſed perſolues Leui. 19.
domino ea quæ iuraueris. At ego dico uobis, ne iuretis omni=
no, neq; per cœlum, quia thronus dei eſt, neq; per terrã, quia
ſubſelliũ eſt pedum illius, neq; per Hieroſolyma, quoniã ciui=
tas eſt magni regis, neq; per caput tuũ iurabis, propterea qđ
non potes unum pilum albũ aut nigrũ facere. Sed erit ſermo
ueſter, eſt eſt, non non. Porrò qđ ultra hæc adiungitur, ex ma
lo proficiſcitur. Audiſtis qđ dictum fuerit, oculũ pro oculo, et Exodi. 21.
dentem pro dente. At ego dico uobis, ne reſiſtatis malo ✶ ſed Deute. 19.
quiſquis impegerit alapã in dextram tuã maxillam, obuerte 38
illi & alterã, & ei qui te uelit in ius trahere, ac tunicã tuam V
tollere, permitte illi & palliũ ✶ & qui te adegerit ad milia= 39
riũ unum, abito cũ illo duo. Petenti abs te dato, & cupientẽ X
mutuũ accipere, ne auerſeris. Audiſtis quod dictũ ſit. Diliges Leui. 19
proximũ tuũ, & odio habebis inimicum tuũ. At ego dico uo
bis ✶ Diligite inimicos ueſtros, bene precemin. deuouẽtibus 40
uos. benefacite ijs, qui uos odio ꝓſequũtur. orate pro ijs, qui V
lædũt & infectãtur uos, ut ſitis filij patris ueſtri, qui eſt in cœ
lis, quia ſolem ſuũ exoriri ſinit ſuper malos ac bonos, & plu
uiam mittit ſuper iuſtos & iniuſtos ✶ Nam ſi dilexeritis eos q 41
diligunt uos, quod præmiũ habetis? Nõne & publicani idẽ fa V
ciunt? Et ſi cõplexi fueritis fratres ueſtros tantũ, qđ eximium
facitis? Nõne & publicani ſic faciũt? Eritis igitur uos perfe=
cti quemadmodũ pater ueſter, qui eſt in cœlis, perfectus eſt.

CAPVT VI.

A ✶ Ttendite ne eleemoſynam ueſtram præſletis coram 42
hominibus, quò ſpectemini ab illis. Alioqui præmiũ nõ X
habetis apud patrem ueſtrũ, qui eſt in cœlis. Itaq; cũ præſtas

eleemosynam,ne tubis canatur ante te, quemadmodũ hypocritæ faciunt in conciliabulis,& in uicis,ut glorificentur ab hominibus. Amen dico uobis,habent mercedem suam. Cæterum tu cum præstabis eleemosynam,nesciat sinistra tua quod facit dextera tua, ut sit tua eleemosyna in occulto: & pater tuus qui uidet in occulto,ipse reddet tibi in propatulo. Et cũ oraueris,non eris quemadmodum hypocritæ. Nam illi solent in conciliabulis & in angulis platearum stantes orare, quò conspicui sint hominibus. Amen dico uobis,qd' habent mercedem suam. Tu uero cum oras, introito in conclaue tuum, & occluso ostio tuo, ora patrem tuum qui est in occulto, & pater tuus qui uidet in occulto, persoluet tibi in propatulo, Verũ orantes,ne sitis multiloqui sicut ethnici. Putant enim fore,ut ob multiloquiũ suum exaudiantur. Ne igitur efficiamini similes istorũ. Nouit enim pater uester quibus rebus opus sit uobis,priusquam petatis ab illo. Ad hunc ergo modum orate

43 uos ✶Pater noster,qui es in cœlis, sanctificetur nomẽ tuum.
V Veniat regnum tuum:fiat uoluntas tua,quemadmodũ in cœlo, sic etiam in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: & remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris. Et ne inducas nos in tẽtationem,sed libera nos à malo (quia tuum est regnum,& potentia & glo
44 ria,in secula seculorum.) Amen. ✶Proinde, si remiseritis ho
VI minibus errata sua, remittet & uobis pater uester cœlestis. Quòd si non remiseritis hominibus errata sua, nec pater
45 uester remittet errata uestra. ✶Porrò cũ ieunaueritis,ne si-
X tis ueluti hypocritæ tetrici. Obscurant enim facies suas, quo perspicuũ sit hominibus ipsos ieiunare. Amen dico uobis,habent mercedem suam. Tu uero cũ ieiunas,unge caput tuũ,et

faciem

faciem tuã laua,ne cõſpicuũ ſit hoĩbus te ieiunare,ſed patri tuo,q eſt in occulto:& pater tuus qui uidet in abdito,reddet tibi in propatulo. Ne reponatis uobis theſauros in terra,ubi erugo & tinea corrũpit,& ubi fures perfodiũt ac furantur.
*Sed recõdite uobis theſauros in cœlo,ubi neq; erugo,neq; 46
tinea corrũpit,& ubi fures nõ perfodiũt,neq; furãtur. Nam V
ubi fuerit theſaurus ueſter,illic erit & cor ueſtrũ. *Lucerna 47
corpis ẽ oculus. Si igitur oculus tuus ſimplex fuerit, totũ cor V
pus tuũ lucidũ erit. Quòd ſi oculus tuus malus fuerit, totum corpus tuũ tenebroſum erit. Ergo ſi lumẽ,qd' eſt ĩ te tenebræ ſunt,ipſe tenebræ quãtæ? *Nemo põt duobus dominis ſerui 48
re. aut enim hũc habebit odio,& alterũ diliget. Aut huic ad= V
hærebit,et alterũ negliget. Nõ poteſtis deo ſeruire & mãmonæ: *Propterea dico uobis, ne ſitis ſolliciti uitæ ueſtræ, quid 49
eſuri ſitis, aut bibituri: neq; corpori ueſtro, qbus indumentis V
uſuri. Nónne ania pluris eſt q̃ cibus,& corpus pluris q̃ indumentum? Vertite oculos ad uolatilia cœli: quia nõ ſerũt, neq; metunt, neq; cõuehunt in horrea,& pater ueſter cœleſtis alit illa. Nónne uos longe præcellitis illa? Quis autẽ ex uobis ſollicite cogitãdo, poteſt addere ad ſtaturã ſuã cubitũ unum? Ac de indumento qd ſolliciti eſtis? Cognoſcite lilia agri quomodo creſcãt. Nõ laborant,neq; nent. Attamen dico uobis, ne Solomonẽ quidẽ in uniuerſa gloria ſua ſic amictũ fuiſſe, ut unum ex his. Quod ſi gramen agri,qd' hodie cum ſit,cras in clibanum mittitur, Deus ſic ueſtit, an non multo magis uobis id faciet,ó parũ fidentes? Ne ſitis igitur ſolliciti,dicentes, Quid edemus,aut qd bibemus,aut quibus opperiemur? Nam omnia iſta Gentes exquirunt. Nouit enim pater ueſter cœleſtis,qd' opus habeatis his omnibus. Quin potius quærite primum

mum regnum dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur uobis. Ne sitis igitur solliciti in crastinum: nam crastinus dies curam habebit suiipsius: Sufficit sua diei afflictio.

CAPVT. VII.

30 II 51 V Nolite condemnare, ne condemnemini. Quo enim iudicio iudicatis, eo iudicabitur de uobis, & qua mensura metimini, ea metientur uobis alij. Cur autem uides festucam, quæ est in oculo fratris tui, trabem autem, quæ est in oculo tuo, nõ animaduertis? An quomodo dicis fratri tuo sine eximã festucã ex oculo tuo, & ecce trabes in oculo tuo? Hypocrita, eijce prius trabẽ ex oculo tuo, & tum perspicies, ut eximas festucã ex oculo fratris tui. 52 X Ne detis quod sanctum est canibus: ne pieceritis margaritas uestras ante porcos, ne quãdo hi cõculcẽt eas pedibus suis, & illi uersi in uos 53 V lacerent uos. Petite & dabitur uobis, quærite, & inuenietis, pulsate, & aperietur uobis. Quisq; enĩ petit, accipit, & qui cunq; quærit inuenit, & pulsanti aperietur. An quisquã est uestrum homo qui si filius eius petierit panem, lapidẽ daturus sit illi? Aut si piscem petierit, num serpentẽ porriget illi? Si uos igitur cum sitis mali, nostis dona bona dare filijs uestris, quanto magis pater uester q̃ est in cœlis, dabit bona, si postu Tobiæ. 4. letis ab ipso? Omnia igitur quæcũq; uolueritis ut faciãt uo 54 V bis homines, sic & uos facite illis. Hæc enĩ est Lex et Prophetæ. Intr 55 V oite per arctam portam, quoniam lata est porta, & spacioſa uia, quæ abducit in exitiũ, multiq; sunt, qui ingredi untur per illam. Quoniam angusta est porta & stricta uia, 56 q̃ abducit ad uitã, & pauci sunt, qui inueniunt illã. X Cauete uero uobis à pseudo prophetis, q ueniunt ad uos in uestitu oui um, sed ũtrinsecus sunt lupi rapaces. A fructibus ipsorũ agno

scetis eos

scetis eos★ Nunquid colligũt de spinis uuã, aut de tribulis fi- 57
cus? Sic omnis arbor bona, fructus bonos facit. Putris aũt ar V
bor, fructus malos facit★ Nõ põt arbor bona fructus malos fa 58
cere, neq; arbor putris fructus bonos facere. Oĩs arbor q̃ nõ V
facit fructũ bonũ, exciditur et ĩ ignẽ cõijcitur. igitur ex fructi
bus ipsorũ agnoscetis eos★ Nõ q̃s quis dicit mihi, Domine do 59
mine, introibit in regnũ cœlorũ, sed q̃ fecerit uoluntatẽ patris III
mei qui in cœlis est★ Multi dicẽt mihi in illo die: domine do- 60
mine, nónne per nomẽ tuũ prophetauimus, & per nomẽ tuũ V
dæmonia eiecimus, & per nomẽ tuũ multas uirtutes presliti-
mus? Ac tum cõfitebor illis: Nunquã noui uos. Discedite à me Psal. 6.
qui operamini iniquitatẽ★ Omnis enĩ qui audit ex me sermo 61
nes hos, & facit eos, assimilabo illum uiro prudenti, qui ædi V
ficauit domum suam super petram, & descẽdit imber, & ue
nerunt flumina, & flauerunt uenti, & irruerunt in domum il
lam, & non est prostrata. Fundata enim fuerat super petram
Et omnis qui audit à me sermones hos, & non facit eos, adsi
milabitur uiro fatuo, qui ædificauit domũ suam super arenã:
& ascendit imber, & uenerunt flumina, & flauerunt uenti.
& impegerunt in domum illam, & deiecta est, & fuit ruina
illius magna. Et factum est, ut cum finisset IESVS sermões
hos★ obstupuerunt turbæ super doctrina illius. Docebat enĩ 62
eos uelut habens autoritatem, & non sicuti scribæ. II

CAPVT. VIII.

CVm descendisset autem de monte, secutæ sunt eum tur 63
bæ multæ★ & ecce leprosus accedens, adorauit eum, II
dicens: Domine, si uelis, potes me mundare. Protensaq; ma-
nu, tetigit illum IESVS, dicens: Volo, mundus esto: ac pro-
tinus mundata fuit illius lepra. Et dicit illi IESVS: Vide ne

cui

cui dixeris, sed abi, ostende teipsum sacerdoti, & offer mu-
Leui.14. nus, quod iussit offerri Moses in testimoniũ ipsis. ✶ Porrò cũ
64 ingressus fuisset IESVS Capernaum, adijt eũ centurio, ob
III secrans eum, & dicens: Domine, famulus meus decumbit do
mi paralyticus, ac grauiter discrutiatur. Et dicit illi IESVS
Ego cũ uenero, medebor illi. Et respondens Centurio, dixit:
Domine, non sum idoneus ut tectũ meũ subeas, imò tantum
dic uerbũ, & sanabitur famulus meus. Nã & ego sum homo
alterius potestati subditus, & habeo sub me milites, & dico
huic uade, & uadit: et alteri ueni, & uenit, et seruo meo, fac
hoc & facit. Hæc aũt cũ audisset IESVS, admiratus est, &
ait sequentibus se: Amen dico uobis, ne in Israël quidè tantĩ
65 fidei reperi ✶ Dico aũt uobis, quod multi ab oriente & occi
V dente uenturi sunt, & accũbent cũ Abrahã et Isaác & Iacób
in regno cœlorũ: filij uero regni eijcientur in tenebras extre
66 mas, illic erit ploratus, & stridor dentiũ. ✶ Et dixit IESVS
V Centurioni: Abi, & quẽadmodũ credis, ita fiat tibi, & sana-
67 tus est famulus eius in hora illa. ✶ Et cũ uenisset IESVS in
II domũ Petri, uidit socrũ illius in lecto decumbentẽ, & febricĩ
tantẽ, tetigitq; manũ illius, et reliqt illã febris, et surrexit, ac
ministrauit illis. Cũ aũt appetisset uespera, adduxerũt illi dæ
moniacos multos, & eiecit spiritus uerbo, omnesq; male ha
bentes sanauit, ut impleretur quod dictũ erat p Esaiã ,pphe-
Esai.53. tam, cũ ait: Hic infirmitates nostras suscepit, & morbos por
tauit. Cũ uidisset aũt IESVS turbas multas circũ sese, iussit
68 ut abirent in ulteriorẽ ripã, ✶ et cũ adisset, unus scriba dixit
V ei: Præceptor, sequar te quocũq; abieris. Et dicit illi IESVS
Vulpes foueas habẽt, & uolucres cœli nidos, at filius hoĩs nõ
habet ubi caput reclinet. Alius de numero discipulorũ suorũ

dixit

dixit ei: Domine, pmitte mihi prius ut abeã, & sepeliã patrẽ meũ. At IESVS dixit illi: Sequere me, & sine ut mortui sepeliant mortuos suos. ✶ Et cum esset ingressus nauim, secuti sunt eũ discipuli sui, et ecce motus magnus factus est in mari, adeo, ut nauis operiretur à fluctibus: ipse uero dormiebat. Et accedẽtes discipuli, excitauerũt illũ, dicẽtes: Domine, seruа nos, perimus. Et dicit illis: Quid timidi estis, exigua prædi ti fiducia? Tũc excitatus increpauit uentos & mare. & facta est tranqllitas magna. Hoĩes uero admirabãtur, dicẽtes: Qualis est hic, qa uẽti quoq; & mare obediũt illi? Et cũ uenisset ad ulteriorẽ ripã i regionẽ Gergesenorũ, occurrerũt ei duo dæmoniaci, è monumẽtis egressi, erãt aũt sæui supra modũ, adeo ut nemo posset transire p uiã illã. Et ecce uociferabantur, dicentes: Quid ret nobis tecũ est IESV fili dei? uenisti huc ad cruciandũ nos ante tẽpus? Erat aũt procul ab illis grex porcorũ multorũ pascẽs. Dæmones uero rogabãt eũ, dicẽtes Si eijcis nos, pmitte nobis ut demigremus in gregẽ porcorũ. Et ait illis: Abite. Illi uero egressi abierũt in gregẽ porcorũ. Et ecce ferebatur totus grex porcorũ p præceps in mare, et perierũt in aquis. Porrò q pascebãt ausugerũt: & digressi in ciuitatẽ, renunciauerunt oia, & quid accidisset dæmoniacis. Et ecce tota ciuitas exiuit in occursum IESV. Et cũ uidissent illũ, rogabãt ut decederet à finibus suis. 8,9 II

CAPVT IX.

ET ingressus nauẽ, traiecit, ac uenit in suã ciuitatẽ. Et ecce adduxerunt illi paralyticũ in lecto decumbentem. Cumq; uidisset IESVS fidẽ illorũ: dixit paralytico: Bono animo esto, fili, remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam è scribis dicebant intra sese: Hic blasphemat. Et cum uidisset IE- 70 I

set IESVS cogitatiões illorũ, dixit. Quare uos cogitatis mala in cordibus uestris? Vtrum enim est facilius dicere, remittuntur tibi peccata, an dicere, Surge, & ambula? Vt autẽ sciatis quòd potestatẽ habeat filius hominis in terra remittendi peccata, tunc dicit paralytico, Surge tolle tuũ lectum, & abi in domũ tuam. Et ille surrexit. abijtq; domum suam. Turbæ uero quæ uiderant, admiratæ sunt, & glorificauerũt Deum, qui
71 dedisset potestatẽ talem hominibus ✶ Et præteriens IESVS
II illinc, uidit hominem desidentem ad telonium, Matthæũ nomine, dicitq; ei, Sequere me. Atq; is surgens, secutus est eum
72 ✶ Et factum est, ut Iesus accumberet in illius ædibus, & ec-
II ce multi publicani & peccatores qui uenerant, simul accubuerũt cũ Iesu & discipulis illius. Cũq; id uidissent pharisæi, dixerũt discipulis eius, Cur cum publicanis & peccatoribus sumit cibũ præceptor uester? At IESVS ubi audiuit, dixit illis ✶
73 Non opus habent ij qui ualidi sunt medico, sed qui male ha-
II bent. Quin potius ite, & discite quid sit illud, Misericordiã
Osee 6. uolo, & non sacrificium. Non enim ueni ad uocandũ iustos, sed peccatores ad pœnitentiã. Tũc adeunt eum discipuli Iohannis, dicentes, Quam ob causſam nos & pharisæi ieiunamus plerumq;, discipuli uero tui nõ ieiunant? Et dixit illis IESVS, Num possunt filij sponsi lugere, quamdiu cum illis est spõsus? Venient autẽ dies cum tolletur ab eis spõsus, & tunc ieiunabunt. Nullus immittit assumentum panni rudis in uestem ueteri. Ausert enim supplementũ illius à uestimento, & peior ruptura fit. Neq; mittunt uinũ nouũ in utres ueteres, alióqui rumpuntur utres, & uinum effunditur, & utres pereunt. Sed
74 mittunt uinũ nouũ in utres nouos, & utraq; simul seruãtur ✶
II Hæc cũ illis loqueretur, ecce primas qdam uenit, et adorauit
cum,

eũ, dicens: Filia mea modo defuncta est, sed ueni, & impone manum tuã super illã, ac uiuet. Et surgens IESVS, secutus est eum, ac discipuli illius. Et ecce mulier quæ sanguinis pfluuio laborauerat duodecim annos, accedẽs à tergo, tetigit fimbriam uestimenti illius. dixerat enim intra sese: Si tantum tetigero uestimentum illius, ero salua. At IESVS cõuersus, ut uidit illam, dixit: Confide filia, Fides tua saluã te fecit. Et salua facta fuit mulier à tẽpore illo. Et cum uenisset IESVS in ædes primatis, uidisset̃q; tibicines, & turbã tumultuantẽ, dicit illis: Secedite, nõ enĩ mortua est adulescẽtula, sed dormit. Et deridebãt illũ. Cum autẽ fuisset eiecta turba, introgressus tenuit manum illius, & surrexit adulescentula. Et emanauit rumor hic in totã terrã illam. ✶ Et cum discederet illinc IESVS, secuti sunt illum duo cæci, clamantes ac dicẽtes: Miserere nostri fili Dauid. At cum uenisset in ædes, adierũt illum cæci, et dicit illis IESVS: Creditis me hoc posse facere? Dicunt illi: Credimus domine. Tunc tetigit oculos eorũ, dicẽs: Iuxta fidem uestram fiat uobis. Et aperti sunt illorũ oculi. Et interminatus est illis IESVS, dicẽs: Videte, ne quis sciat. At illi cum abissent, diuulgarunt famam illius in tota terra illa. Illis autem egredientibus, ecce adduxerunt illi hominẽ mutum dæmoniacũ: & eiecto dæmonio, locutus est mutus. Et admiratæ sunt turbæ, dicentes: Nunquam apparuit sic in Israël. At phãrisæi dicebant: per principẽ dæmoniorum eijcit dæmonia. ✶ Et circumibat IESVS ciuitates omnẽis ac uicos, docẽs in synagogis illorum, & prædicãs Euangelium regni, & sanans omnem morbum, & omnem languorẽ in populo ✶ Cum uidisset autem turbas, affectu misericordiæ tactus est erga illas, qd̃ essent destituti ac dispersi, uelut oues nõ habẽtes pastorem,

78 X

78 11

77 VI

79 V tes pastorem ✶ Tunc dicit discipulis suis: Ipsa quidem messis copiosa, cæterum operarij pauci. Rogate igitur dominum messis, ut extrudat operarios in messem suam.

CAPVT. X.

79 II E ✶ T accersitis duodecim discipulis suis, dedit eis potestatem aduersus spiritus immundos, ut eijcerẽt eos, & sanarent quemuis morbũ, & quemuis languorẽ ✶ Porrò duo-
80 II decim apostolorũ nomina sunt hæc. Primus Simon, qui uocatur Petrus, & Andreas frater eius: Iacobus filius Zebedei, & Iohãnes frater eius: Philippus et Bartholomæus: Thomas & Matthæus, q fuerat publicanus: Iacobus filius Alphæi & Lebbæus cognomẽto Thaddæus: Simõ Cananæus, & Iudas Iscariotes q & prodidit illũ ✶ Hos numero duodecim, emisit
81 X IESVS, quibus præceperat, dicens: In uiã gentiũ ne abieritis & in ciuitatẽ Samaritanorũ ne ingrediamini, sed ite potius ad oues pditas domus Israël. Profecti aũt prædicate dicẽtes Adpropinquauit regnum cœlorum. Infirmos sanate, leprosos mundate, mortuos suscitate, dæmõia eijcite. gratuito accepistis, gratuito date ✶ Ne poßideatis aurũ, neq; argẽtũ, neq; æs
82 II in crumenis uestris, neq; perã ad iter, neq; binas tunicas, neq;
83 II calciamẽta, neq; uirgã. Nã dignus est operarius cibo suo ✶ Sed in quãcunq; ciuitatẽ aut uicum fueritis ingreßi, exqrite
84 V quis in ea sit dignus: atq; illic manete donec exeatis ✶ Cũ autẽ intrabitis domum, salutate illã. & si quidem fuerit domus di-
85 II gna, ueniat pax uestra super illã: Sin minus fuerit digna, pax uestra ad uos reuertatur ✶ Et quicũq; nõ excepe rit uos, neq; audierit sermões uestros, exeũtes ex ædibus, aut ciuitate illa, excutite puluerem pedũ uestrorũ. Amen dico uobis: Tolerabilius erit terræ Sodomorũ & Gomorrhorum in die iudicij,

quàm ci

quàm ciuitati illi ✶ Ecce ego mitto uos,uelut oues in medio 86 Ecce ego
luporũ.Eſtote igitur prudẽtes,ueluti ſerpẽtes, & ſimplices V mitto uos
ſicut colũbæ✶Cauete aũt ab illis hominibus:tradẽt enim uos 87
in concilia, & in conciliabulis ſuis flagris cædent uos. quin I
& ad principes ac reges ducemini propter me in teſtimoniũ
ipſis ac gentibus✶At cũ tradiderint uos,ne ſitis ſolliciti quo 88
modo aut quid loquamini:dabitur enim uobis in illa hora qd II
loquamini. Non enim uos eſtis illi loquentes, ſed ſpiritus pa=
tris ueſtri qui loquitur in uobis. Tradet autem frater fratrem Mich.7.
in mortem,& pater filium:& inſurgent filij aduerſus parẽ=
tes,& morte afficient eos,& eritis odio habiti ab oĩbus pro
pter nomen meũ. Verum qui ſuſtinuerit uſq; ad finẽ,hic ſal=
uus fiet✶ Cũ autẽ perſecuti uos fuerint in ciuitate hac,fugite 89
in aliã. Amẽ enim dico uobis,non perambulaueritis omnes X
ciuitates Iſraẽliticas,quin iam uenerit filius hominis.✶Non 90
eſt diſcipulus ſupra præceptorem, neq; ſeruus ſupra domi= III
num ſuũ.Sufficit diſcipulo,ut ſit ſicut præceptor ipſius,& ut
ſeruus ſit ſicut dominus ipſius✶Si ipſum patrẽfamiliãs uoca 91
uerũt Beelzebul,quanto magis domeſticos illius? Ne igitur X
metuatis eos.✶Nihil enĩ eſt tectũ,quod non ſit retegendum, 92
& nihil occultũ,quin futurũ ſit ut ſciatur. ✶ Quod dico uo II
bis in tenebris,dicite in luce:& quod in aurẽ auditis,prædi= 93 Nolite
cate in tectis.Et ne metuatis uobis ab his qui occidũt corpus X timere uos
animam autẽ nõ poſſũt occidere,ſed metuite magis illum,qui
poteſt & animã & corpus perdere in gehenna. Nonne duo
paſſerculi minuto aſſe ueneũt? & unus ex illis nõ cadet in ter
ram ſine patre ueſtro.Veſtri ettã uero pili capitis oẽs nume=
rati ſunt.Ne igitur metuatis,uos pluris eſtis,quã multi paſſer Omnis qui confi
culi. ✶ Omnis igitur qui confitebitur me coram hominibus, 94 tebitur me

confitebor & ego illum coram patre meo, qui est in cœlis.
Porrò quisquis negauerit me coram hominibus, negabo eũ
95 & ego coram patre meo, qui est in cœlis. ✶ Ne arbitremini
V quod uenerim ad mittendũ pacem in terram. Nõ ueni ut mit
terem pacem, sed gladium. Nam ueni ut dissidere faciam ho
minem aduersus patrem suũ, & filiam aduersus matrẽ suam,
& sponsam aduersus socrũ suam, & inimici hominis erũt ij,
96 qui sunt domestici ipsius. ✶ Qui amauerit patrẽ aut matrem
V supra me, nõ est me dignus, & q amauerit filiũ aut filiã supra
Mich. 7. me, nõ est me digns. Et qui nõ accipit crucẽ suã ac sequitur
97 me, nõ est me dignus. ✶ Qui ĩuenerit animã suã, perditurus
III est eã: & qui perdiderit animã suã mea causa, inueniet eã.
98 ✶ Qui recipit uos, me recipit: & qui me recipit, recipit eũ
I qui misit me. ✶ Qui recipit prophetã in noĩe ꝓphetæ, mer-
99 cedẽ prophetæ accipiet. Et qui recipit iustum, in nomine iu
X sti, mercedẽ iusti accipiet. ✶ Et quicũq; ad bibendũ dederit
100 uni ex pusillis his, poculũ aquæ frigidæ tantum nomine disci-
VI puli, Amen dico uobis, non perditurus est mercedem suam.

CAPVT. XI.

101 ET factum est, cum finẽ fecisset IESVS mandandi duo
X decim discipulis suis, progressus est illinc, ut doceret &
102 prædicaret in ciuitatibus illorum. ✶ Ioannes autem, cum au
V disset in carcere facta Christi, missis duobus discipulis suis, di
xit illi: Tu es ille qui uenturus est, an alterum expectamus? Et
respondens IESVS dixit illis: Ite & renuntiate Ioanni ea
quæ auditis & uidetis. Cæci uisum recipiunt, & claudi am-
bulant, leprosi mundantur, & surdi audiunt, mortui excitan
tur, & pauperes lætum accipiũt Euãgelij nuncium. Et bea
tus est quisquis nõ fuerit offensus per me. Euntibus autem il-
lis, cœpit

lis, cœpit IESVS dicere turbis de Ioanne: Quid existis in
desertum ut uideretis? Num arundinem, quæ agitatur à uen-
to? Agè, quid existis ut uideretis? Num hominem mollibus ue
stibus amictum? Ecce qui mollia gestant, in domibus regum
sunt. At quid existis uidere? Num prophetam? Certe dico uo Malach. 3.
bis, & excellētiorē propheta. Hic est enim de quo scriptum 103
est: ✶ Ecce ego mitto nunciū meū ante faciē tuam, q præpa II
raturus est uiā tuā ante te: ✶ Amē dico uobis, nō exortus fu 104.
it inter eos qui nascūtur ē mulieribus, maior Ioāne baptista. V
Attamē is, qui minor est in regno cœlorū, maior illo est. ✶
Porrò à diebus Ioannis Baptistæ, usq; ad hunc diē, regnū cœ 105
lorum uim patitur, & uiolenti rapiūt illud. ✶ Nam oēs pro V
phetæ, & ipsa lex, usq; ad Ioannē prophetauerūt. Et si uul- 106 Helyas
tis recipere, ipse est Helias ille, qui uenturus erat. Qui habet X
aures ad audiēdū, audiat. ✶ Sed cui assimilabo generationē 107
hanc? Similis est pueris, q sedent in foris & acclamāt sodali- V
bus suis, ac dicūt: Tibia cecinimus uobis, & nō saltastis: lugu
bria cecinimus uobis, & nō planxistis. Venit enim Ioannes,
nec edens, nec bibens, & aiunt: Dæmoniū habet. Venit filius
hominis edens ac bibēs, & dicūt: En hominē comedonē &
uini potorē, publicanis amicū ac peccatoribus, & iustificata
est sapiētia à filijs suis. ✶ Tūc cœpit exprobrare ciuitatibus 108
in quibus æditæ fuerāt plurimæ uirtutes ipsius, quod sclerum V
eas nō penituisset. Væ tibi Chorazin. uæ tibi Bethsaidan, quo
niā si in urbe Tyri, aut Sidonis factæ fuissēt uirtutes, quæ fa
ctæ sunt in uobis, olim in sacco & cinere sclerū suorū pœ-
nitentiam egissent. Attamen dico uobis, Tyro & Sidoni tole
rabilius erit in die iudicij quàm uobis. Et tu Capernaū, quæ 109
es usq; ad cœlū exaltata, usq; ad inferos detraheris: ✶ quoni X

am si in Sodomis æditæ fuissent uirtutes, quæ æditæ sunt in te, mansissent usq; ad hodiernum diem. Veruntamen dico uobis
110 quod Sodomis tolerabilius erit ī die iudicij, quàm tibi. ✶ In il-
V lo tempore respondēs IESVS, dixit: Gratias tibi ago pater domine cceli & terræ, quod abscōderis hæc à sapiētibus & prudentibus, & reuelaris ea paruulis. Certe pater, sic fuit bo
111 na uoluntas apud te. ✶ Oīa mihi tradita sunt à patre meo ✶
III & nemo nouit filium, nisi pater, neq; patrē quisquam nouit,
112 nisi filius, & cuicūq; uoluerit filius reuelare. ✶ Venite ad me
III omnes, qui laboratis & onerati estis, et ego reuocillabo uos.
113 Tollite iugū meum super uos, & discite à me, quod mitis sim
X & humilis corde, & inuenietis requiē animabus uestris. Iu-
Hierc. 6. gum enim meum commodum est, & onus meum leue est.

CAPVT XII.

114 I ✶ N illo tempore, ibat IESVS sabbatis per segetes: discI
II puli uero illius esuriebāt, & cœperunt uellere spicas, & comedere. At pharisæi cum uidissent, dixerunt illi: Ecce discipuli tui faciunt, quod non licet facere in sabbato. Ille uero di
1. Reg. 21. xit eis: Non legistis quid fecerit Dauid, cum esuriret ipse, & ij qui erant cum illo? Quomodo ingressus sit in domum Dei, & panes propositionis ederit, quos ipsi nō licebat edere, neque ijs qui cum illo erant, nisi sacerdotibus solis. ✶ Aut nō le
115 gistis in lege. quòd sabbatis sacerdotes in templo sabbatum
X prophanant, & crimine uacant: Dico autē uobis, quòd templo maior est hoc in loco. Quod si sciretis quid sit misericor
Osee, 6. diam uolo & non sacrificium, nequaquam condemnassetis insontes. ✶ Nam dominus est & sabbati filius hominis. At
116 progressus illinc, uenit in synagogam illorum. & ecce homo
II erat manum habens aridam, & interrogabant illum, dicentes:

tes: Licet ne sabbatis curare? ut accusarẽt eũ. At ille dixit eis: Quis erit ex uobis homo, qui habebit ouẽ unã, & si ea inciderit sabbatis in foueam, nónne apprehendet illam & eriget? Quãto igitur præstantior est homo oue? Licet igitur sabbatis beneficio afficere. Tunc dicit homini: Extende manũ tuã, & is extẽdit, ac restituta est sanitati, sicut altera. ✶ Porro pharisæi egressi, cœperũt cõsilium aduersus eum, quomodo illum perderent. ✶ At IESVS, ubi nouisset, secessit illinc 117 IIII 118

secutæq; sunt eũ turbæ multæ, & sanauit eos omnes: et interminatus est illis, ne se facerent manifestũ, ut eõpleretur quod dictum erat per Esaiam prophetam, qui ait: Ecce filius meus quem elegi: dilectus meus, in quo sibi bene cõplacuit anima mea. Ponam spiritum meum super illum, & iudicium gentibus annũciabit. Nõ contẽdet, neq; clamabit, neq; audiet quisquam in platẽis uocẽ eius: arundinem comminutam non confringet, & linum fumigans nõ extinguet, donec eijciat ad uictoriam iudicium, & in noïe illius Gentes sperabũt. ✶ Tunc adductus est ad eũ, qui dæmonio agitabatur, cæcus ac mutus, & sanauit illũ: ita ut cæcus ac mutus, & loqueretur, & cerneret. ✶ Et obstupuerũt oẽs turbæ, dicebantq;: Nũ hic est ille filius Dauid? At pharisæi cũ audissent, dicebãt: ✶ Hic nõ eijcit dæmõia, nisi præsidio Beelzebul principis dæmoniorũ ✶ IESVS aũt cũ sciret cogitatiões illorũ, dixit illis: Omne regnũ, diuisum aduersus sese, desolatur: et oïs ciuitas aut domus diuisa aduersus seipsam, nõ stabit. Et si satanas satanam eijcit, aduersus se ipsum diuisus est. Quomõ igitur stabit regnũ illius? Et si ego præsidio Beelzebul eijcio dæmonia, filij uestri cuius præsidio eijciũt? Propterea ipsi iudicabunt de uobis. Q d' si spiritu Dei ego eijcio dæmonia, ergo peruenit ad uos regnũ

Esa. 42. 119 V 120 VII 121 II 122 II

Dei. Alioqui quomodo potest aliquis intrare domũ potentis, & uasa illius diripere, nisi prius uinxerit potentem, & tunc domũ illius diripiet? Qui nõ est mecũ, aduersum me est, & qui non congregat mecum, spargit. Propterea dico uobis:
123 II ✶ Omne peccatũ & cõuicium remittitur hominibus, at cõuicium in spiritum non remittetur hominibus. Et quicunq; dixerit uerbũ aduersus filium hominis, remittetur illi. Qui autem dixerit aduersus spiritum sanctum, non remittetur ei, neq; in præsenti sæculo, neq; in futuro.
124 X ✶ Aut facite arborẽ bonam, & fructũ eius bonũ: aut facite arborẽ uitiosam, & fructum illius uitiosum. nam è fructu arbor agnoscitur. Progenies uiperarũ, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? ✶
125 V Siquidẽ ex abundantia cordis os loquitur. Bonus homo è bono thesauro cordis expromit bona: & malus homo, ex malo
126 X thesauro depromit mala. ✶ Sed dico uobis quod de quocũq; uerbo ocioso, qd' locuti fuerint hoïes, reddituri sunt rationẽ in die iudicij. nam ex dictis tuis iustificaberis, & ex dictis tuis condemnaberis. ✶ Tunc interrogauerunt eũ quidã è scribis
127 V ac pharisæis, dicẽtes: Præceptor, uolumus ex te signũ uidere
128 V At ille respõdẽs, dixit illis: ✶ Generatio praua & adultera signũ quærit, & signum nõ dabitur illi, nisi signum Ionæ prophetæ. Quemadmodum enĩ fuit Ionas in uentre ceti tribus
Deute. 13. Ionæ. 2. diebus ac tribus noctibus, sic erit filius hominis ĩ corde terræ
Ionæ. 3. tribus diebus, & tribus noctibus. Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt eam, qd' ipsi resipuerint ad prædicationẽ Ionæ. Et ecce plusquã Ionas est hoc loco. Regina Austri surget in iudicio cũ generatiõe hac
3. Reg. 10. & condemnabit eam, quod uenerit à finibus terræ, ad audiẽ
2. Para. 9. dam sapientiam Solomonis. Et ecce plusquam Solomon est in

hoc loco

hoc loco. ✶ Cum autem immundus spiritus exierit ab hoīe, 129
perambulat per arentia loca, quærens requiem, & nō inue V
nit. Tunc dicit: Reuertar in domū meam unde exiui, & cum
uenerit, reperit eam uacantē, & scopis purgatā, atq; orna=
tam. Tunc abit & adiungit sibi septē alios spiritus sceleratio
res se, & ingressus inhabitat illic, & fiunt postrema hoīs illi
us peiora primis. Sic erit & generationi huic puersæ. ✶ Cū 130
aūt adhuc loqueretur turbis, ecce mater & fratres eius sta= II
bant foris, quærētes ei loqui. Dixit aūt illi quidam: Ecce ma=
ter tua, & fratres tui foris stant, quærentes tibi loqui. At ille
respondens, dixit ei, qui sibi renunciauerat: Quæ est mater
mea, aut qui sunt fratres mei? Et protensa manu sua in disci=
pulos suos, dixit: Ecce mater mea & fratres mei. Quisquis
enī fecerit uoluntatē patris mei, q est in cœlis, ipse meus fra
ter, & soror, & mater est.

CAPVT XIII.

I✶N die uero illo egressus IESVS è domo, sedit iuxta ma 131
re, & congregatæ sunt ad illum turbæ multæ, adeo, ut ipse II
nauim ingressus, sederet, & uniuersa turba in littore stabat.
Ac dicebat illis multa p similitudines, dicēs: Ecce, exijt q semi
nabat ad seminandū, & cum seminaret, alia quidem cecide
runt iuxta uiam, & uenerunt uolucres, & deuorauerunt ea.
Alia uero ceciderunt in loca saxosa, ubi nō habebāt multum
terræ, & ptinus exorta sunt, propterea, q d' nō haberēt pfun
ditatē terræ, cū aūt exortus esset sol, exusta sunt, & quia nō
habebāt radicē, exaruerunt. Alia rursus ceciderunt in spinas
& insurrexerūt spinæ, & suffocauerunt ea. Alia uero cecide
runt in terrā bonā, & dederunt fructū, aliud quidem centu=
plum, aliud uero sexagecuplum, aliud uero trigecuplum. Qui
habet aures ad audiendum, audiat. Et adeuntes discipuli, di=

xerunt illi: Quare p parabolas loqueris illis? At ille respondens, dixit eis, Vobis datum est noße mysteria regni cœlorũ
illis aũt nõ est datum. ✶ Quisquis enim habet dabitur illi, &
332 V reddetur abundantior. ✶ Quisquis aũt non habet, etiã illud
quod habet, tolletur ab eo. Propterea per parabolas loquor
333 I illis, quia uidentes non uident, & audientes non audiunt, nec
intelligunt, & completur in illis prophetia Esaiæ, quæ dicit,
Esa. 6. Auribus audietis, & non intelligetis, & uidentes uidebitis,
& non cernetis. Incrassatum est enim cor populi huius, &
auribus grauiter audierunt. & oculos suos occluserunt. ne
quando uiderent oculis, & auribus audirent, & corde intelli
334 gerent, & conuertantur, & sanem illos. ✶ Vestri uero beati
V sunt oculi, quia uident, & aures uestræ, quia audiunt. Amen
enim dico uobis, quod multi prophetæ & iusti, desyderauerunt uidere. quæ uidetis, & nõ uiderũt, & audire quæ auditis, & nõ audierũt. ✶ Vos igitur audite parabolã seminãtis.
335 II Cũ quis audit sermonẽ regni, & nõ itelligit, uenit ille malus,
& rapit id qd' seminatũ est in corde illius, hic est q iuxta uiã
seminatus fuit. At qui in petricosa semen iactum exceperat,
hic est, qui uerbum audit, ac ꝓtinus cũ gaudio accipit illud,
uerum non habet radicem in semetipso, sed temporarius est
Porrò cũ incideŕit afflictio aut ꝓsecutio ꝓpter sermonẽ, con
tinuo offenditur. At qui in spinas semen exceperat, hic est, q
uerbũ audit, & cura sæculi huius, deceptioq; diuitiarũ suffocat sermonẽ, & infrugifer redditur. Cæterũ qui in terrã bonam excepit semẽ, hic est, q sermonẽ audit & intelligit, q de
niq; fructũ quoq; reddit ac facit, alius qdem centuplũ, alius
uero sexagecuplũ, alius uero trigecuplũ. ✶ Aliam parabolã
336 X proposuit eis, dicens, Assimilatum est regnum cœlorum homi
ni semi

ui seminãti bonũ semen in agro suo, sed dormiẽtibus hoĩbus, uenit illius inimicus, et seminauit zizania ĩter triticũ, abijtq;
Cum aũt germinasset herba, & fructum feciſſet, tunc apparuerunt & zizania. Accedentes aũt serui patrisfamiliâs, dixerunt illi: Domine, nónne bonum semen seminaras in tuo agro? unde igitur habet zizania? Ille uero dixit illis: Inimicus homo hoc fecit. Serui aũt dixerunt illi: Vis igitur abeamus & colligamus ea? At ille dixit: Non, ne dũ colligitis zizania, eradicetis simul cũ illis & triticũ, sinite pariter crescere utraq; usq; ad messem, & in tempore meßis dicã messoribus: Colligite primum zizania, & colligate ea in fasciculos ad comburendũ ea, triticũ uero cõgregate in horreũ meum.
✻ Aliam parabolam proposuit eis, dicens: Simile est regnũ cœlorum grano sinapis, quod acceptum, homo seminauit in agro suo, quod minimum est omnium seminum. Cæterum ubi excreuerit, maximũ est inter holera, & fit arbor, adeo, ut ueniant uolucres cœli, & nidulentur in ramis illius. ✻ Aliam parabolam dixit illis: Simile est regnum cœlorum fermento quod acceptum mulier abscondidit in farinæ satis tribus, donec fermentaretur totũ. ✻ Hæc omnia locutus est IESVS per parabolas ad turbas, & sine parabola nihil locutus est illis, ut cõpleretur quod dictum fuerat p ꝓphetam, qui ait: Aperiam in parabolis os meũ, eructabo abscondita à constitutione mundi. ✻ Tunc dimißis turbis uenit in domũ IESVS & accesserunt ad illũ discipuli eius, dicentes: Explica nobis parabolam zizaniorũ agri. At ille respõdens, dixit illis: Qui seminat bonum semen, est filius hominis, ager autem est mundus. Porrò bonum semen, ij sunt filij regni, zizania uero sunt filij illius mali, inimicus autẽ qui seminat ea, est diabolus

117 II
118 V
119 VI
Psal. 77.
140 X

bolus, messis uero consumatio sæculi est, messores aũt angeli sunt. Sicut igitur colliguntur zizania, & igni comburuntur, sic erit in consummatione sæculi huius. Mittet filius hominis angelos suos, & colligent è regno illius oĩa offendicula, et eos qui patrant iniquitatẽ, ac mittent illos in caminũ ignis, ibi erit ploratus, stridorq; dentiũ. Tunc iusti fulgebũt ut sol in regno patris sui. Qui habet aures ad audiendũ, audiat. Rursum, simile est regnum cœlorũ thesauro absconso in agro, quem repertũ homo abscondidit, & præ gaudio, qd' habet super eo, abit, & omnia quæcunq; habet, uendit, ac mercatur agrum illum. Rursum, simile est regnum cœlorum homini negociatori, quærenti pulchras margaritas, qui cum inuenerit unam pretiosam margaritam, abiens uendidit omnia quæ possidebat, & mercatus est illam. Rursum, simile est regnũ cœlorũ uerriculo iacto in mare, & ex omni genere contrahenti, qd' cum impletum fuisset, subduxerunt in littus, & sedentes collegerũt quæ bona sunt in uasa, quæ uero mala, foras abiecerũt. Sic futurum est in consummatione sæculi, uenient angeli, & segregabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis, illic erit ploratus & stridor dentium. Dicit illis IESVS: Intellexistis hæc omnia? Dicunt illi: Etiã domine. At ille dixit illis: Propterea omnis scriba doctus ad regnũ cœlorũ, similis est homini patrifamiliâs, qui depromit è thesauro suo noua & uetera. Et factum est, ut cũ finisset IESVS sermones hos, digrederetur illinc. Et cum uenisset in patriã suã, docuit in synagoga illorũ, ita ut stupereẽt, ac dicerẽt: Vnde huic sapientia hæc & uirtutes? ✶ Nónne hic est ille fabri filius? Nónne mater eius uocatur Mariam, & fratres eius Iacobus & Ioses, & Simon & Iudas? & sorores illius, nónne omnes

omnes apud nos sunt? Vnde igitur huic hæc oĩa? & offendebantur super eo. IESVS aũt dixit illis: ✶ Non est propheta 142
expers honoris, nisi in patria sua, & domo sua. Et nõ ædidit I
illic uirtutes multas, propter incredulitatẽ illorum.

CAPVT XIIII.

I ✶N illo tẽpore audiuit Herodes tetrarcha famã IESV, 143
& dixit famulis suis. Hic est Iohannes Baptista, is surrexit II
à mortuis, & ideo uirtutes agunt in illo. ✶ Nam Herodes ce- 144
perat Iohannem & uinxerat, ac posuerat in carcere ꝓpter II
Herodiadẽ uxorẽ Philippi fratris sui. Dicebat enĩ illi Iohannes: Non licet tibi habere eã. Et cũ uellet eũ occidere, metuebat multitudinẽ, propterea quod illũ ceu prophetã habebãt.
✶ Cum aũt celebraretur natalis Herodis, saltabat filia Hero- 145
diadis in medio, & placuit Herodi. Vnde cũ iureiurando pol VI
licitus est, se daturũ illi quicqd peteret. At illa, prius instructa à matre sua: Da mihi, inquit, hic in patina caput Iohãnis baptistæ. Et indoluit rex, attamẽ ꝓpter iusiurandũ, & eos q̃ simul accumbebant, iussit ei dari, & missis carnificibus, amputauit caput Iohannis in carcere, & allatũ est caput eius in patina, datumq; est puellæ, atq; illa obtulit matri suæ. Et accesserunt discipuli eius, & sustulerũt corpus, ac sepelierunt illud, abieruntq;, & renunciarũt IESV. ✶ Id cum audisset 146
IESVS, secessit illinc in naui ad desertũ locũ seorsim. Et cũ III
audissent turbæ, secutæ sunt illũ itinere pedestri, relictis urbibus. Et egressus IESVS uidit multã turbã, et tactus est affectu misericordiæ erga illos, sanauitq; ex illis q̃ male ualebãt,
✶ Porrò cum appetisset uespera, adierunt eũ discipuli ipsius 147
dicentes: Desertus est locus, & hora iam præterijt, dimitte I
turbas, ut abeant in uicos, & emant sibi cibaria. At IESVS

dixit illis:

dixit illis: Non est illis necesse ut abeant, date illis uos quod edant. At illi dicunt ei: Non habemus hic nisi quinq; panes, & duos pisces. Ille uero dixit: Afferte mihi illos huc. Et iussis turbis discumbere super gramina, sumptisq; quinq; panibus, ac duobus piscibus, sublatis in cœlũ oculis, benedixit, & cum fregisset, dedit discipulis panes, discipuli uero turbis. Et comederunt omnes, & saturati sunt, & sustulerunt quòd superfuerat de fragmentis, duodecim cophinos plenos. Porrò q comederant, fuere uiri fermè quinquies mille, præter mulieres
148 ac pueros. ✶ Et statim cõpulit IESVS discipulos suos, ut
VI conscenderent nauim, & præcederent se in ripam ulteriorem, donec dimisisset turbas. ✶ Ac dimissis turbis, ascendit in
149 II monte solus ad orandũ. ✶ Cum aũt aduenisset uespera, solus
150 erat illic. Cæterũ nauis iam in medio maris erat, & afflictabatur ab undis, nã uentus erat aduersus. Quarta aũt nocte
IIII. uigilia, abijt ad illos IESVS, ambulans sup mare, & ubi uidissent eum discipuli sup mare ambulantẽ, turbati sunt, dicentes: Spectrum est, ac præ metu exclamauerunt, sed statim locutus est illis IESVS, dicens: Bono animo este, ego sum, ne
151 terreamini. ✶ Respõdens aũt illi Petrus, dixit: Domine, si tu
X es, iubeto me ad te uenire sup aquas. At ille dixit: Veni. Et cũ descendisset è naui Petrus ambulabat super aquas, ut iret ad IESVM. Cæterũ cũ uideret uentũ ualidũ, territus est, & cũ cœpisset demergi, clamauit, dicens: Domine, serua me. Cõtinuo aũt IESVS extẽta manu, apprehendit eũ, & dixit illi: exigua fiducia prædite, cur hæsitabas? ✶ Et cum essent in-
152 gressi nauim, conquieuit uẽtus. Porrò q erãt in naui, accesse-
VI runt & adorauerũt eũ dicẽtes: Vere dei filius es. Et cũ traiecissent, uenerũt in terrã Genezareth. Et cũ agnouissent illum uiri lo-

uiri loci illius, emiserũt nuncios in totã undiq; finitimam regionem illam, & obtulerunt illi oẽs male habentes. ✶ Et obsecrabant eum, ut tantum tangerent fimbriã uestimẽti ipsius, & quotquot tetigissent, salui facti sunt.

CAPVT XV.

✶ Vnc accedunt ad IESVM, qui ab Hierosolymis uenerant, scribæ & pharisæi, dicentes: Quare discipuli tui transgrediuntur traditionẽ seniorũ? Nõ enĩ abluunt manus suas, cum edunt panem. At ille respõdens, dixit eis: Quare & uos transgredimini præceptum dei propter traditionẽ uestram. Nam Deus præcepit dicens: Honora patrẽ & matrem, & qui maledixerit patri, aut matri, morte moriatur. Exod. 20. Vos aũt dicitis: Quicunq; dixerit patri & matri, quicqd doni à me profecturũ erat, id in tuũ uertitur commodũ, & non honorabit patrem suũ, aut matrem suam, & irritum feciſtis præceptum Dei propter traditionem uestram. Deute. 5. Hypocritæ, recte de uobis prædixit Esaias, dicens: Esa. 29. Appropinquat mihi populus hic ore suo, & labijs me honorat, cæterum cor eorum procul abest à me, sed frustra me colunt, docentes doctrinas, præcepta hominũ. Et aduocatis ad se turbis, dixit eis: Audite & intelligite, non quod ingreditur in os, impurat hominem, sed quod egreditur ex ore, hoc impurum reddit hominem. ✶ Tunc accedentes discipuli eius, dixerunt illi: Nosti pharisæos, audito sermone isto offensos fuisse? At ille respondens ait: Omnis plantatio, quã non plantauit pater meus cœlestis, eradicabitur. ✶ Omittite illos, duces sunt cæci cæcorũ. Porrò si cæcus cæco dux fuerit, ambo in foueã cadẽt. ✶ Respondens autem Petrus, dixit ei: Dissere nobis parabolam istam. IESVS aũt dixit: Adhuc & uos intelligentia caretis? Non

dum intelligitis, quod quicquid ingreditur in os, in aluũ abit, & in secessum eijcitur? At ea quæ proficiscuntur ex ore, ex ipso corde egrediuntur, & illa impurũ reddunt hoiem. Nam ex corde exeunt cogitationes malæ, cædes, adulteria, stupra, furta, falsa testimonia, cõuicia. Hæc sunt quæ impurãt hoiem Cæterũ illotis manibus capere cibũ, non inquinat hoiem. Et digressus illinc IESVS, secessit in partes Tyri & Sidonis. Et ecce mulier Cananæa quæ à finibus illis uenerat, clamabat ad illum, dicens: Miserere mei domine fili Dauid. Filia mea misere à dæmonio agitatur. Ille uero non respondit ei quicq̃. Et accedentes discipuli eius, rogabant illum, dicẽtes: Amitte
158 illam, nam clamat post nos. At ille respondens, dixit: ✶ Non
V sum missus, nisi ad oues pditas, domus Israëlticæ. ✶ Illa uero
159 uenit & adorauit eũ, dicẽs: Domine succurre mihi. At ille re-
VI spondens, dixit: Non est honestũ sumere panẽ filiorũ & ob ijcere catellis. Hæc aũt respondit: Certe domine, etenim catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorũ. Tunc respondens IESVS, dixit illi: O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut uis. Et sanata fuit filia eius ex eo tpe. Et progressus illinc IESVS, uenit iuxta mare Galilææ, & conscenso monte, sedebat illic. Et accesserunt ad eum turbæ multæ, ducentes secũ claudos, cæcos, surdos, mutilos, & alios multos, & abiecerunt eos ad pedes IESV, & sanauit eos, adeo, ut turbæ mirãtæ sint, cum uiderent mutos loqui, mutilos esse sanos, claudos ambulare, cæcos uidere, & glorificabant Deum Israël. ✶ IESVS aũt uocatis ad se discipulis suis, di-
160 xit: Miseret me turbæ, propterea quod iam triduum perse-
VI uerant apud me, & non habent quod edãt, & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in uia. Et dicunt ei discipuli eius:

Vnde

Vnde nobis in solitudine panes tam multi, ut saturemus turbam tantã? Et dicit illis IESVS: Quot panes habetis? At illi dicunt: Septem, & paucos piscículos. Et iussit turbas discũbere in terra. Et sumpsit septẽ panes ac pisces, & postq̃ gratias egisset, fregit deditq̃ discipulis suis, discipuli uero turbæ, comederuntq̃ omnes, & saturati sunt, & sustulerũt qd̃ supererat fragmẽtorũ septẽ sportulas plenas. At ij qui comederant, erant quater mille uiri, præter mulieres & pueros. & dimissis turbis cõscendit nauim, uenitq̃ in fines Magdala.

CAPVT. XVI.

ET aggressi pharisæi una cum Sadducæis, tentantes rogabant eum, ut signum è cœlo ostenderet sibi. ✶ At ille respondens dixit eis: Cum cœperit esse uespera, dicitis: serenitas erit, nam rubet cœlum: & mane, hodie tempestas, rubet enim cœlum triste, Hypocritæ, faciem cœli scitis dijudicare, signa uero temporũ nõ potestis? ✶ Natio praua & adultera signum requirit, & signum non dabitur ei, nisi signũ Ionæ prophetæ. Et relictis illis, abijt. Et cum uenissent discipuli eius in ulteriorem ripam, per obliuionẽ non sumpserant panes. IESVS autẽ dixit. ✶ Videte, & cauete à fermento pharisæorum ac Sadducæorum. ✶ At illi reputabant intra sese, dicẽtes: panes non sumpsimus. Quod ubi cognouit IESVS, dixit illis: Quid cogitatis intra uos ipsos, ó parũ fidentes, quod panes non sumpseritis? Nõdum intelligitis, neq; memoria tenetis quinq; illos panes, cum homines essent quinq̃es mille, & quot cophinos sustuleritis? Neq; septẽ illos panes, cum homines essent quater mille, & quot sportas acceperitis? Qui fit, ut non intelligatis, me non de pane dixisse uobis illud, ut caueretis à fermento pharisæorum & Sadducæorũ?

161 IIII
162 V
163 VI
Ionæ. 2.
164 II
165 VI

c Tunc

Tunc intellexerũt quod nõ iußisset cauere à fermẽto pani:
166 sed à doctrina phariſæorũ et Sadducæorũ. ✶ Cũ ueniſſet aũt
I IESVS in partes Cæſareæ eius, q̃ cognominatur Philippi,
interrogauit diſcipulos ſuos, dicens: Quẽ me dicunt homines
eſſe, filiũ illũ hominis? Illi uero dicebãt: Alij quidẽ Iohãnẽ Ba
ptiſtam, alij uero Heliã, alij uero Hieremiã, aut unũ de nume
ro prophetarũ. dicit illis: At uos quẽ me dicitis eẽ? Reſpõdẽs
autẽ Simõ Petrus, dixit: Tu es Chriſtus ille filius dei uiuentis,
167 ✶ Et reſpondẽs IESVS dixit illi: Beatus es Simõ Bar Iona,
X quia caro et ſanguis nõ reuelauit tibi, ſed pater meus, qui eſt
in cœlis. At ego uiciſſim tibi dico, quod tu es Petrus, et ſuper
hanc petrã ædificabo meã eccleſiã, & portæ inferorũ nõ ua
lebunt aduerſus illam, Et dabo tibi claues regni cœlorũ, et qc
quid alligaueris in terra, erit alligatũ in cœlis, et quicquid ſo-
ueris in terra, erit ſolutũ in cœlis. Tunc edixit diſcipulis ſuis
168 ne cui dicerẽt quod ipſe eſſet IESVS Chriſtus. ✶ Ex eo tẽ
II pore cœpit IESVS indicare diſcipulis ſuis, qd' oporteret
ipſum abire Hieroſolymã, ac multa pati à ſenioribus et prin-
cipibus ſacerdotũ, et ſcribis, et occidi, et tertio die reſuſcitari
169 ✶ Et cũ abduxiſſet eũ Petrus, cœpit illũ ĩcrepare, dicẽs: Pro
VI pitius tibi ſis domine, nequaquã erit tibi hoc. At ille cõuerſus
dixit Petro, Abi poſt me ſathana, obſtaculo es mihi, quia nõ ſa
pis ea quæ ſunt Dei, ſed ea quæ ſunt hominũ. Tunc IESVS
170 dixit diſcipulis ſuis: ✶ Si quis uult poſt me uenire, abneget ſe
II metipſum, et tollat crucẽ ſuã, ac ſequatur me: Qui enĩ uolue-
rit animã ſuã ſeruare, perdet eam: rurſus qui perdiderit ani-
mam ſuam mea cauſſa, inueniet eã. Quid enim prodeſt homi
ni, ſi totũ mundũ lucratus fuerit, animæ uero ſuæ iacturam fe
cerit? Aut qd dabit homo, cuius permutatiõe redimat animã

ſuam

suã? ✶ Futurũ est enĩ, ut filius hominis ueniat in gloria patris 171
sui, cum angelis suis, & tunc reddet unicuq; iuxta facta ip- X
sius. ✶ Amẽ dico uobis, sunt quidã hic stantes, qui nõ gustabũt 172
mortẽ, donec uiderint filiũ hominis uenientem in regno suo. II

CAPVT. XVII.

ET post dies sex, assumit IESVS Petrũ ac Iacobũ, et Io
hannem fratrẽ eius: et subducit illos in montẽ excelsum
seorsũ, transformatusq; est corã illis, & splẽduit facies eius
sicut sol. Vestimenta autem illius facta sunt candida sicut lu-
men. Et ecce conspecti sunt illis Moses, & Helias cũ illo col
loquentes. Respondens autẽ Petrus, dixit IESV, Domĩe, bo-
num est nos hic esse. si uis faciamus hic tria tabernacula, tibi
unũ, et Mosi unũ, et Heliæ unũ. Adhuc eo loquẽte, ecce nubes
lucida obumbrauit illos, & ecce uox è nube quæ diceret, Hic
est filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacitũ est, ipsum
audite. Et cũ hæc audissent discipuli, prociderũt in faciẽ suã,
& territi sunt uehementer. Et accedens IESVS, tetigit illos
dixitq;: Surgite & ne timeatis. Vbi uero sustulissẽt oculos su-
os neminẽ uidebãt, nisi IESVM solũ. Et cum descenderent
de monte, præcepit illis IESVS, dicẽs: Ne cui dixeritis uisio
nem, donec filius hominis à mortuis resurgat. ✶ Et interroga 173
uerunt eũ discipuli sui, dicentes: Cur igitur scribæ dicunt, qd VI
Heliam oporteat uenire prius? IESVS autẽ respõdẽs, dixit
illis: Helias quidẽ ueniet prius, & restituet omnia. Cæterũ di
co uobis, Heliam iam uenisse, et non agnouerunt eũ, sed fece
runt in eo quæcũq; uoluerũt. Sic et filius hominis passurus est
ab illis. Tunc intellexerũt discipuli, quod de Iohãne baptista
dixisset ipsis ✶ Et cum uenissẽt ad turbam, accessit ad eum ho- 174
mo quidã flectens genua illi, dicens q;: Domine, miserere fi ij II

mei,quoniã lunaticus est,et misere affligitur,nam sæpe cadit ĩ ignem,et sæpe ĩ aquam,et obtuli eũ discipulis tuis, nec potuerunt eũ sanare.Respondens autẽ IESVS,dixit:O natio incredula,et distorta,quousq; tandẽ ero uobiscũ?usq;quò patiar uos?Adducite illũ huc.Et increpauit illud IESVS,et exijt ab eo dæmoniũ,et sanatus est puer à tẽpore illo.Tũc accedẽtes discipuli ad IESVM seorsũ,dixerũt: Quare nos nõ potuimus eijcere illud?IESVS aũt dixit illis:Propter incredulitatẽ uestrã.✳Amẽ quippe dico uobis, si habeatis fidem sicut granũ sinapis,dicetis monti huic:demigra hinc illuc,& demigrabit, neq; quicq̃ ipoßibile erit uobis: Sed hoc genus nõ egreditur,nisi per deprecationẽ et ieiuniũ.✳Cũ aũt uersarentur ĩ Galilæa,dixit illis IESVS:Futurũ est.ut filius hominis tradatur in manus hominũ,et occidẽt eũ, ac tertio die resurget.Et mœrori affecti sunt uehemẽter.✳Cũ aũt uenissent in oppidũ Capernaũ,accesserũt q didrachma solẽt accipere,ad Petrũ,dixerunt q̃:Præceptor uester num soluit didrachma?Dicit,etiã.Et cũ ingressus fuisset in domũ,præuenit illũ IESVS,dicẽs:Quid tibi uidetur Simon?Reges terræ,à quibus accipiũt tributa,aut censum,à filijs suis,an ab alienis?Dicit illi Petrus:Ab alienis.Ait illi IESVS:Ergo liberi sunt filij.Verum ne simus illis offendiculo,profectus ad mare,mitte hamũ:& eũ piscẽ qui prodierit primus,tolle,& aperto ore illius,inuenies staterem,acceptũ eũ da illis pro me et te.

175 V

176 II

177 X

Amen dico uobis, qui didrachma

CAPVT. XVIII.

IN illo tempore accesserunt discipuli ad IESVM,dicẽtes: Quis maximus est in regno cœlorũ?Et accersitũ ad se puerum IESVS,statuit in medio illorum,& dixit:✳Amen dico uobis,nisi conuersi fueritis,et efficiamini sicut pueri,non

178 II

ingredi

ingrediemini in regnũ cœlorũ. Quisquis igitur demiserit se-
metipsum, sicut est puer iste, hic est ille maximus in regno cœ
lorũ. Et qui receperit unum puellũ talẽ in nomine meo, me
recipit. ✶ Qui autẽ offenderit unũ de pusillis istis, qui in me 179
credũt, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collũ eius II
ac demergatur in profundũ maris. Væ mũdo ab offẽdiculis.
Necesse est enĩ, ut ueniãt offendicula, uerumtamẽ uæ homini,
per quem offendiculũ uenit: ✶ Quod si manus tua, uel pes tu 180
us obstaculo est tibi, abcide eũ, & proijce abs te. Bonũ est ti
bi ad uitam ingredi claudũ, aut mutilũ, potius q̃ duas manus,
uel duos pedes habentẽ, mitti in ignẽ æternũ. Et si oculus tu
us offẽdit te, erue eũ, et proijce abs te. Bonũ est tibi, ut luscus
intres in uitã potius, q̃ ut duos oculos habẽs, mittaris in gehẽ
nã ignis. ✶ Videte ne contemnatis unum ex his pusillis. Dico 181
enĩ uobis, quod angeli eorum in cœlis semper uident faciẽ pa X
tris mei, qui ĩ cœlis est. Venit enĩ filius hominis seruare quod
perierat. ✶ Quid uobis uidetur? si fuerint alicui homini cẽtũ 182
oues, et errauerit una ex eis, nõne relictis nonaginta nouẽ in V
montibus, uadit et quærit eã quæ errauerat? Et si cõtigerit ut
ĩueniat eã, amẽ dico uobis, gaudet super ea magis, quã super
nonagintanouẽ, quæ nõ errauerũt. Sic non est uoluntas corã
patre uestro, qui in cœlis est, ut pereat unus de pusillis istis. ✶ Eccle. 19.
Porrò si peccauerit in te frater tuus, uade et argue eum inter 183
te & ipsum solũ. Si te audierit, lucratus es fratrẽ tuũ. ✶ Si ue V
ro te nõ audierit, adhibe tecũ adhuc unũ, aut duos: ut in ore 184
duorũ, aut trium testiũ cõsistat oẽ uerbũ. Q̃d si nõ audierit X
eos, dic ecclesiæ. Quod si ecclesiam nõ audierit, sit tibi uelut
ethnicus & publicanus. ✶ Amẽ dico uobis, quæcũq; alligaue 185 est extremum
ritis super terrã, erunt ligata in cœlo: et quæcũq; soluerit is su VIII pars. ord.

180 X per terrã, erunt soluta in cœlo. ✶ Rursum dico uobis, quod si duo ex uobis cõsenserint super terrã, de omni re, quãcũq; petierint, fiet illis à patre meo, qui in cœlis est. Vbi enĩ sunt duo uel tres cõgregati in noĩe meo, ibi sum in medio eorũ. Tunc accedens Petrus ad eũ dixit: Domine, quoties peccabit in me

187 V frater meus, et remittã ei? Num usq; septies? ✶ Dicit illi IESVS: Nõ dico tibi usq; septies, sed usq; septuagies septies. ✶

188 X Ideo assimilatũ est regnũ cœlorũ homini regi, q uoluit cõferre rationẽ cũ seruis suis. Et cũ cœpisset conferre, oblatus est ei unus, qui debebat ei decẽ milia talentorũ. Cæterũ cũ is nõ esset soluendo, iussit eũ dominus uenundari, et uxorem eius, et liberos, et omnia quæ habebat, ac fieri solutionem. Procidẽs autẽ seruus ille, adorabat eũ, dicens: Domine esto patiens erga me, & omnia tibi reddam. Misertus autem dominus serui illius, absoluit eũ, & æs alienũ remisit ei. Egressus uero seruus ille, inuenit unum de conseruis suis, qui debebat sibi centũ denarios, & iniecta in eum manu, obtorto collo trahebat, dicẽs Solue quod debes. Et procidens cõseruus eius, rogabat eum, dicens: Esto patiens erga me, & omnia reddã tibi. At ille nolebat, sed abijt, & cõiecit eum in carcerem, donec redderet debitum. Porrò cum uidissent cõserui eius, quæ fiebant, indoluerunt ualde, & uenerunt, aperueruntq; domino suo omnia quæ facta fuerant. Tunc accersiuit illũ dominus suus, & ait illi: Serue sceleste, totum debitum illud remisi tibi, cum obsecrasses me, nónne oportuit & te misereri cõserui tui, sicut & ego tui misertus erã? Et iratus dominus eius, tradidit eũ tortoribus, quoadusq; redderet totum quod debebatur sibi. Sic et pater meus cœlestis faciet uobis, si non remiseritis suo quisq; fratri de cordibus uestris delicta illorum.

CA

CAPVT XIX.

ET factum est, cum consummasset IESVS sermones hos, demigrauit à Galilæa, & uenit in fines Iudææ trãs 189
Iordanem, & secutæ sunt eum turbæ multæ, & sanauit eos VI
ibi. Et accesserunt ad eum pharisæi, tentantes eum, & dicentes ei: Licet ne homini diuortium facere cũ uxore sua, quali- Ad Timoth. 1. 1.
bet ex caussa? Qui respondens, ait eis: An nõ legistis, q̃ is qui Ad Corinth. 1. c. 7.
fecit ab initio, masculũ et fœminã fecit eos? Et dixit: Propter Gen. 1. et 2
ea deseret homo patrẽ & matrẽ, & adglutinabitur uxori
suæ, & erũt duo in carnẽ unã. Itaq; iã nõ sunt duo, sed una ca-
ro. Quod ergo Deus copulauit, homo ne separet. Dicũt illi: Deute. 24
Cur ergo Moyses iussit dare libellũ repudij, ac dimittere eã?
Ait illis: Moses ad duritiã cordis uestri pmisit uobis repudia-
re uxores uestras, cæterũ ab initio nõ fuit sic. ✶ Dico aũt uo 190
bis, q̃ q̃cunq; repudiauerit uxorẽ suã, nisi ob stuprũet aliã du II
xerit, is cõmittit adulteriũ. Et qui repudiatã duxerit, is adul-
teriũ cõmittit. Dicunt ei discipuli eius: ✶ Si ad istum modum
habet caussa hominis cum uxore, non expedit contrahere 191
matrimonium. Qui dixit illis: Non omnes capaces sunt hu- X
uus dicti, sed ij quibus datum est. Sũt enim eunuchi, qui de ma-
tris utero sic nati sunt, & sunt eunuchi, qui facti sunt eu-
nuchi ab hominibus, & sunt eunuchi, qui seipsos castrauer-
runt propter regnum cœlorum. Qui potest capere, capiat.
✶ Tunc oblati sunt ei pueri, ut manus eis imponeret, & ora 192
ret. Discipuli autem increpabant eos. IESVS uero ait eis: II
Sinite pueros, & ne prohibeatis eos ad me uenire, talium
enim est regnum cœlorum. Et cum imposuisset eis manus,
abijt illinc. ✶ Et ecce unus accedens, ait illi. Magister bo- 193
ne, quid boni faciam, ut habeam uitam æternam? Qui dixit II

ei: Cur me uocas bonũ? Nullus est bonus, nisi unus, nempe Deus. Quod si uis ad uitã ingredi, serua mandata. Dicit illi: Quæ? IESVS aũt dixit. Non facies homicidiũ. Non cõmittes adulteriũ. Non facies furtũ. Non falsum dices testimoniũ. Honora patrem & matrem: & diliges proximũ tuũ, ut teipsum. Dicit illi adulescens: Oĩa hæc seruaui à iuuẽtute mea, quid adhuc mihi deest? Ait illi IESVS. ✶ Si uis perfectus
194 II esse, uade, uende quæ habes, & da pauperibus, & habebis
195 II thesaurum in cœlo, & ueni sequere me. ✶ Cum audisset aũt adulescens eum sermonẽ, abijt tristis. Erat enim habens possessiones multas. IESVS aũt dixit discipulis suis: Amen dico uobis, diues difficile intrabit in regnũ cœlorũ. Et iterũ dico uobis, facilius est camelũ p foramen acus transire, q̃ diuitẽ in regnum Dei ingredi. Audiẽs aũt his, discipuli expauerũt ualde, dicentes: Quis ergo potest saluus fieri? Intuitus autẽ illos IESVS, dixit illis: Apud homines hoc impossibile est,
196 X apud Deum autẽ oĩa possibilia sunt. ✶ Tunc respondens Petrus, dixit ei: Ecce nos reliquimus oĩa, & secuti sumus te, qd
197 V ergo erit nobis? IESVS autẽ dixit illis: ✶ Amen dico uobis, quod uos qui secuti estis me in regeneratione, cũ sederit filius hois in sede maiestatis suæ, sedebitis et uos sup sedes duo
198 II decim, iudicãtes duodecim tribus Israël. ✶ Et oĩs qui reliquerit domos, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem,
199 II aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meũ, centuplum accipiet, & uitæ æternæ sorcietur hæreditatẽ. ✶ Multi aũt primi erunt nouissimi, & nouissimi primi.

CAPVT XX.

200 X ✶ Am simile est regnum cœlorum homini patrifamiliâs, q̃ exijt primo statim diluculo, ad conducẽdos operarios in

rarios in uineam suam. Conuentione autē facta cum operarijs in singulos dies denario, misit eos in uineā suā. Et egressus circiter horam tertiam, uidit alios stātes in foro ocioſos, & illis dixit: Ite & uos in uineam, & quodcunq; iustum fuerit, dabo uobis. Illi autē abierunt. Rursum autē exijt circiter sextam & nonam horā, & fecit similiter. Circa undecimam uero exijt, & inuenit alios stantes ocioſos, ac dicit illis: Cur hic statis totum diem ocioſi? dicunt ei: Quia nemo nos conduxit. Dicit illis: Abite & uos in uineam, & quicquid fuerit iustum, accipietis. Cum autem uespera facta esset, dicit dominus uineæ procuratori suo, uoca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à postremis usq; ad primos. Et cum uenissent qui circa undecimā horam uenerant, acceperunt singuli denarium. Venientes autē & primi, arbitrati sunt, qđ plus esset accepturi: & acceperunt ipsi quoq; singuli denarium. Et cum accepissēt, murmurabant aduersus patrēfamiliâs, dicentes: Hi nouissimi unam horam fecerūt in opere, & illos pares nobis feciſti, qui portauimus pondus diei & æstū. At ille respondēs uni eorū dixit: Amice, nō facio tibi iniuriā. Nónne denario pactus es mecū? Tolle quod tuū est & abi. Volo aūt huic nouissimo dare sicut & tibi. An non licet mihi quod uolo, facere, in rebus meis? An oculus tuus malus est qđ ego bonus sim? Sic nouissimi erūt primi, & primi nouissimi. Multi enim sunt uocati, pauci uero electi. ✠ Et ascendens IESVS Hierosolyma, assumpsit duodecim discipulos suos 20
II
solus in uia, & ait illis: Ecce cōscendimus Hierosolyma, & filius hois tradetur principibus sacerdotum ac scribis: & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die resur-

202 V get. ✶ Tũc accessit ad eũ mater filiorũ Zebedæi cũ filijs suis adorãs et petẽs aliqd ab eo. At ille dicit ei: Quid uis? Ait illi: Dic ut sedeãt hi duo filij mei, unus ad dexteram tuã, & alter ad sinistrã in regno tuo. Respõdens aũt IESVS, dixit: Nescitis quid petitis. Potestis bibere poculum, qd' ego bibiturus sum? & baptismate quo ego baptizor, baptizari? Dicũt ei: Possumus. Ait illis: Poculũ qdem meũ bibetis: & baptismate quo ego baptizor, baptizabimini: sedere autẽ ad dexteram meã & sinistrã meã, nõ est meũ dare, sed ijs continget, qbus 203 X paratũ est à patre meo. ✶ Et cũ audissent decẽ, indignati sunt de duobus fratribus. IESVS autẽ uocauit eos ad se, & ait. Scitis q principes Gentium dominentur illis: & qui magni sunt, potestatẽ exerceãt in eas. Nõ ita erit inter uos, sed quicunq; uoluerit inter uos magnus fieri, sit uester minister: & 204 qui uoluerit inter uos primus esse, sit uester seruus. ✶ Sicut IIII. filius hois non uenit ut sibi ministraretur, sed ut ipse ministraret, utq; daret animã suã redemptionem p multis. Et egredientibus illis ab Hiericho, secuta est eũ turba multa. ✶ Et ecce 205 II duo cæci sedentes iuxta uiã, cum audissent q IESVS transiret, clamauerunt, dicentes: Domine, miserere nostri fili Dauid. Turba autẽ increpabat eos, ut tacerẽt. At illi magis clamabant, dicentes: Miserere nostri, domine, fili Dauid. Et stetit IESVS & uocauit eos, & ait: Quid uultis ut faciam uobis? Dicunt illi: Domine, ut aperiantur oculi nostri. Misertus autem eorum IESVS, tetigit oculos eorum, & confestim uisum receperunt oculi illorum, & secuti sunt eum.

CAPVT XXI.

206 II ✶ Et cum appropinquassent Hierosolymis, & uenissent Bethphage ad montem oliuarum, tunc IESVS misit duos discipu

os discipulos, dicens eis: Ite in castellum quod contra uos est,
& statim inuenietis asinam alligatam, & pullũ cum ea: sol-
uite & adducite mihi. Et si quis uobis aliquid dixerit, dicite
Dominus is opus habet, & confestim emittet eos. ✶ Hoc aũt 207
totum factum est, ut adimpleretur quod dictũ est p ꝓphetam VII
dicentem: Dicite filiæ Sion: Ecce rex tuus uenit tibi mansue- Zacha. 9.
tus, sedens sup Asinã, & pullũ filiũ subiugalis. ✶ Euntes autẽ 208
discipuli, fecerunt sicut præceperat illis IESVS. Et adduxe II
runt asinam & pullũ, & imposuerũt sup eos uestimenta sua, 209
& eum sup illa collocarunt. ✶ Plurima aũt Turba, strauerũt I
uestimẽta sua in uia. Alij uero cædebant ramos de arboribus
& sternebant in uia. Porrò turbæ quæ præcedebant, & quæ
sequebantur, clamabant, dicentes: Hos anna filio Dauid, be-
nedictus qui uenit in nomine domini, hos anna in altissimis.
✶ Et cum intrasset Hierosolyma, commota est uniuersa ci- 210
uitas, dicens: Quis est hic? Turbæ autem dicebant: Hic est X
IESVS ille propheta à Nazareth Galilææ. ✶ Et intrauit 211
IESVS in templum Dei, & eijciebat omnes uendentes & I
ementes in templo, mensasq; nummulariorum, & cathe-
dras uendentium columbas, euertit. Et dixit eis: Scriptum
est: Domus mea, domus deprecationis uocabitur. At uos se- Esa. 56.
cistis illam speluncam latronũ. ✶ Et accesserunt ad eum cæci Hiere. 7.
& claudi in templo, & sanauit eos. ✶ Cum uidissent princi- 212
pes sacerdotum & scribæ mirabilia quæ fecerat, & pueros X
clamantes in templo, & dicẽtes: Hos anna filio Dauid, indi 213
gnati sunt, & dixerunt ei: Audis quid isti dicunt? IESVS au V
tem dicit eis: Quid ni? Nunq̃ legistis: Ex ore infantium & Psal. 8.
lactentium perfeciſti laudem? Et relictis illis, exijt è ciuitate
in Bethaniam, & diuersatus est illic. Mane autem reuertens

in ciuita-

214 II in ciuitatem, esurijt. ✶ Et cum uidisset fici arborem unam in uia, uenit ad eam, & nihil inuenit in ea, nisi folia tantum. Et ait illi: Ne post hac ex te fructus nascatur in æternũ. Et aresecta est continuo ficus. Et eo uiso, discipuli mirati sunt, dicentes: Quomõ cõtinuo exaruit ficus? Respondẽs aũt IESVS ait eis: ✶ Amen dico uobis, si habueritis fidẽ, & nõ hæsitaueritis, non solum hoc quod accidit ficui, facietis: uerũetiam si monti huic dixeritis, tollere, & proijce te in mare, fiet. ✶ Et omnia quæcunq; petieritis in deprecatione credentes, accipietis. ✶ Et cum uenisset in templum, accesserunt ad eum docentem principes sacerdotum, & seniores populi, dicentes. Qua autoritate hæc facis? & quis tibi dedit istã autoritatẽ? Respondens aũt IESVS dixit eis: Interrogabo uos & ego quiddam: quod si dixeritis mihi, & ego uobis dicam qua autoritate hæc faciam. Baptismus Iohãnis unde erat, è cœlo, an ex hoĩbus? At illi cogitabãt apud se, dicẽtes: Si dixerimus è cœlo, dicet nobis: Quare ergo non credidistis illi? Sin aũt dixerimus, ex hoĩbus, timemus turbam. Omnes enim habent Iohannem ut pphetam. Et respondentes IESV, dixerunt: Nescimus. Ait illis & ipse: Nec ego dico uobis qua autoritate hæc

215 VI

216 III

217 II

218 X facia. ✶ Quid aũt uobis uidetur? Homo habebat duos filios, & accedens ad priorẽ, dixit: Fili, uade hodie operare in uinea mea. Ille aũt respondens, ait, nolo. Postea uero pœnitẽtia motus, abijt. Accedens autẽ ad alterum, dixit similiter. At ille respondens, ait: Ego domine, & non abijt. Vter è duobus fecit quod uoluit pater? Et dicũt ei. Prior. Dicit illis IESVS: Amen dico uobis, qd' publicani & meretrices præcedũt uos in regnum dei. Venit enim ad uos Iohannes p uiã iustitiæ, & non credidistis ei, publicani aũt et meretrices crediderũt ei.

Vos

Vos autẽ cum uidisſetis, non fuiſtis cõmoti pœnitẽtia poſtea
ut crederetis ei. ✶ Aliam parabolam audite. Homo quidam
erat paterfamiliâs, qui plantauit uineã, & ſepem circunde- 219
dit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit II
eam agricolis, ac peregre proſectus eſt. Cum autẽ tẽpus fru
ctuũ appropinquaſſet, miſit ſeruos ſuos ad agricolas, ut acci
perẽt fructus ipſius. Et agricolæ apprehẽſis ſeruis eius, aliũ
cæciderũt, aliũ occiderũt, aliũ uero lapidauerũt. Iterũ miſit
alios ſeruos plures prioribus, & fecerũt illis ſiliter. Nouiſsi
mũ miſit ad eos filiũ ſuũ, dicens: Reuerebũtur filium meum.
Agricolæ autẽ uiſo filio, dixerunt intra ſe: Hic eſt hæres, ue-
nite occidamus eum, & occupemus hæreditatẽ eius. Et ap-
prehenſum eum, eiecerunt extra uineã, & occiderunt. Cum er
go uenerit dominus uineæ, quid faciet agricolis illis? Aiunt
illi: Malos male perdet illos, & uineã ſuam locabit aliis
agricolis, qui reddẽt ei fructũ tpibus ſuis. Dicit illis IESVS:
Nunquam legiſtis in ſcripturis: Lapidem quem reprobauerũt Pſal. 117.
ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. A domino factum
eſt hoc, & eſt mirabile in oculis noſtris? Ideo dico uobis, au
feretur à uobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructus
eius. Et qui ceciderit ſup lapidem illum, confringetur, ſuper
quem uero ceciderit, conteret eum. ✶ Et cum audiſſent prin 220
cipes ſacerdotũ ac phariſæi parabolas eius, cognouerunt qđ I
de ſe diceret. Et quærentes illi manus inijcere, timuerunt tur-
bas, quoniam tanq̃ prophetam eum habebant. Et reſpondens
IESVS, iterum dixit eis per parabolas, & ait:

CAPVT XXII.

✶ Imile factum eſt regnum cœlorum homini regi, qui fe- 221
cit nuptias filio ſuo, & emiſit ſeruos ſuos ut uocarẽt in- V
uitatos

tatos ad nuptias, & nolebant uenire. Rursum emisit alios seruos, dicens: Dicite inuitatis: Ecce prandium meum paraui, tauri mei, & altilia mactata sunt, & omnia parata, uenite ad nuptias. Illi aũt neglexerunt, & abierunt, alius in uillam suam, alius uero ad negociationẽ suam. Reliqui uero tenuerunt seruos eius, & contumelijs affectos, occiderunt. Rex autem cum audisset, iratus est, & missis exercitibus suis, pdidit homicidas illos, & ciuitatem illorũ succendit. Tunc ait seruis suis: Nuptiæ quidẽ paratæ sunt, sed qui inuitati erant, non fuerant digni. Ite ergo ad exitus uiarum, & quotcunq; inue-
222 neritis, uocate ad nuptias. ✶ Et egressi serui eius in uias, con
X gregauerunt omnes quotquot inuenerunt, malos pariter ac bonos, & impletæ sunt nuptiæ discumbentibus. Ingressus aũt rex ut uideret discumbentes, ubi uidit illic hoiem non uestitũ ueste nuptiali, ait illi: Amice, quomodo huc intrasti, nõ habẽs uestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris Ligatis pedibus & manibus eius, mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium. Multi enim sunt uo-
223 cati, pauci uero electi. ✶ Tunc abeuntes pharisæi consilium
X ceperunt, ut illaquearẽt eum in sermone. Et ad illum emittũt discipulos suos cum Herodianis, dicentes: Magister, scimus quod uerax es, & uiam dei in ueritate doceas, neq; cures quenquam, non enim respicis personam hominum. Dic ergo nobis, quid tibi uidetur? Licet censum dari Cæsari, an non? Cognita autem IESVS malitia eorum, ait: Quid me tentatis hypocritæ? ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis: Cuius est imago hæc, & inscriptio? Dicunt ei: Cæsaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & q̃ sunt dei deo. Et his auditis, mirati sunt,

& omisso

& omisso eo, abierunt. In illo die accesserunt ad eum Sadducæi, qui dicunt non esse resurrexionẽ, & interrogauerunt eũ dicẽtes: Magister, Moses dixit, si quis mortuus fuerit, non habens filium, ut ducat frater eius uxorem illius, & suscitet semen fratri suo. Erant aũt apud nos septẽ fratres, & primus uxore ducta, defunctus est, ac non habẽs semen, reliquit uxorem suam fratri suo, similiter secundus & tertius, usq; ad septimum. Nouissime aũt oĩm defuncta est & mulier. In resurrexione ergo cuius è septem illis erit uxor? Omnes enim habuerunt eam. Respondens aũt IESVS ait illis: Erratis, nescientes scripturas, neq; uirtutem Dei. In resurrectiõe enĩ neq; matrimonium contrahunt, neq; elocantur, sed sunt sicut angeli dei in cœlo. De resurrectione uero mortuorum non legistis quod uobis dictum est à Deo, qui ait: Ego sum deus Abrahã, & deus Isaac, & deus Iacob. Deus non est deus mortuorũ, sed uiuentium. Et cum audissent turbæ, stupuerunt de doctrina eius. ✻ Pharisæi aũt cũ audissent, q; obturasset os Sadducæis, conuenerunt in unum, & interrogauit eum unus ex eis legis doctor quispiam tentans eum, & dicẽs: Magister, quod est mandatum magnum in lege? Ait illi IESVS: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua, hoc est primum & magnum mandatũ. Secundum aũt simile est huic: Diliges proximum tuum perinde atq; teipsum. In his duobus mandatis tota lex & prophetæ pendent. ✻ Congregatis autem pharisæis, interrogauit eos IESVS, dicens: Quid uobis uidetur de Christo, cuius filius est? Dicunt ei: Dauid. Ait illis: Quomodo ergo Dauid in spiritu uocat eum dominum, dicens: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis: Donec ponam inimicos tuos subsellium

Exod. 3.

224 VI

Deute. 6.

Leui. 19.

225 II

Psal. 109.

sellium pedũ tuorum. Si ergo Dauid uocat eũ dominũ, quõ
226 filius eius est? ✶ Et nemo poterat ei respondere quicq̃, neq;
II ausus fuit quisq̃ ex eo die eum amplius interrogare.

CAPVT XXIII.

227 ✶ Vnc IESVS locutus est ad turbas, & ad discipu=
X los suos dicens: In cathedra Moysi sedẽt scribæ & pha
risæi. Omnia ergo quæcũq; iusserint uos seruare, seruate &
facite, secundum opa uero eorũ nolite facere, dicunt enĩ, &
228 nõ faciunt. ✶ Colligãt enĩ onera grauia, difficiliáq; portatu,
V & imponunt in humeros hoĩm, cæterũ digito suo nolunt ea
229 mouere. ✶ Oĩa uero opa sua faciũt in hoc, ut spectentur ab
II hoĩbus. Dilatant autem phylacteria sua, & magnificant fim
brias palliorum suorum. Amantq; primos accubitus in cœ=
nis, & primo sedere loco in concilijs, & salutatiões in foro,
230 et uocari ab hoĩbus rabbi. ✶ Vos aũt nolite uocari rabbi, unus
X est enĩ magister uester, nempe Christus, oẽs autẽ uos fratres
estis. Et patrem nolite uocare uobis in terra, unus est enĩ pa=
ter uester, qui in cœlis est. Nec uocemini magistri, unus enim
Iaco. 3. uester est magister, nempe Christus. Qui maximus est uestrũ
231 erit minister uester. ✶ Qui autẽ se exaltauerit, humiliabitur,
V & qui se humiliauerit, exaltabitur. Væ autẽ uobis scribæ &
232 pharisæi hypocritæ, quia clauditis regnum cœlorum ante ho
V mines, uos enim non intratis, nec aduenientes sinitis intrare.
Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia comeditis do=
mos uiduarum, idq; prætextu prolixæ precationis, propter
233 hoc grauius pungemini. ✶ Væ uobis scribæ & pharisæi hy=
X pocritæ, quia circumitis mare et aridã, ut faciatis unũ prose
lytum, & cũ fuerit factus, facitis eũ filiũ gehennæ duplo ma
gis q̃ uos estis. Væ uobis duces cæci, quia dicitis: Quicunq;

iurauerit

iurauerit per templũ,nihil eſt,qui autem iurauerit per aurũ templi,reus eſt.Stulti & cæci,utrum enĩ maius eſt aurũ, an templum,qđ ſanctificat aurum?Et quicũq; iurauerit per altare,nihil eſt:quicũq; autẽ iurauerit per donũ qđ eſt ſuper illud reus eſt.Stulti ac cæci,utrũ enĩ maius eſt,donũ,an altare,qđ ſanctificat donũ?Qui ergo iurauerit per altare,iurat per ipſum & per omnia quæ ſuper illud ſunt. Et qui iurauerit per templum,iurat per illum,et per eũ qui habitat in ipſo.Et qui iurauerit per cœlũ,iurat per thronũ Dei,& per eũ qui ſedet ſuper illũ.✶ Væ uobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ,quia de 234
cimatis mentham & anethum & cyminũ,& reliquiſtis quæ V
grauiora ſũt,legis iudictũ et miſericordiã,ac fidẽ,hæc opor
tuit facere,& illa nõ omittere.✶Duces cæci,excolantes cu 235
licem,camelum autẽ glutientes.✶Væ uobis ſcribæ & phari X
ſæi hypocritæ,quia purgatis exteriorẽ poculi patinæq; par= 236
tem,cæterũ intus plena ſunt rapina et intẽperantia.Phariſæe V
cæce,purga prius quod eſt intra poculũ et patinã,ut et exte
riores horũ partes puræ reddãtur.✶Væ uobis ſcribæ et pha 237
riſæi hypocritæ,quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis,quæ fo V
ris quidẽ apparẽt ſpecioſa,intus uero plena ſunt oſſibus mor
tuorũ.omniq; ſpurcitia.Sic & uos foris quidẽ apparetis ho
minibus iuſti,intus autẽ pleni eſtis fictione & iniquitate.✶
Væ uobis ſcribæ et phariſæi hypocritæ,quia ædificatis ſepul 238
chra prophetarũ et ornatis monumenta iuſtorũ,et dicitis:Si V
fuiſſemus in diebus patrũ noſtrorũ,nõ fuiſſemus ſocij eorum
in ſanguĩe prophetarũ.Itaq; teſtimonio eſtis uobismetipſis,
quod filij ſitis eorũ,qui prophetas occiderũt.✶Vos quoq; im 239
plete menſuram patrum ueſtrorum.Serpentes,progenies ui X
perarum,quomodo effugietis iudiciũ gehennæ?✶Ideo ecce 240

d ego V

ego mitto ad uos prophetas,& ſapientes,& ſcribas: & illo
rum aliquot occidetis,crucifigetisq; : & illorum nõnullos fla
gellabitis in ſynagogis ueſtris,& perſequimini de ciuitate in
ciuitatẽ,ut ueniat ſuper uos omnis ſanguis iuſtus,qui effuſus
eſt ſuper terrã,à ſanguine Abel iuſti,uſq; ad ſanguinem Za-
Hebre. 11. chariæ filij Barachiæ,quẽ occidiſtis inter templũ & altare.
2 Para. 24 Amẽ dico uobis: Venient hæc omnia ſuper generationẽ iſtã.
241 ✶Hieruſalem,Hieruſalem,quæ occidis prophetas,& lapi-
das eos qui ad te miſſi ſunt: quoties uolui congregare filios tu
os,quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas. &
noluiſtis? Ecce relinquitur uobis domus ueſtra deſerta. Dico
enim uobis,haud quaquàm uidebitis me poſt hac,donec dica
tis: Benedictus qui uenit in nomine domini.

CAPVT. XXIIII.

242 II EGreſſus IESVS,diſcedebat à templo,& acceſſe
runt diſcipuli eius,ut oſtenderent ei ſtructuras templi.
IESVS autem dixit illis: Nónne uidetis hæc omnia? Amen di
co uobis,non relinquetur hic lapis ſuper lapidem,qui non de-
ſtruetur. ✶Sedente autem eo in monte oliuarum, acceſſerũt
243 II ad eum diſcipuli ſecreto,dictẽes: Dic nobis,quãdo hæc erũt?
& quod ſignum aduentus tui,& conſummationis ſæculi? &
reſpondens IESVS, dixit eis : Videte,ne quis uos ſeducat.
Multi enim uenient in nomine meo dicẽtes: Ego ſum Chriſtus
multoſq; ſeducẽt. Auditurí autẽ eſtis bella,& rumores bello
rum: uidete ne turbemini. Oportet enim omnia fieri,ſed non
dum eſt finis. Conſurget autẽ gens contra gentem,& regnũ
contra regnũ,& erunt peſtilẽtiæ,& fames, & terræmotus
ſingulis locis. Hæc autem omnia initia ſunt dolorum. ✶Tunc
244 I tradent uos in afflictionem,& occident uos, & eritis inuiſi
cunctis

cunctis gentibus propter nomen meum.✶ Et tunc offendicu 245
lum patientur multi,& alius alium inuicē tradent,seq; odio X
habebunt inuicem:& multi pseudoprophetæ surgent ac sedu 246
cent multos,& quoniam abūdabit iniquitas,refrigescet cha= VI
ritas multorum,Qui autem perseuerauerit usq; in finem,hic 247
saluus erit.✶Et prædicabitur hoc Euangeliū regni in uniuer VI
so orbe,in testimonium omnibus gentibus.& tunc ueniet cō 248
summatio.✶ Cum ergo uideritis abominationē desolationis, II. 2. Thess. 2.
quæ dicta est à Danielē propheta,stantem in loco sancto,q 249
legit,intelligat.✶Tunc qui in Iudæa sunt,fugiāt ad montes, II
qui in tecto,non descendat,ut tollat quicquam de domo sua, 250
& qui in agro,non reuertatur ut tollat uestes suas.✶Væ au= VI
tem prægnantibus & lactantibus in illis diebus.✶Orate aūt 251
ut non fiat fuga uestra hyeme,neq; sabbato.✶Erit enim tunc II
afflictio magna,qualis non fuit ab initio mundi ad hoc usq; tē 252
pus,neq; fiet.✶Et nisi decurtati fuissent dies illi,nō fieret sal VI
ua omnis caro,sed propter electos decurtabuntur dies illi.✶ 253
Tunc si qs uobis dixerit,ecce hic Christus,aut illic,nolite cre II Ecce hic
dere.✶Surgent enim pseudochristi,& pseudoprophetæ,& 254 est Christus
dabunt signa magna et prodigia,ita ut in errorē inducātur V
si fieri possit,etiā electi.Ecce prædixi uobis.✶Si ergo dixe= 255
rint uobis,ecce in deserto est,nolite exire,ecce in penetrali= V
bus,nolite credere.✶Sicut enim fulgur exit ab oriēte,& ap 256
paret usq; in occidentē,ita erit aduentus filij hominis.✶Vbi V
cunq; ẽi fuerit cadauer,illic congregabuntur & aquilæ.✶ 257
Statim autem post afflictionē dierum illorum,Sol obscurabi V
tur:& Luna nō dabit lumen suū,& stellæ cadent de cœlo,et 258
uirtutes cœlorum cōmouebuntur.✶Et tunc apparebit signū II
filij hominis in cœlo,et tunc plangent omnes tribus terræ,et 259

Danie.12. uidebunt filium hominis uenientem in nubibus cœli cum uirtute & gloria multa. Et mittet angelos suos cũ tubæ uoce magna, & cõgregabũt electos eius à quatuor uentis, à summis cœlorum usq; ad terminos eorũ. Ab arbore autẽ fici discite similitudinem. cum iam ramus eius tener fuerit, & folia fuerint enata, scitis quod propè sit æstas. Ita & uos, cum uideritis hæc omnia, scitote quod propè sit in foribus. Amen dico uobis, non præteribit ætas hæc, donec omnia ista fiant. Cœlum & terra præteribunt, uerba autẽ mea non præteribunt.

260 VI ✶Cæterum de die illo & hora nemo scit, ne angeli quidẽ cœlorũ, nisi pater meus solus. ✶Sed sicut erãt dies Noë, ita erit

261 V & aduentus filij hominis. Sicut enim erant in diebus, qui præcesserunt diluuium, edentes & bibẽtes, contrahentes matrimoniũ, & nuptũ dantes, usq; ad eum diem quo intrauit Noë in arcã, & nõ cognouerunt, donec uenisset diluuiũ, & sustulisset uniuersos, ita erit & aduẽtus filij hominis. ✶ Tunc duo

262 V erunt in agro, unus assumitur, & alter relinquitur. Duæ mo-

263 VI lentes in mola, una assumitur & altera relinquitur. ✶Vigilate ergo, qa nescitis qua hora dominus uester uẽturus sit. Illud autẽ scitote, quoniã si sciisset pater familiâs, qua hora fur uẽturus fuisset, uigilasset utiq;, & nõ fuisset perfodi domũ suam.

264 II ✶Ideo & uos estote parati, quia qua hora non putatis, ea filius hominis uẽturus est. ✶Quisnam est fidelis seruus et pru-

265 V dens, quem præfecit dominus familitio suo, ut det illis cibum in tempore? ✶ Beatus seruus ille, quem cum uenerit dominus

266 V eius, inuenerit sic facientem. Amen dico uobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum. ✶Quod si dixerit seruus

267 V ille malus in corde suo, cunctatur dominus meus uenire, cœperitq; percutere conseruos, imò edere & bibere cũ ebrijs,

ueniet

ueniet dominus serui illius in die quo non expectat, & hora qua ignorat, & dissecabit eum. partemq; eius ponet cum hypocritis, illic erit ploratus, & stridor dentium.

CAPVT. XXV.

TVnc simile fiet regnum cœlorum decem uirginibus, quæ sumptis lampadibus suis, exierũt in occursum sponso. Quinq; autẽ ex eis erant fatuæ, & quinq; prudẽtes. Quæ erant fatuæ, acceptis lampadibus suis, non sumpserant oleũ secum. Prudentes uero sumpserant oleum in uasis suis, unà cum lampadibus. Tardante uero sponso, dormitauerunt omnes, ac dormierunt. Porrò medio noctis clamor factus est: Ecce sponsus uenit, exite obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes uirgines illæ, & apparauerũt lampades suas. Fatuæ autem prudentibus dixerunt: Date nobis de oleo uestro, quia lampades nostræ extinguuntur. At responderunt prudentes, dicentes: Nequaquam, ne non sufficiat nobis & uobis, sed ite potius ad eos qui uendunt, & emite uobisipsis. Porrò dum irẽt emptum, uenit sponsus, & quæ paratæ erant, intrauerunt cũ eo ad nuptias, clausaq; est ianua. Postea uero ueniunt & reliquæ uirgines, dicentes: Domine domine, aperi nobis. At ille respondens, ait: Amen dico uobis, non noui uos. Vigilate itaq;, quia nescitis diẽ, neq; horam, in qua filius hominis ueniet. 268 X

✶Sicut enĩ homo quidã peregre proficiscens, uocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. ✶ & huic quidẽ dedit quinq; talenta, alij autẽ duo, alij uero unum, unicuiq; secundum propriam facultatem, & profectus est statim. Abijt autẽ qui quinq; talenta acceperat, & negociatus est per ea, & cõfecit altera quinq; talẽta. Similiter & q duo acceperat, lucratus est & ipse altera duo. Qui autẽ unũ acceperat, abiens fodit in 269 II 270 V

terram,& abſcondit pecuniã domini ſui. Poſt multũ uero tẽ poris uenit dominus ſeruorũ illorũ, & ponit rõnem cũ eis. Et accedẽs is,q quinq; talẽta acceperat,attulit altera quinq; talẽta,dicẽs:Domine quinq; talẽta tradidiſti mihi,ecce alte= ra quinq; talẽta lucratus ſum p ea. Ait illi dominus eius:Euge ſerue bone & fidelis,ſup pauca fuiſti fidelis, ſup multa te cõ ſtituã,intra in gaudiũ domini tui. Accedens aũt et q duo talẽ ta acceperat,ait:Domĩe,duo talẽta tradidiſti mihi,ecce alia duo lucratus ſum p ea. Ait illi dominus eius:Euge ſerue bone & fidelis,ſup pauca fuiſti fidelis,ſup multa te conſtituã,intra in gaudiũ domini tui. Accedens autẽ & qui unũ talentũ acce perat,ait:Domine,noueram te q homo durus ſis, metẽs ubi non ſeminaſti,& inde congregans ubi non ſparſiſti:ac terri= tus abij,abſcondiq; talentum tuum in terra. Ecce habes quod tuum eſt. Reſpõdens autẽ dominus eius, dixit ei: Serue male & piger,ſciebas quod metã ubi non ſeminaui,& congregẽ illinc ubi non ſparſi. Oportuit ergo te committere pecuniã meam menſarijs,& ueniẽs ego recepiſſem utiq;, quod meũ eſt cũ uſura. Tollite itaq; ab eo talentũ,& date ei qui habet
271 decẽ talenta. ✶ Omni eni habẽti dabitur,& abundabit. Qui
II uero non habet,etiã qd habet auferetur ab eo. ✶ Et inutilẽ
272 ſeruũ iniicite in tenebras exteriores,illic erit fletus et ſtridor
V dentiũ. ✶ Cum autẽ uenerit filius hoĩs in gloria ſua,& oẽs
273 ſancti angeli cum eo,tunc ſedebit ſup ſedẽ gloriæ ſuæ,& cõ=
X gregabuntur ante eũ omnes gentes,& ſeparabit eos alteros ab alteris,ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis. et ſtatuet oues quidẽ à dextris ſuis, hœdos autẽ à ſiniſtris. Tunc dicet rex his qui à dextris ſibi erũt:Venite benedicti patris mei,poſſi= dete regnum paratum uobis ab exordio mundi:Eſuriui enim & dediſtis

& dediſtis mihi edere. Sitiui, & dediſtis mihi bibere. Hoſpes eram, & collegiſtis me. Nudus, & operuiſtis me. Infirmus, & uiſitaſtis me. In carcere eram, & ueniſtis ad me. Tũc reſpõdebũt ei iuſti, dicẽtes: Dñe, qñ te uidimus eſurientẽ, et pauimus, aut ſitientẽ et dedim⁹ tibi potũ? Quãdo aũt te uidimus hoſpitẽ, & collegimus te, aut nudum, & cooperuimus te, aut quando te uidimus infirmum, aut in carcere, & uenimus ad te? Et reſpondens rex, dicet illis: Amen dico uobis, quatenus feciſtis uni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Tunc dicet & his qui à ſiniſtris erunt: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Eſuriui enim, & non dediſtis mihi cibum: Sitiui, & non dediſtis mihi potum. Hoſpes eram, & non collegiſtis me. Nudus, & non operuiſtis me. Infirmus & in carcere eram, & non uiſitaſtis me. Tunc reſpondebũt ei & ipſi, dicentes: Domine, quando te uidimus eſurientem, aut ſitientem, aut hoſpitem, aut nudum, aut infirmũ, aut in carcere, & non miniſtrauimus tibi? Tunc reſpõdebit illis, dicẽs: Amen dico uobis, quatenus nõ feciſtis uni de minimis his, nec mihi feciſtis. Et ibunt hi in ſupplicium æternum, iuſti uero in uitam æternam.

CAPVT XXVI.

ET factũ eſt cũ conſummaſſet IESVS ſermones hos omnes, dixit diſcipulis ſuis: Scitis q̃ poſt biduũ paſcha fit, & filius hoĩs traditur, ut crucifigatur. ✶ Tunc congregati ſunt principes ſacerdotum, & ſcribæ, & ſeniores populi in atrium principis ſacerdotum, qui dicebatur Caipha, & cõſilium inierunt, ut IESVM dolo caperent, & occiderent. Dicebant autem: Non in die feſto, ne tumultus fiat in populo. ✶ Cum autem IESVS eſſet in Bethania, in do-

274 I

275 VI

276 I

mo Simonis leprosi, acceßit ad eũ mulier habens alabaſtrum unguenti precioſi, & effudit ſup caput ipſius recumbentis.
277 ✶ Videntes aũt diſcipuli, indignati ſunt, dicẽtes: Ad quid per
IIII ditio hæc? Potuit enĩ iſtud unguentũ uenundari magno, et dari pauperibus. Eo aũt cognito, IESVS ait illis: Quid moleſti eſtis mulieri? Opus enĩ bonũ operata eſt erga me. Nã ſemp pauperes habetis uobiſcum, me uero nõ ſemp habetis. Quod enĩ hæc unguentũ hoc miſit ſup corpus meũ, ad ſepeliendũ me fecit. Amen dico uobis, ubicunq; prædicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo, hoc quoq; quod hæc fecit, narrabitur in memoriam ipſius. ✶ Tunc abijt unus de duodecim, q
278 dicebatur Iudas Iſcariotes, ad prĩcipes ſacerdotũ, et ait illis:
II Quid uultis mihi dare, & ego uobis tradam illũ? At illi conſtituerunt ei triginta argenteos. Et ex eo tpe quærebat opportunitatem ut eum traderet. Cæterum primo die azymorum acceſſerunt diſcipuli ad IESVM, dicentes ei: Vbi uis paremus tibi ad edendum paſcha? At ille dixit: Ite in ciuitatẽ ad quendam, & dicite ei, Magiſter dicit, tempus meũ prope eſt,
279 apud te facio paſcha cũ diſcipulis meis. Et fecerũt diſcipuli,
IIII ſicut conſtituit illis IESVS, & parauerunt paſcha. Veſpere
280 autẽ facto, diſcumbebat cum duodecim. & edentibus illis, di
I xit: ✶ Amen dico uobis, q unus ueſtrum me proditurus eſt.
281 ✶ Et mœſti redditi uehemẽter, cœperunt ſinguli dicere: Nũ
II ego ſum domine? ✶ At ipſe reſpondens, ait: Qui intinxit me
282 cum manum in catino, hic me proditurus eſt. Filius quidẽ ho
VI minis uadit ſicut ſcriptũ eſt de illo. Væ aũt homini illi p quẽ
283 filius hominis proditur. ✶ bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet
X homo ille. ✶ Reſpondens aũt Iudas, qui tradidit eũ, dixit: Nũ
284 ego ſum rabbi? Ait illi: Tu dixiſti. ✶ Veſcentibus autẽ eis, ac
I cepit

cepit IESVS panem, & cum egisset gratias, fregit, deditq; 285
discipulis, & ait: Accipite, comedite, hoc est corpus meum. II
✶ Et accepto poculo, gratijs actis, dedit illis, dicēs: Bibite ex 286
hoc omnes. Hic est enim sanguis meus, qui est noui testamēti, VI
qui p multis effunditur in remissionē peccatorū. ✶ Dico au- 287
tem uobis, nō bibam post hac ex hoc fructu uitis, usq; in diē IIII
illum, cum illud bibam uobiscū nouum in regno patris mei. 288
Et cum hymnum cecinissent, exierunt in montem oliuarum. VI
✶ Tūc dicit illis IESVS: Omnes uos offendiculū patiemini
mea caussa in nocte hac. ✶ Scriptū est enī: Percutiā pastorē, Zach. 13.
& dispergētur oues gregis. Postq̄ autē resurrexero, præce- 289
dam uos in Galylæam. ✶ Respondens aūt Petrus, ait illi: Et si I
omnes offendiculum passi fuerint tua caussa, ego tamē nunq̄ 290
offendiculum patiar. Ait illi IESVS: Amen dico tibi, q̄d in VI
hac nocte anteq̄ gallus cantet, ter me negabis. Ait illi Petrus: 291
✶ Etiamsi oportuerit me mori tecum, non te negabo. Simili I
ter & omnes discipuli dixerunt. ✶ Tunc uenit IESVS cū 292
illis in uillā, quæ dicitur Gethsemane, & dixit discipulis: ✶ Se VI
dete hic, donec uadam & orem illic. Et assumpto Petro & 293
duobus filijs Zebedæi, cœpit affici dolore & mœstitudine. IIII
Tunc ait illis IESVS: ✶ Mœsta est anima mea usq; ad mor- 294
tem, manete hic, & uigilate mecum. ✶ Et progressus pusillū, I
procidit in faciem suam, orans, ac dicens: Pater mi, si possibi- 295
le est, trāseat à me calix iste. ✶ uerūtamen nō sicut ego uolo, I
sed sicut tu. ✶ Et uenit ad discipulos, & repperit eos dormi- 296
entes, & dicit Petro: Adeo nō potuisti una hora uigilare mea- II
cū? Vigilate & orate, ut ne intretis in tentationē. ✶ Spiritus 297
q̄dem ꝓmptus est, at caro infirma. ✶ Rursus altera uice abijt IIII
& orauit dicēs: Pater mi, si nō pōt hoc poculū trāsire à me, 298

nisi bibam illud, fiat uolũtas tua. Et uenit & repperit eos ite
rum dormientes. Erãt enĩ oculi eorũ grauati. Et relictis illis,
iterum abijt et orauit tertio eundẽ sermonẽ, dicens. Tunc ue
nit ad discipulos suos, & dicit illis: Dormite iã et requescite.
299 ✶ Ecce appropinquauit hora, & filius hois traditur in ma=
IIII. nus peccatorum. Surgite eamus, ecce appropinquauit q̃ me
300 tradit. ✶ Adhuc eo loquẽte, ecce Iudas unus de nũero duode
I cim uenit, & cũ eo turba multa cũ gladijs et fustibus missi à
301 principibus sacerdotũ & senioribus populi. ✶ Is uero q̃ pro
II debat eum, dedit illis signũ, dicens: Quẽcunq; osculatus fuero
ipse est, tenete eum, & cõfestim accedẽs ad IESVM, dixit:
Aue rabbi. Et osculatus est eum. Dixitq; illi IESVS: Amice
ad quid ades? Tunc accesserunt & manus iniecerũt in IE=
302 SVM, & ceperunt eum. ✶ Et ecce unus ex his qui erant cũ
I IESV extendẽs manum, exemit gladiũ suũ, & pcutiens ser
Gene. 9. uum principis sacerdotum, amputauit auriculam eius. Tunc
303 ait illi IESVS: ✶ Conuerte gladium tuum in locum suum.
X Oẽs enĩ q̃ acceperint gladiũ, gladio peribunt. An putas q̃ nõ
possum nunc rogare patrẽ meum, & exhibebit mihi plus q̃
duodecim legiones angelorũ? Quomodo ergo implebuntur
scripturæ, q̃ sic oportet fieri. In illa hora dixit IESVS tur=
bis: Tanq̃ ad latronem existis cũ gladijs & fustibus ad com
304 prehendendum me: ✶ quotidie apud uos sedebam docẽs in
I templo, & non me cepistis? ✶ Hoc autẽ totũ factum est, ut
305 complerẽtur scripturæ prophetarum. Tunc discipuli oẽs re
VI licto eo, fugerunt. ✶ At illi comprehensum IESVM duxe=
306 runt ad Caipham principem sacerdotũ, ubi scribæ & senio=
I res conuenerant. ✶ Petrus autẽ sequebatur eũ pculusq; ad
307 atrium principis sacerdotum. Et ingressus intro, sedebat cũ
IIII ministris

ministris, ut uideret finem. ✶ Principes autẽ sacerdotum, & 308
seniores, & totum concilium quærebant falsum testimonium II
contra IESVM, ut morti eum traderent, & nõ inueniebãt
etiam cũ multi falsi testes accessissent, nõ inueniebant. ✶ No 309
uissime autẽ uenerunt duo falsi testes, & dixerunt: Hic dixit: VI
possum destruere templum dei, & in triduo ædificare illud.
Et surgens princeps sacerdotum, ait illi: Nihil respõdes? Cur
isti aduersum te testimonium dicunt? IESVS aũt tacebat.
Et respondens princeps sacerdotum, ait illi: Adiuro te p deũ
uiuentẽ, ut dicas nobis, an tu sis Christus filius dei. Dicit illi
IESVS: Tu dixisti. ✶ Verũtamen dico uobis, amodo uide- 310
bitis filium hoīs sedentẽ à dextris uirtutis, & uenientẽ in nu- I
bibus cœli. ✶ Tunc princeps sacerdotum discidit uestimẽta 311
sua, dicens: Proloquutus est blasphemiam, ✶ quid insup ege VI
mus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam eius, quid uo- 312
bis uidetur? At illi respondentes dixerunt: Reus est mortis. II
✶ Tunc expuerunt in faciem eius, et colaphis eũ ceciderũt. Esa. 50.
Alij aũt palmas in faciem eius dederunt, dicẽtes: Vaticinare 113
nobis Christe, qs est qui te pcussit? ✶ Petrus uero sedebat fo II
ris in atrio, & accessit ad eum una ancillula, dicens: Et tu cũ 314
IESV Galilæo eras. At ille negauit coram oĩbus, dicens: Ne I
scio quid dicas. ✶ Cum autem exisset in uestibulum, uidit eũ 315
altera ancilla, & ait his qui erãt ibi: Et hic erat cum IESV VI
Nazaræno. Et iterum negauit cum iureiurando: Non noui
hominem. Et post pusillum accesserunt, qui stabant, & dixe
runt Petro: Vere & tu ex illis es, nam & loquela tua te ma-
nifestum facit. Tunc cœpit execrari & iurare, quod non
nosset hominem, & continuo gallus cantauit. ✶ Et recorda 316
tus est Petrus uerbi IESV, qui dixerat ei: Priusquam gallus II
cantet,

cantet,ter me negabis.Et egressus foras,flevit amare.

CAPVT XXVII.

317 II M★Ane aũt facto,consiliũ inierũt oẽs principes sacerdotum & seniores populi aduersus IESVM,ut eum
318 I morti traderent.★ Et uinctum eum adduxerunt & tradiderunt Pontio Pilato præsidi.★ Tunc uidens Iudas, qui eũ ꝑdiderat,quod damnatus esset,pœnitentia ductus,retulit trigin-
319 X ta argenteos principibus sacerdotũ & senioribus,dicẽs:Peccaui tradens sanguinem innoxium.At illi dixerunt: Quid ad nos? tu uideris.Et proiectis argenteis in templo,recessit, & abiens,laqueo se suspẽdit. Principes aũt sacerdotũ acceptis argenteis,dixerunt:Non licet eos mittere in corbonam,quia precium sanguinis est.Consilio aũt inito,emerũt ex illis agrũ figuli in sepulturam peregrinorum,quapropter uocatus est
Hiere. 11. ager ille,ager sanguinis usq; in hodiernũ diem. Tunc impletum est quod dictum est per Hieremiam prophetam,dicentem:Et acceperunt triginta argẽteos precium æstimati,quẽ æstimatum emerunt à filijs Israël, & dederunt eos in agrum figuli,sicut constituit mihi dominus.★ IESVS aũt stetit an-
320 I te præsidem,& interrogauit eum præses, dicens: Tu es rex Iudeorum? Dicit illi IESVS:Tu dicis. Et cum accusaretur à principibus sacerdotũ & senioribus,nihil respondit. Tũc dicit illi Pilatus: Non audis quàm multa aduersum te dicunt
321 testimonia? ★ Et non respondit ei ad ullũ uerbum,ita ut mi-
IIII raretur præses uehementer.★ In festo aũt consueuerat præ-
322 II ses turbæ dimittere unum uinctum quem uoluissent.★Habebat autẽ tunc uinctum insignẽ,qui dicebatur Barrabas,con-
323 IIII gregatis ergo illis,dixit Pilatus: Vtrũ uultis dimittam uobis Barrabam an IESVM,qui dicitur Christus? Sciebat enim
Actu.3. quod

quod propter inuidiam tradidissent eum. ✶ Sedente aũt illo 324
pro tribunali, misit ad eum uxor eius, dicẽs: Nihil tibi cum iu X
sto illo, multa enim passa sum hodie in somnis propter eum
✶ Principes autẽ sacerdotum & seniores persuaserunt tur= 325
bis, ut peterent Barrabam, IESVM uero perderẽt. Respon I
dens autẽ præses, ait illis: Vtrum uultis uobis è duobus dimit=
tam? At illi dixerunt: Barrabam. Dixit illis Pilatus: ✶ Quid
igitur faciam IESV, qui dicitur Christus? Dicunt ei omnes 326
Crucifigatur. Præses aũt ait: Quid enim mali fecit? At illi ma I
gis clamabant, dicentes: Crucifigatur. ✶ Videns autẽ pilatus
quod nihil pficeret, sed magis tumultus fieret, accepta aqua 327
abluit manus coram populo, dicens: Innocens ego sum à san X
guine huius iusti, uos uideritis. Et respondens uniuersus po=
pulus, dixit: Sanguis eius super nos & super filios nostros.
✶ Tunc dimisit illis Barrabam, IESVM autẽ flagellatum
tradidit ut crucifigeretur. ✶ Tunc milites præsidis suscipien 328
tes IESVM in prætorio, congregauerunt ad eum uniuer= I
sam cohortem, & cum exuissent eum, circũdederunt ei chla 329
mydem coccinam, & coronam de spinis contextam impo= IIII
suerunt super caput eius, & arundinem in dexteram eius, &
genu flexo ante eum, illudebant ei, dicentes: Aue rex Iudæo=
rum. ✶ Et cum expuissent in eum, acceperunt arundinem, 330
& percutiebant caput eius. Et postquam illusissent ei: exue= VI
runt eum chlamyde, & induerunt eum uestimentis suis, & 331
abduxerunt eum ut crucifigerent. ✶ Exeuntes autẽ inuene= I
runt hominẽ Cyrenæum nomine Simonem, hunc adegerunt 332
ut tolleret crucẽ eius. ✶ Et uenerunt in locum q dicitur gol= I
gatha, qd est caluariæ locus. ✶ Et dederunt ei acetũ bibere 333
cum felle mixtum, & cum gustasset, noluit bibere. ✶ Postquã IIII
334
autem VI

autem crucifixerunt eum, diuiserunt uestimenta eius, sortem
Psal. 21. mittentes, ut impleretur quod dictum est p ꝓphetam: Diuise
runt sibi uestimenta mea, & sup uestimentū meum miserunt
335 sortem. Et sedentes seruabant eum ibi. ✶ Et imposuerant sup
I caput eius causſam ipsius scriptam: Hic est IESVS rex Iu=
336 dæorum. ✶ Tunc crucifiguntur cum eo duo latrones, unus à
I dextris, et alter à sinistris. ✶ Prætereũtes aũt cõuicia iaciebãt
337 in eum, mouentes capita sua, & dicentes: Tu ille qui destruc
VI bas templum, & in triduo ædificabas, serua temetipsum, si fi
338 lius Dei es, descende de cruce. ✶ Similiter & principes sa=
II cerdotum illudentes cum scribis et senioribus, dicebãt: Alios
seruauit, seipsum non potest seruare. Si rex Israël est, de=
scendat nunc de cruce & credemus ei. Confidit in Deo, libe
339 ret eũ nunc, si uult eũ. Dixit enim: filius Dei sum. ✶ Idipsum
II aũt & latrones, qui crucifixi erant cũ eo, exprobrabãt ei.
340 ✶ A sexta aũt hora tenebræ factæ sunt sup uniuersam terrã
II usq; ad horam nonam. ✶ & circa horam nonam clamauit
341 IESVS uoce magna, dicens: Eli, eli lama sabachthani, hoc
VI est: Deus meus, deus meus cur deseruisti me? Quidã autem
342 illic stantium, cũ audissent, dicebant: Heliam uocat iste. ✶ Et
II continuo currens unus ex eis, cũ acceptã spongiã implesset
aceto, ꝑposuit arũdini, dabatq; ei ut biberet. Cæteri uero dice
343 bãt: Sine uideamus an ueniat Helias liberaturus eũ. ✶ Iesus
I aũt cũ iterũ clamasset uoce magna, emisit spiritũ. ✶ Et ecce
344 uelum tẽpli sciſſum est in duas partes, à summo usq; ad imũ.
II ✶ & terra mota est, et petræ sciſſæ sunt, & monumẽta aper
345 ta sunt. & multa corpora sanctorum, qui dormierãt, surrexe
X runt: & egressi è monumentis post resurrectionem eius, ue=
546 nerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. ✶ Cen
II turio

turio uero, & qui cũ eo erant, custodientes IESVM, uiso terræmotu, & his quæ facta fuerant, timuerunt ualde, dicentes: Vere filius dei erat iste. ✶ Erãt aũt ibi mulieres multæ, è longinquo spectantes, quæ secutæ fuerant IESVM à Galilæa, ministrãtes ei: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Iose mater, & mater filiorũ Zebedæi. ✶ Cum autẽ uespera facta esset, uenit homo diues ab Arimathæa, nomine Ioseph, q & ipse discipulus fuerat IESV. Hic accessit ad Pilatum, ac postulauit corpus IESV. Tunc Pilatus iussit reddi corpus. ✶ Et cum accepisset corpus Ioseph, inuoluit illud sindone munda, posuitq; illud in monumẽto suo nouo, qđ excciderat in petra: & aduoluto saxo ingenti ad ostiũ monumenti, abijt. ✶ Erat aũt ibi Maria Magdalene & altera Maria, sedentes contra sepulchrũ. ✶ Postero aũt die quæ seq tur parasceuen, conuenerunt principes sacerdotum & pharisæi ad Pilatũ, dicẽtes: Domine recordati sumus, q impostor ille dixit adhuc uiuens, post tres dies resurgo, iube ergo muniri sepulchrũ usq; in diẽ tertiũ, ne quando ueniant discipuli eius, & furentur eum, dicantq; plebi, surrexit à mortuis, & erit nouissimus error peior illo priore. Ait illis Pilatus: Habetis custodiam. Ite, munite sicut scitis. Illi autẽ abeuntes, munierunt sepulchrum obsignato lapide, adhibitis custodibus.

347 VI
348 I
349 I
350 VI
351 X

CAPVT XXVIII.

✶ Espera autẽ sabbatorũ, quæ lucescit in unã sabbatorum, Venit Maria Magdalene, & altera Maria, ut uiderent sepulchrum. Et ecce terræmotus factus est magnus. Angelus enim domini descendit de cœlo: & accedẽs, deuoluit lapidem ab ostio, sedebatq; super eum. Erat autem aspectus eius sicut fulgur, & uestimentũ eius candidum sicut nix.

352 I

✶ Præ

353 ✱ Præ timore aũt eius cõcußi ſunt cuſtodes, et facti ſũt uelut
II mortui. Reſpondens aũt angelus, dixit mulieribus: Nolite ti-
mere uos: ſcio enim quod IESVM, qui crucifixus eſt, quæri
tis, nõ eſt hic, ſurrexit enĩ ſicut dixit. Venite, uidete locũ ubi
poſitus erat dominus. Et cito euntes, dicite diſcipulis eius, qđ
ſurrexit à mortuis, & ecce præcedit uos in Galilæam, ibi eũ
354 uidebitis, ecce dixi uobis. ✱ Et digreſſæ celeriter à monumẽ
II to, cum timore & gaudio magno, currebant, ut renunciarẽt
355 diſcipulis eius. ✱ Cum aũt iſſent ad renunciandũ diſcipulis
X eius, & ecce IESVS occurrit illis, dicens: Auete: Illæ aũt ac
ceſſerunt & tenuerunt pedes eius, & adorauerũt eum. Tũc
ait illis IESVS: Nolite timere, & renũciate fratribus meis
ut eant in Galilæam, & ibi me uidebunt. Quæ cum abiſſent,
ecce quidam è cuſtodibus uenerunt in ciuitatẽ, ac renuncia
uerunt principibus ſacerdotũ oĩa quæ acciderant, & cõgre
gati cum ſenioribus, conſilio habito, pecuniã copioſã dede-
runt militibus, dicẽtes: Dicite quod diſcipuli eius nocte uene
rint, & furati ſint eũ uobis dormientibus. Et ſi hoc auditum
fuerit ſub præſide, nos pſuadebimus ei, & ſecuros uos facie-
mus. At illi accepta pecunia fecerũt ſicut erãt edocti, & di-
uulgatus eſt hic ſermo apud Iudæos uſq; in hodiernum diẽ.
Vndecim aũt diſcipuli abierunt in Galilæã, in montẽ ubi con
ſtituerat illis IESVS. Et cum uidiſſent illũ, adorauerũt eũ,
quidã aũt dubitauerũt. Et accedens IESVS locutus eſt eis
Matt. xxi Luc. 24 dicens: Data eſt mihi oĩs poteſtas in cœlo & in terra, euntes
ergo docete oẽs gentes, baptizantes eos in noĩe patris, & fi
lij & ſpiritusſancti, docentes eos ſeruare oĩa quæcunq; præ-
cepi uobis. Et ecce ego uobiſcum ſum omnibus diebus uſq;
ad conſummationem ſæculi;

Euangelij ſecundum Matthæum, finis. VITA

PER DIVVM HIERONYMVM.

ARCVS Discipulus & interpres Petri, iuxta quod Petrũ referentem audierat, rogatus Romæ à fratribus, breue scripsit Euangelium. Quod cum Petrus audisset, probauit, & ecclesiæ legendum sua autoritate ædidit, sicut Clemens in sexto ὑποτυπώσεων libro scribit. Et Papias Hierosolymitanus episcopus meminit huius Marci, & Petrus in epistola prima, sub nomine Babylonis figuraliter Romã significãs: Salutat uos quæ in Babylone cũ electa & Marcus filius meus. Assumpto itaq; Euangelio, qd' ipse cõfecerat, perrexit Aegyptum, & primus Alexandriæ Christum annuncians, constituit ecclesiam tantæ doctrinæ & uitæ cõtinentia, ut omnes sectatores Christi ad exemplũ sui cogeret. Deniq; Philo disertissimus Iudæorum, uidens Alexãdriæ primam ecclesiã adhuc Iudaizantẽ, quasi in laudem gentis suæ librum super eorum cõuersatione scripsit, & quomodo Lucas narrat Hierosolymæ credentes omnia habuisse communia, sic ille quod Alexandriæ sub Marco fieri doctore cernebat, memoriæ tradidit. Mortuus est autẽ octauo Neronis anno, & sepultus Alexandriæ, succedente sibi Aniano.

EVANGELIVM
SECVNDVM
MARCVM.

1 II 2 I 3 VI 4 I 5 I 2.Pet.1. 6 II

INITIVM Euangelij IESV Christi filij Dei, ſicut ſcriptū eſt in prophetis. ✶ Ecce ego mitto nuncium meum ante faciem tuam, qui præparabit uiā tuā ante te. ✶ Vox clamātis in deſerto: Parate uiam domini, rectas facite ſemitas eius. Baptizabat Iohannes in deſerto prædicans baptiſmum pœnitētiæ in remiſſionem peccatorum. ✶ Et egrediebantur ad eum tota Iudæa regio ac Hieroſolymitæ, et baptizabātur omnes ab illo in Iordane flumine, confitentes peccata ſua. Erat autem Iohannes ueſtitus pilis cameli, & zona pellicea circa lumbos ſuos, ueſcebatur q; locuſtis ac melle ſilueſtri, & prædicabat, dicens: ✶ Venit is qui fortior eſt me, poſt me, cuius non ſum idoneus, ut procumbens ſoluam corrigiam calciamentorum. Ego quidē baptizaui uos aqua, ille uero baptizabit uos ſpiritu ſancto. ✶ Et factū eſt in diebus illis, uenit IESVS à Nazareth Galilææ, & baptizatus eſt à Iohāne in Iordane. Et ſtatī cum aſcenderet ex aqua, uidit diſſindi cœlos, & ſpiritum quaſi columbam deſcendentem ſuper illum. Et uox facta eſt de cœlis: Tu es ille filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum eſt. ✶ Et continuo ſpiritus illum expellit in deſertū, & erat illic in deſerto

in deserto dies quadraginta, & tentabatur à satana, eratq; cum feris, ✶ & angeli ministrabant illi. ✶ Postquam autē cō 7
prehensus esset Iohannes, uenit IESVS in Galilæam, ✶ præ VI
dicans Euangelium regni Dei, & dicens: Impletum est tem= 8
pus, instatq; regnum Dei, resipiscite & credite Euāgelio. Cū IIII
ambularet autem iuxta mare Galilææ, uidit Simonē & An= 9
dream fratrem eius, iacientes retia in mare, erant enim pi= II
scatores & dixit eis IESVS ✶ Sequamini me, & faciam ut 10
efficiamini piscatores hominum. Ac protinus, relictis reti= II
bus suis, secuti sunt eum. ✶ Et progressus illinc pusillum 11
uidit Iacobum filium Zebedæi, & Iohannem fratrem eius, VI
qui & ipsi in naui reconcinnabant retia, statimq; uocauit il=
los. Et illi relicto patre suo Zebedæo in naui cū mercenarijs 12
secuti sunt eum. ✶ Et ingrediuntur Capernaum, & statim VIII
sabbatis ingressus in synagogam docebat. ✶ Et stupebant su= 13
per doctrina eius. Erat enim docens eos tanquam autoritate II
præditus. ✶ & non sicut scribæ. ✶ Et erat in synagoga eo= 14
rum homo obnoxius spiritui immundo, & exclamauit, di= VII
cens: Ah, quid rei nobis tecum est IESV Nazarene? Vent
sti ad perdendum nos? Noui te qui sis, nimirum ille sanctus
dei. Et increpauit illum IESVS, dicens: Obmutesce & exi
ab homine. Et cum discerpsisset eum spiritus immundus, ex
clamassetq; uoce magna, exijt ab eo. Et obstupuerunt omnes,
ita ut conquirerent inter se, dicētes: Quid est hoc? Quæ do=
ctrina noua hæc? quia cum autoritate etiā spiritibus immun=
dis imperat, & obediunt ei? Emanauit autē fama eius statim
in totam undiq; regionem Galilææ finitimam. ✶ Et protinus
è synagoga egressi, uenerunt in domum Simonis & Andreæ, 15
cum Iacobo & Iohāne, Socrus autem Simonis decumbebat II

febricitãs, & continuo dicũt ei de illa. Et accedẽs erexit eã
apprehensa manu eius, & reliquit eam febris illico, ac mini-
strabat eis. Vesperi uero, cum occidisset sol, afferebant ad eũ
omnes male habentes, & qui à dæmonijs agitabãtur. Et ciui
tas tota congregata erat ad ostiũ, & sanauit multos, qui egro
16 tabant uarijs morbis, ✶ & dæmonia multa eijciebat, & nõ si
VIII nebat loqui dæmonia, quod ipsum nossent. ✶ Et mane multa
17 adhuc nocte cũ surrexisset, egressus est, & abijt IESVS in
VIII desertum locũ, ibiq; orabat, & prosequutus est eum Simon,
& qui cũ illo erant. & cũ inuenissent eum, dicunt ei: Omnes
te quærunt. Et ait illis: Eamus in pximos uicos, ut & ibi præ
dicem, in hoc enim egressus sum. Et prædicabat in synagogis
18 eorum, in tota Galilæa, & dæmonia eijciebat. ✶ Et uenit ad
II eum leprosus deprecans eũ, eiq; ad genua accidens, ac dicẽs
illi: Si uis potes me mundare. IESVS autẽ misertus proten-
sa manu tetigit illũ. & dicit ei: Volo, mundus esto. Et cum di-
xisset, statim discessit ab eo lepra, & mundatus est, & cõmi-
natus ei, statim emisit illum, dicitq; ei: Vide ne cui quicquã di
cas, sed abi, teipsum ostende sacerdoti, & offer pro emunda
19 tione tui, quæ præcepit Moyses in testimoniũ illis, ✶ At ille e-
X gressus cœpit prædicare multa, & diuulgare sermonẽ. Ita ut
iam non posset IESVS manifeste introire in ciuitatem, sed fo
ris in desertis locis erat, & ueniebant ad eum undiq;.

CAPVT. II.

20 E ✶T iterum ĩtrauit Capernaum post dies aliquot, & au
I ditũ est q, in domo esset, & protinus cõgregati sunt multi
adeo ut iam non caperent eos, nec illa loca quæ erant circa
ianuam, & loquebatur eis sermonem. Et ueniunt ad eum fe
rentes paralyticũ, qui à quatuor portabãtur: & cum nõ pos
sent

sent appropinquare illi præ turba, nudauerunt tectum ædium in quibus erat: perfossoq; tecto, funibus demittunt grabatum in quo paralyticus decumbebat. Cum autem uidisset IESVS fidem illorũ, ait paralytico: Fili, remittantur tibi peccata tua Erant autem illic quidam de scribis sedentes, & cogitantes in cordibus suis: Quid hic sic loquitur blasphemias? Quis põtre mittere peccata, nisi solus Deus? Et protinus ubi cognouisset IESVS spiritu suo, quod sic cogitarent intra sese, dicit illis: Quid ista cogitatis in cordibus uestris? Vtrum est facilius dicere paralytico, remittãtur tibi peccata: an dicere, surge & tolle grabatum tuum & ambula? Vt autem sciatis quod filius hominis habet potestatem in terra remittendi peccata, ait paralytico: Tibi dico, surge ac tolle grabatum tuũ, & abi in domum tuam. Et statim surrexit, sublatoq; grabato, egressus est in conspectu omnium, adeo ut stupescerẽt omnes, & glorificarent Deum dicentes: Nunquam sic uidimus. Et egressus est rursus ad mare, ommisq; turba ueniebat ad eum, ac docebat eos. ✶ Et cum præteriret IESVS, uidit Leui, alphæi filiũ sedentem ad teloneum, & ait illi: Sequere me. Isq; surgẽs, se quutus est eum. ✶ Et factum est, cum accumberet in domo illius. multi etiã publicani, & peccatores simul discumbebant cum IESV & discipulis eius, erant enim multi qui secuti fuerant eũ. Et scribæ ac pharisæi cum uidissent eũ capientẽ cibum cum publicanis & peccatoribus, dicebãt discipulis eius Quid est quod cum publicanis & peccatoribus edit ac bibit? Hoc audito, IESVS ait illis. ✶ Nõ opus habẽt qui ualent medico, sed qui male habent. Nõ ueni ad uocandũ iustos, sed peccatores ad pœnitẽtiam. Et discipuli Iohannis ac pharisæorũ ieiunabãt, ueniuntq; & dicunt illi: Quare discipuli Iohannis

21 Mt
Mc
22 Mt
Mc

23 Mt
Mc

& phariſæorum ieiunant?,tui autẽ diſcipuli nõ ieiunant? Et
ait illis IESVS: Num poſſunt filij thalami nuptialis, in quo
cum illis ſponſus eſt ieiunare? Quãdiu habent ſecum ſpon-
ſum,non poſſunt ieiunare. Venient aũt dies,cũ auferetur ab
eis ſponſus,& tunc ieiunabunt in illis diebus. Et nemo aſſu-
mentum panni rudis aſſuit ueſtimento ueteri,alioquin aufert
ſupplementum eius nouũ à ueteri,& peior ſciſſura fit. Et ne
mo mittit uinum muſtum in utres ueteres, alioqui diſrumpit
uinum muſtum utres,& uinũ effunditur,& utres pereũt,ſed
34 uinum muſtũ in utres nouos mitti debet. ✶ Et accidit, ut trãſi
II ret ſabbatis p ſegetes, & cœperunt diſcipuli eius inter uiam
uellere ſpicas,& phariſæi dicebant ei: Ecce cur faciunt ſab
batis quod non licet? Et ipſe ait illis: Nunq̃ legiſtis qd fecerit
Dauid,cũ opus haberet,& eſuriret ipſe,& qui cũ eo erãt?
quomõ ingreſſus ſit in domũ Dei ſub Abiathar prĩcipe ſacer
dotum,& panes ꝓpoſitionis comederit, quos nõ licet edere
niſi ſacerdotibus,& dederit etiã ijs qſecũ erant? Et dicebat
illis: Sabbatum propter hominem factum eſt,nõ hõ ꝓpter ſab
batum. ✶ Itaq; dominus eſt filius hominis etiam ſabbati.
25
II

CAPVT III.

ET introiuit iterum in ſynagogam, & erat ibi homo are
factam habens manum,& obſeruabant eum, an ſabba-
tis ſanaturus eſſet eum,ut accuſarent illum. Et ait homini ha
benti manum arefactam: Surge in mediũ. Et dicit illis: Vtrũ
licet ſabbatis benefacere, an malefacere? animã ſeruare, an
occidere? At illi tacebant. Et cum circũſpexiſſet eos cũ ira-
cundia,condoleſcens ſup cæcitate cordis eorũ,dicit homini:
Extende manum tuã. Et extẽdit,& reſtituta eſt manus illius
26 ſana,ut altera. ✶ Egreſſi uero phariſæi, ſtatim unà cum He-
IIII rodianis

rodianis consilium inibant aduersus eum, ut illum perderent.
IESVS aũt cũ discipulis suis secessit ad mare, ✶ & ingens 27
multitudo à Galilæa secuuta eſt eũ, & ab Iudæa, & ab Hie= I
roſolymis, & ab Idumæa, & trans Iordanem, & q̃ circa Ty
rũ habitabãt ac Sidonem, hoĩm multitudo magna, qui cũ au
diſſent, quæ faciebat, uenerunt ad eũ. Et iußit IESVS diſci
pulis ſuis, ut nauicula ſibi deſeruiret ꝓpter turbam, ne ipſum
premerent. Multos enim ſanauerat, ita ut irruerent in eum,
quo illum tangerent, quotquot affligebantur. ✶ Et ſpiritus im 28
mundi cum illum uidiſſent, procidebant ei, & clamabant di= VIII
centes: Tu es filius dei, & uehementer interminabatur eis,
ne ſe manifeſtum facerẽt. ✶ Et aſcendit in montẽ, ac uocat
ad ſe quos uoluit ipſe, & uenerũt ad eũ. Et fecit duodecim, ut 29
eſſent ſecũ, & ut emitteret eos ad prædicandũ, utq̃ haberẽt II
poteſtatẽ ſanandi morbos, eijciendiq̃ dæmonia. ✶ Et impo= 30
ſuit Simoni nomen Petrus, & Iacobum filium Zebedæi, & II
Iohannẽ fratrẽ Iacobi, & impoſuit eis noĩa Boanerges, qd̃
eſt, filij tonitrui, & Andreã, & Philippũ, & Bartholomæũ,
& Matthæum, & Thomam, & Iacobum Alphæi filium, &
Thaddæum, & Simonem Cananeum, & Iudam Iſcariotem,
qui & prodidit illũ. ✶ Et ueniunt in domũ, & cõuenit iterũ 31
turba, ſic ut nõ liceret illis uel panes edere, & cũ audiſſent X
qui ad illum attinebant, exierunt ut manus inijcerent in eum.
Dicebant enim: in furorẽ uerſus eſt. ✶ Et ſcribæ qui ab Hie
roſolymis deſcenderant, dicebant Beelzebul habet, & per 32
principem dæmoniorum eijcit dæmonia. ✶ Et adſe uocatis II
eis, in parabolis dicebat illis: Quomodo poteſt ſatanas ſata 33
nam eijcere? Et ſi regnum aduerſus ſeſe diuiſum fuerit, II
non poteſt ſtare regnum illud, & ſi domus contra ſemet=

ipſam diuiſa fuerit, non poteſt ſtare domus illa, & ſi ſatanas
inſurrexit aduerſus ſemetipſum, ac diuiſus eſt, non poteſt ſta
re, ſed finē habet. Nō pōt quiſq; uaſa fortis, ingreſſus in domū
illius, diripere, niſi prius fortē alligarit, & tunc domū eius di
34 ripiet. ✶ Amen dico uobis: Oīa remittētur filijs hoīm pecca=
II ta & cōuicia, quibuſcunq; conuitiati fuerint. At q cōuitium
dixerit in ſpiritū ſanctū, non habet remiſſionē inæternū, ſed
obnoxius eſt æterno iudicio. Dicebant enī: Spiritum immun
35 dum habet. ✶ Et ueniunt mater eius & fratres, & foris ſtan
II tes, miſerunt ad eum qui euocarēt eum, & ſedebat turba cir
ca eum, dicuntq; ei: Ecce mater tua & fratres tui foris quæ=
runt te. Et reſpondit eis dicens: Quæ eſt mater mea, & fra=
tres mei? Et cū circūſpexiſſet in circuitu circū ſe diſcipulos
ſedentes, ait: Ecce mater mea & fratres mei. Qui enī fecerit
uoluntatē Dei, hic frater meus, & ſoror mea, & mater eſt.

CAPVT IIII.

36 E ✶ T iterum cœpit docere iuxta mare, & cōgregata eſt
II ad eū turba multa, ita ut nauim ingreſſus, ſederet in ma
ri, & tota turba uxta mare in terra erat, & docebat eos p
parabolas multa, et dicebat illis in doctrina ſua: Audite, Ecce
Zach. 8. exibat ſeminator ad ſeminandū, & accidit inter ſeminandū,
aliud quidem cecidit ſecus uiam, ueneruntq; uolucres cœli et
comederunt illud. Aliud uero cecidit ſup petroſa, ubi nō ha
buit terram multam, & ſtatim exortū eſt, q'd nō haberet alti
tudinem terræ, ſole aūt exorto, æſtu affectum eſt, & eò q, nō
haberet radicem, exaruit. Et aliud cecidit in ſpinas, & ſuc=
creuerunt ſpinæ, ac ſuffocauerunt illud, & fructū non dedit.
Et aliud cecidit in terram bonā, & dabat fructum emergen=
tem, atq; creſcentem, & afferebat unum triginta, & unum
ſexagin

sexaginta,& unum centum, ac dicebat illis: Qui habet aures ad audiẽdum audiat. Cum aũt cœpisset esse solus,interrogauerunt eum hi,qui circum illum erant cũ duodecim, de parabola,& dicebat eis: Vobis datum est nosse mysteriũ regni dei: ✶ illis autem qui foris sunt, per parabolas omnia fiunt, 37
ut uidentes uideant.& non cernant,& audiẽtes audiant,& I
non intelligant,ne quando conuertantur,& remittantur eis Esa.6.
peccata.✶ Et ait illis, nescitis parabolam hanc ? & quomõ 38
oẽs parabolas cognoscetis: Seminator ille sermonem semi- II
nat. Isti uero sunt quorum alij iuxta uiam dicuntur,ubi semi
natur sermo,& cum audierint,confestim uenit satanas,&
aufert sermonẽ, qui seminatus est in cordibus eorum. Et alij
sunt similiter,qui in petrosa semen excipiũt,qui cum audierit
sermonem,statim cũ gaudio accipiũt illud,& nõ habent ra-
dicem in se,sed tẽporarij sunt,deinde coorta afflictione, aut
pſecutione ꝓpter sermonẽ,confestim offenduntur. Et alij sũt
qui in spinas semen excipiunt. Hi sunt qui sermonẽ audiunt,
& sollicitudines sæculi huius ac deceptio diuitiarũ, cæterarumq; rerum cupiditates introeuntes,suffocant sermonẽ,ac
redditur infructifer. Et alij sunt qui in terram bonã semen ex
ceperũt,qui audiunt sermonem et suscipiunt,et fructificant,
ita ut aliud granũ adferat trigĩta,aliud sexaginta: aliud cen-
tum. ✶ Et dicebat illis: Num lucerna incenditur ut subter mo 39
dium ponatur,aut subter lectum ? Nónne ut super candela- II
brum ponatur? ✶ Non est enim quicquam occultum, qd' nõ 40
manifestetur,neq; fuit secretum, sed ut in propatulum ue- II
niat. Si qs habet aures ad audiendũ, audiat. Et dicebat illis: 41
Videte quid audiatis. ✶ Qua mensura metimini,alij metien- II
tur uobis,& adijcietur uobis qui auditis. ✶ Qui enim habet 42

dabitur illi, & qui non habet, etiã quod habet, auferetur ab
43 eo. Et dicebat: ✶ Sic est regnũ dei, quemadmodũ si homo ia
X ciat sementem in terram, ac dormiat, atq; ille exurgat nocte
ac die, segesq; germinet, ac surgat in altum, dũ nescit ille. Vl-
tro enim terra fructificat, primũ herbã, deinde spicam, deide
plenum frumentũ in spica, cum aũt productus fuerit fructus,
44 statim mittit falcem, quoniã adest messis. Et dicebat: ✶ Cui
II assimilabimus regnũ dei? aut qua collatiõe cõferemus illud?
Est sicut granum sinapis quod cum seminatum fuerit in terra,
minus est oĩbus seminibus quæ sunt in terra, & cum semina
tum fuerit, exurgit, & fit maius oĩbus oleribus, & facit ra-
mos magnos, ita ut possent sub umbra eius aues cœli nidifi-
45 care. ✶ Et talibus multis parabolis loquebatur eis sermonẽ,
VI put poterant audire, sine parabola uero non loquebatur eis:
46 ✶ seorsim aũt discipulis suis exponebat oĩa. ✶ Et ait illis in
X die illo cum facta esset uespera: Transeamus in ulteriorẽ ri-
47 pam. Et dimissa turba, assumunt eum, ita ut erat in naui, sed
II & aliæ nauiculæ erant cum illo. Et oritur procella uẽti ma-
gna, & fluctus irruebãt in nauim, ita ut illa iam impleretur.
Et erat ipse in puppi sup ceruical dormiens, & excitant eũ
dicuntq; illi: Præceptor non est tibi curæ qd' perimus? Et ex-
citatus increpauit uentũ, dixitq; mari: Tace, obmutesce, &
cõquieut uentus, factaq; est tranquillitas magna, & ait illis:
Quid timidi estis adeo? Qui fit ut non habeatis fiduciam? Et
timuerũt timore magno, dicebantq; inter sese: Quisnam hic
est, quia & uentus & mare obediunt ei.

CAPVT V.

ET uenerunt traiecto mari in regionem Gadarenorum,
egressoq; ei de naui, statim occurrit è monumẽtis homo
spiritu

ſpiritui obnoxius immundo, qui domicilium habebat in mo=
numentis. Et neq; catenis quiſq̃ poterat eũ ligare, propterea
quod cũ ſæpe cõpedibus & catenis uinctus fuiſſet, diſcerptæ
eſſent ab illo catenæ, & cõpedes eſſent cõminutæ, neq; quiſq̃
ualuiſſet eum domare. Et ſemp die ac nocte in mõtibus & in
monumentis erat clamans, & concidens ſeipſum lapidibus.
Cum uidiſſet aũt IESVM eminus, cucurrit, & adorauit eũ,
& clamans uoce magna, dixit: Quid mihi tecum eſt IESV
fili dei altiſſimi? adiuro te per deũ, ne me torqueas. Dicebat
enim illi: Exi ſpiritus immunde ab homine. Et interrogabat
eum: Quod tibi nomen eſt? Et reſpondit, dicens ei: Legio
mihi nomen eſt, quia multi ſumus. Et deprecabatur eum mul
tum, ne ſe emitteret extra regionẽ. Erat aũt ibi iuxta montes
grex porcorum magnus paſcens, & deprecabantur eum
omnes dæmones, dicentes. Mitte nos in porcos, ut in eos in=
troëamus. Et permiſit eis ſtatim IESVS. Et egreſſi ſpiritus
immundi, ingreſſi ſunt in porcos. Et ferebatur grex per præ=
ceps in mare. Erant autẽ fermè bis mille, & ſuffocati ſunt in
mari. Porrò qui paſcebant porcos, fugerunt, & renunciaue
runt in ciuitatem & in agros. Et egreſſi ſunt ad uidendũ qd
eſſet quod acciderat, & ueniũt ad IESVM, & uident illũ
qui à dæmonio uexabatur, ſedentem ac ueſtitũ, & ſanæ men
tis qui habuerat legionem, & timuerunt. Et narrauerunt illis
qui uiderãt, qualiter accidiſſet ei, qui dæmoniũ habuerat, &
de porcis. Et rogare cœperunt eum, ut diſcederet de finibus
ipſorum. Et cum ingreſſus eſſet nauim, rogabat illum qui fue
rat à dæmonio correptus, ut eſſet cum illo. ✶IESVS au= 48
tem non permiſit eum, ſed ait illi: Abi in domum tuam ad tu VIII
os, & annuncia illis quanta tibi dominus fecerit, & miſer=
tus ſit

tus sit tui. Et abijt, & cœpit prædicare in decapoli, quãta sibi fecisset IESVS, & omnes mirabantur. Et cum traiecisset IESVS naui rursus in ulteriorẽ ripam, conuenit turba multa ad eũ, & erat circa mare. * Et ecce uenit quidã princi-
49 pũ synagogæ, noïe Iairus: & cũ uidisset eũ, pcidit ad pedes
11 eius, & deprecabatur eũ multũ, dicẽs: Filiola mea in extre-
* mis est, oro ut uenias, & imponas illi manus, ut salua sit, & uiuet. Et abijt cũ illo, & sequebatur eũ turba multa, & cõpri mebant eũ. Et mulier quædã, q̃ fuerat obnoxia pfluuio sanguinis annos duodecim, fueratq; multa ppessa à cõpluribus medicis, & insumpserat oĩa sua, neq; quicq̃ adiumẽti sensserat, sed magis in deterius uenerat: cũ audisset de IESV, uenit in turba à tergo & tetigit uestimentũ eius. dicebat enim: Si uel uestimẽta eius tetigero, salua ero. Et cõfestim siccatus est fons sanguinis eius, & sensit corpe, q̃ sanata esset ab eo flagello. Et statim IESVS in semetipso cognoscẽs uirtutem ex sese pdisse, cõuersus in turba aiebat: Quis tetigit uestimẽta mea? Et dicebant ei discipuli ipsius: Vides turbã undiq; prementẽ te, & dicis: Quis me tetigit? Et circũspiciebat, ut uideret eam quæ hoc fecerat. Mulier uero timens ac tremens, sciens qd' factum esset in se, uenit & accidit ei, dixitq; ei oẽm ueritatẽ. Ille aũt dixit ei: Filia, fides tua te seruauit, uade cũ pace, & esto sana à flagello tuo. Adhuc eo loquente, ueniũt à principe synagogæ, qui dicerent: Filia tua mortua est, quid ultra uexas magistrum? IESVS aũt ptinus audito sermone q̃ dicebatur, ait principi synagogæ: Ne metuas, tantũmodo crede. Et nõ pmisit ut quisquã se sequeretur, præter Petrum & Iacobum & Iohannẽ fratrem Iacobi. Et uenit in domum principis synagogæ, uidetq; tumultum ac flentes & eiulantes multum

tes multum,& ingressus,ait illis:Quid tumultuamini & plo
ratis? Puella nõ est mortua,sed dormit.Et irridebãt eũ.Ipse
uero eiectis oĩbus,assumit patrem & matrẽ puellæ,& eos q
cum ipso erant:& ingreditur eò ubi puella erat iacens,&
apprehensa manu puellæ,ait illi:Talitha,cumi,quod est si qs
interpretetur:Puella,tibi dico surge.Et cõfestim surrexit pu=
ella,& ambulabat.erat enim annorum duodecim,& obstu=
puerunt stupore magno.Et præcepit illis uehemẽter,ne quis
quam id sciret:& iussit ut daretur illi quod ederet.

CAPVT VI.

ET egressus est illinc,uenitq; in patriam suã,& sequun=
tur eum discipuli sui.Cũq; adesset sabbatum, cœpit in sy
nagoga docere,multiq; audiẽtes obstupuerũt,dicẽtes: Vnde
huic hæc?et quæ est sapiẽtia,quæ data est illi? & uirtutes ta
les p manus eius efficiuntur?✶Nónne hic est faber ille,filius 50
Mariæ frater Iacobi,& Iose, & Iudæ, & Simonis? Nónne I
& sorores eius hic nobiscum sunt? Et offendebãtur p eum.
✶ Dicebat aũt illis IESVS: Non est ppheta contemptus, 51
nisi in patria sua,& inter cognatos & in familia sua. Et nõ I
poterat ibi uirtutem ullam ædere,nisi q; paucos infirmos,im=
positis manibus sanauit, ac mirabatur propter incredulitatẽ
eorum ✶ & obambulabat p uicos undiq; circumiacẽtes do 52
cens.Et accersit duodecim,cœpitq; eos emittere binos,ac da II
bat illis potestatem aduersus spiritus immundos. ✶ Et præce 53
pit illis,ne quid tollerent in uiam,nisi uirgam tantum,nõ pe= II
ram,non panẽ,non in zona æs,sed calciarentur sandalijs,&
ne induerentur binis tunicis.✶ Et dicebat eis:Vbicunq; in= 54
troieritis in domũ,illic manete donec exeatis illinc.✶ Et qui II
cunq; nõ receperint uos,neq; audierint uos,exeuntes illinc, 55
excutite II

excutite puluerem qui eſt ſub pedibus ueſtris, in teſtimonium illis. Amen dico uobis, tolerabilius erit Sodomis aut Gomor
56 rhis in die iudicij, q̃ ciuitati illi. ✶ Et egreſsi prædicabant ut
VIII reſipiſcerent, & dæmonia multa eijciebãt, & ungebãt oleo
57 multos ægros & ſanabant. ✶ Et audiuit rex Herodes (inno
II tuerat enim nomen eius) dicebatq̃: Iohannes ille qui baptizabat, reſurrexit à mortuis, & propterea uirtutes agunt in
58 illo. ✶ Alij dicebant Helias eſt, alij uero dicebant, propheta
X eſt, uel tanq̃ unus ex pphetis. Cum audiſſet aũt Herodes, ait: Cui ego præcidi caput, Iohannes iſte eſt, ipſe ſurrexit à mor
59 tuis. ✶ Nam ipſe Herodes, miſsis ſatellitibus manus iniecerat
II in Iohannẽ, & uinxerat eum in carcere propter Herodiadẽ uxorem Philippi fratris ſui, quia duxerat eam uxorem. Dicebat enim Ioannes Herodi: Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Herodias aũt inſidiabatur illi, uolebatq̃ occidere eũ, nec poterat, Herodes enim metuebat Iohannem, ſciens eum uirum iuſtum ac ſanctum, & obſeruabat eũ, auditoq̃ eo, mul
60 ta faciebat, & libenter eum audiebat. ✶ Et cum dies oportu
VI nus accidiſſet, cum Herodes in natalicijs ſuis cœnam faceret primatibus ac tribunis, & primoribus Galilææ, cumq̃ intro iſſet filia ipſius Herodiadis, ac ſaltaſſet, placuiſſetq̃ Herodi ac ſimul accumbentibus, rex ait puellæ: Pete à me quod uis, & dabo tibi. Et Iurauit illi, quicqd à me petieris, dabo tibi uſq̃ ad dimidium regni mei. At illa egreſſa dixit matri ſuæ, qd petam? Illa uero dixit: Caput Iohannis baptiſtæ. Et ingreſſa ſtatim cum feſtinatione ad regem, petiuit, dicẽs: Volo ut protinus des mihi in lãce caput Iohãnis baptiſtæ. Et dolore affectus rex, propter iuſurandũ, eosq̃ q̃ ſimul accũbebãt, noluit eam reijcere. Et confeſtim rex miſſo ſpiculatore, iußit inferri

caput

caput eius. At ille abijt, et decollauit eũ in carcere, & attulit caput eius i lãce, et dedit illud puellæ, & puella dedit illud matri suæ. Quo audito, discipuli eius uenerunt, & sustulerũt cadauer eius, posuerunt q; illud in monumento. ✶ Et congregantur apostoli ad IESVM, ac renunciauerunt ei omnia, & q̃ egissent, quæq; docuissent. ✶ Et ait illis: Venite uos soli seorsim in desertum locum, & requiescite pusillum. Erant enim q̃ uenirent & abirent multi, ac ne cibum quidem capere uacabat. Et abijt in desertum locum nauigio seorsim. Et uiderunt eos abeuntes turbæ, & agnouerunt eum multi, & itinere pedestri ex oĩbus ciuitatibus concurrerũt illuc: & præuenerũt eos, conueneruntq; ad illum. ✶ Et egressus uidit turbam multam IESVS, & affectu misericordiæ tactus est erga eos, quia erant uelut oues non habentes pastorem. Et cœpit illos docere multa. ✶ & cum iam multum diei præteriisset, accesserunt ad illum discipuli eius, dicentes: Desertus est locus, & iam multum temporis effluxit, dimitte illos, ut abeant in circumiacentes uillas, ac uicos, emant q; sibi panes, nam quod edant, non habent. At ille respondens, ait illis: Date illis uos quod edant. Et dixerunt ei: Euntes emamus ducentis denarijs panes, & demus illis quod edant? At ille dicit eis: Quot panes habetis? Ite & uidete. Et cum cognouissent, dicunt: Quinq;, & duos pisces. Et præcepit illis, ut accumbere facerent omnes, distributis cõuiuijs i uiridi gramine. Et discubuerunt diuisi in uiridaria centeni, & quinquageni. Et cũ accepisset quinq; panes, ac duos pisces, sublatis in cœlũ oculis benedixit, ac fregit panes, deditq; discipulis suis, ut apponerent illis, & duos pisces diuisit omnibus. Et comederunt omnes & saturati sunt, & sustulerunt fragmentorum

61 VIII
62 X
63 VI
64 I

duodecim

duodecim cophinos plenos, & de piscibus. Erāt aūt q comē
65 derant circiter quinq; milia uirorū. ✶ Et statim coēgit disci-
VI pulos suos conscendere nauim, ut præcederent trās missō ma
66 ri Betsaidam, dum ipse dimitteret turbam. ✶ Et cum dimi-
II sisset eos, abijt in montē ad orandū. ✶ Et cum uespera adue
67 nisset erat nauis in medio mari, & ipse solus in terra, uiditq;
IIII eos laborantes in remigando, erat enī uentus cōtrarius eis.
Ac circa quartā uigiliam noctis uenit ad eos, ambulās super
mare, & uolebat præterire eos. At illi ut uiderunt eū ambu-
lantē sup mare, putauerūt spectrū esse, et exclamauerūt. Oēs
enim uidebant eum, & cōturbati sunt, & statim loquutus est
68 cum eis, dixitq; eis: Confidite, ego sum, ne terreamini. ✶ Et
VI ascendit ad illos in nauim, & cōquieuit uentus, & uehemen
ter supra modum intra sese stupebant & admirabātur. Nō
enim intellexerant de panibus, erat enī cor eorū obcæcatum
Et cum traiecissent, uenerunt in terram Genezareth, & ap
plicuerūt in portum. Cumq; egressi essent de naui, continuo
agnouerunt eum, ac percurrentes totam undiq; regionē illā
cœperunt in grabatis eos q male habebant circūferre, cū au
dissent eum illic esse, & quocunq; introisset in uicos aut in
ciuitates, aut in uillas, in plateis ponēbant infirmos: ✶ & de
69 precabantur eum, ut uel fimbriam uestimenti eius tangerēt
II & quotquot tangebant eum, salui fiebant.

CAPVT VII

70 ✶ T conueniunt ad eū pharisæi, & quidā de scribis qui
X uenerant Hierosolymis, & cū uidissent quosdā ex disci
pulis eius cōmunibus manibus, id est, illotis edere panes, in-
cusabant. Nam Pharisæi & omnes Iudæi, nisi crebro lauerint
manus, non capiunt cibum, tenentes instituta maiorum:
& à foro

& à foro (uenientes) nisi loti fuerint, non comedunt. Et alia * multa sunt quæ susceperunt seruãda: nempe lotiones Poculorum & urceorum & æramentorũ & lectorũ. ✶ Deinde in= 71
terrogant eũ pharisæi & scribæ: Quare discipuli tui nõ am= VI
bulant iuxta ritum traditum à maioribus, sed illotis manibus edunt panem? At ille respõdẽs, dixit eis: Bene uaticinatus est Esaïas de uobis hypocritis, sicut scriptum est: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorũ longe est à me. in uanũ autem me colunt, docentes doctrinas, præcepta hominum. Nã omisso præcepto dei, tenetis constitutiones hominum, ablutiones urceorũ et poculorũ, aliaq; similia his facitis multa. Et dicebat illis: Bene reijcitis præceptũ Dei, ut cõstitutionẽ uestrã seruetis. Moses enĩ dixit: Honora patrẽ tuũ & matrem tuã: Exod. 20.
& qui maledixerit patri uel matri, morte moriatur. Vos aũt Deute. 5.
dicitis: Si dixerit homo patri uel matri, corbam, quod est donum, quodcũq; ex me, in tuũ cedet cõmodũ, & prætereà nõ sinitis eum quicquam facere patri suo, aut matri suæ, & irritum facitis uerbũ Dei per constitutionẽ uestram, quã tradidistis. Et similia huiusmodi multa facitis. Et cũ aduocasset ad se totam turbã, dicebat illis: Audite me omnes, & intelligite: Nihil est extra hominẽ, introiens in eũ, quod possit eũ inquinare, sed quæ de homine procedunt, illa sunt quæ inquinant hominem. Si quis habet aures ad audiendũ, audiat. ✶ Et cum 72
introisset in domum, semotus à turba, interrogabãt eum discipuli eius de similitudine. Et ait illis: Adeo & uos intelligẽtia caretis? Nondum intelligitis, quod omne foris introiens in hominem non potest eum inquinare, quia nõ intrat in eius cor, sed in uentrẽ: & in secessum exit, repurgans omnes escas? Dicebat autẽ: Quod ab homine exit, illud inquinat hominẽ. Ab

interioribus enim de corde hominũ malæ cogitatiões procedunt, adulteria, stupra, homicidia, furta, auariciæ, fraudes, dolus, impudicitia, malus oculus, conuicia, superbia, stulticia. Omnia hæc mala ab interuis procedũt, & inquinãt hominẽ Et inde surgẽs, abijt in cõfinia Tyri, ac Sidonis, & ingressus
73 domũ, neminẽ uoluit scire, nec potuit latere. ✶ Mulier enim
VI statim ut audiuit de eo, cuius filiola habebat spiritũ immundũ uenit & accidit ad pedes eius. Erat enĩ mulier Græca Syrophœnissa genere, & rogabat eũ, ut dæmonium eijceret de filia sua. IESVS autem dixit illi: Sine prius saturari filios. Nõ est enĩ honestum, sumere panem filiorum, & proijcere catellis. At illa respondit, & dicit illi: Etiam domine, nam catelli quoq; comedunt sub mensa de micis filiorum. Et ait illi: Propter istum sermonẽ uade, exijt dæmoniũ à filia tua. Et cũ abisset domũ suã, repperit dæmoniũ exisse, & filiam iacẽtem super lectũ. ✶ Et rursum egressus de finibus Tyri ac Sidonis, ue
74 nit ad mare Galilææ per medios fines decapolis, et adducunt
X ei surdum, impeditæq; linguæ, & deprecantur eũ, ut imponat illi manum, & cũ apprehendisset cum de turba seorsim, misit digitos suos in auriculas eius, & sputo emisso, tetigit linguam eius, ac suspiciens in cœlum ingemuit, & ait illi: Ephphata, quod est aperire, & statim apertæ sunt eius aures, & solutũ est uinculum linguæ eius, ac loquebatur recte, ac præcepit illis, ne cui dicerent. Sed quo magis ille eis præceperat,
75 hoc potius ampliusprædicabant, ✶ & supra modũ stupebãt,
VIII dicẽtes: Bene oĩa fecit, & surdos facit audire, & mutos loq.

CAPVT. VIII.

76 IN diebus illis, cum turba admodum multa esset, nec ha-
VI berent quod manducarent, accersitis ad se IESVS discipulis

pulis suis, ait illis: Misereor dia tangor erga turbam, quia iam triduo manent apud me, nec habent quod edant, & si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in uia. Quidam enim ex eis è longinquo uenerunt. Et respondérunt ei discipuli sui: Vnde istos quis poterit hic satiare panibus in solitudine? Et interrogauit eos: Quot panes habetis? Illi uero dixerunt: Septem. Et præcepit turbæ discumbere super terram. Et acceptis septem panibus, cum gratias egisset, fregit, deditq; discipulis suis, ut apponerent, & apposuerunt turbæ, & habebant piscículos paucos, & cum benedixisset, iussit apponi & hos. Comederunt autem, & saturati sunt, ac sustulerunt quæ superfuerant, fragmentorum septem sportas. Erant autem qui comederant fermè quater mille, & dimisit illos. & mox ingressus in nauim cum discipulis suis, uenit in partes Dalmanutha. ✶ Et egressi sunt pharisæi, cœperunt 77
q; disputare cum illo, quærentes ab eo signum è cœlo, ten- IIII
tantes eum. ✶ & cũ ingemuisset spiritu suo dicit: Cur genera 78
tio hæc, signum quærit? Amen dico uobis si dabitur genera- VI
tioni huic signum. Et relictis illis, ingressus rursus nauim, abijt, traiecto lacu. & obliti fuerant sumere panes, nec præter unum panem habebant secum in naui. ✶ Ac præcepit 79
illis. dicens: Videte, cauete à fermento pharisæorum, & II
à fermento Herodis. ✶ Et disputabant inter sese, dicen- 80
tes: Panes non habemus. Et eo cognito IESVS dicit illis: VI
Quid disputatis quod panes non habetis? Nondum animad uertitis nec intelligitis? Adhuc obcæcatum habetis cor uestrum? oculos habentes, non cernitis, & aures habentes, non auditis, & non meministis? Cum quinq; panes fregissem in hominum quinque milia, quot cophinos fragmentis ple-

nos ſuſtuliſtis? Dicũt ei: Duodecim. Cum autẽ ſeptẽ in quatu
or milia, quot ſportas ex reliquijs fragmẽtorum tuliſtis? Illi ue
§1 ro dixerunt: Septẽ. Et dixit illis: Qui ſit ut nõ intelligatis? ✶
X Et uenit Bethſaidam, & adducũt illi cæcũ & obſecrant eum,
ut illum tangeret. Et apprehenſa manu cæci, eduxit illum ex
tra uicũ, et cũ expuiſſet in oculos illius, impoſuiſſetq; illi ma=
nus, interrogauit eũ, ſi quid uideret, & recepto uiſu, dicebat
Video homines, quoniã uelut arbores cerno ambulantes. De
inde rurſum impoſuit manus ſuper oculos illius, et fecit ut ui
ſum reciperet, et reſtitutus eſt, ac denuo uidebat dilucide oẽs
& dimiſit illum in domũ ſuam, dicens: Neq; in uicum ingre=
diaris, neq; dixeris cuiquam in uico. ✶ Et egreſſus IESVS
§2 et diſcipuli illius in uicos Cæſareæ, quæ cognominatur Philip
I pi, & in uia interrogauit diſcipulos ſuos, dicens illis: Quem
me dicunt homines eſſe? Illi uero reſponderunt: Iohannẽ Ba
ptiſtam, & alij Heliam, alij rurſus unũ de numero propheta=
rum. Et ipſe dixit illis: At uos quẽ me dicitis eſſe? Reſpondẽs
autẽ Petrus, dicit illi: Tu es ille Chriſtus. Et interminatus eſt
eis, ne cui dicerẽt de ſe. ✶ Et cœpit docere eos qd' oporteret
§3 filiũ hominis multa pati, et reprobari à ſenioribus ſummis q;
II ſacerdotibus ac ſcribis, et occidi, et poſt tres dies reſurgere,
et aperte ſermonẽ loquebatur. ✶ Et apprehẽdit illũ Petrus,
§4 cœpitq; increpare eum. At ille cõuerſus, et intuitus diſcipu=
VI los ſuos, increpauit Petrũ, dicẽs: Abi poſt me ſatana, quoniã
non ſapis quæ dei ſunt, ſed quæ ſunt hominũ. Et cum ad ſe uo
§5 caſſet turbã unà cũ diſcipulis ſuis, dixit illis. ✶ Quicũq; uult
II ſeq me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, ac ſequa
tur me. Nã quiſquis uoluerit animã ſuam ſeruare, perdet eã.
Quiſquis autem perdiderit animã ſuam cauſſa mea & euan
gelij,

gelij, hic seruabit eam. Quid enim profuerit homini si lucratus fuerit mundum totum, et animæ suæ iacturã fecerit? Aut qd daturus est homo, quo repensẽt animã suã? ✱ Quemcũq; enim puduerit mei ac meorum sermonũ in generatiõe hac adultera & peccatrice, pudebit illius & filium hominis, ubi uenerit in gloria patris sui cum angelis sanctis. 86 II

CAPVT. IX.

E ✱T dicebat illis: Amẽ dico uobis, Sunt quidam inter eos qui hic stant, qui non gustabunt mortem, donec uiderint regnum dei uenisse cum uirtute: Ac post dies sex assumit IESVS Petrum & Iacobum, & Iohannem, & subducit eos in montem excelsum seorsum solos, & trãsformatus fuit corã illis, & uestimenta illius facta sunt splendida, & candida ualde uelut nix, quàm candida facere non potest fullo super terram, & cõspectus est illis Helias cũ Mose, colloquebanturq; cum IESV. Et respondens Petrus, dicit IESV: Rabbi, bonum est nos hic esse, & faciamus tabernacula tria, tibi unũ, & Mosi unũ, & Heliæ unũ. Non enim nouerat quid loqueretur, erãt enim expauefacti. Et facta est nubes, quæ obumbrauit illos: Et uenit uox è nube, dicens: Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. Et repẽte cum circũspexissẽt, nõ amplius uiderunt quenquã, sed solum IESVM esse secum. Porrò cũ descẽderent de monte, præcepit illis, ne cui dicerẽt ea quæ uiderant, nisi cum filius hominis à mortuis resurrexisset. ✱ Ac uerbũ hoc tenuerũt apud sese, inter se disputantes, quid esset hoc, quod dixerat, è mortuis resurgere. & interrogabãt illũ, dicẽtes: ✱ Quid est quod scribæ dicũt, Heliam oportere uenire prius? Ille uero respondens, dixit illis: Helias quidẽ ubi uenerit prius, restituit omnia, & quemadmodum scriptũ est de 87 II 88 X 89 VI

filio hominis, ut multa patiatur, et cõtemnatur. Verum dico uobis Heliam uenisse, et fecerunt illi quæcunq; uoluerũt, sicut scriptũ erat de illo. ✶Et cũ uenisset ad discipulos suos, uidit
90 X turbam multam circum illos, et scribas disputantes cum eis. Et protinus uniuersa turba cum uidisset eũ, obstupuit, et accurrẽtes salutauerũt eũ. Et interrogauit scribas, Quid disputatis inter uos? ✶Et respõdẽs unus è turba, dixit: Præceptor,
91 II adduxi filium meum ad te, habentẽ spiritũ mutũ, et quandocunq; eum corripuerit, lacerat eum, atq; ille spumat, ac stridet dẽtibus suis, et arescit. Et dixi discipulis tuis ut eijcerẽt, et nõ potuerũt. At ille respõdens ei, dicit: O natio incredula, quousq; apud uos ero, quousq; patiar uos? Adducite illum ad me. Et adduxerũt illũ ad eũ. At uiso illo, cõtinuo spiritus discerpebat eum. Et prolapsus in terra uoluebatur spumãs. Et interrogauit patrẽ illius: Quantũ tẽporis est, quòd hoc accidit ei? At ille dixit, à puero, & frequenter illũ & in ignẽ abiecit, & in aquas, quo perderet eum. Age si quid potes, subueni nobis misertus nostri. IESVS autẽ dixit ei: Illud si potes credere, oĩa possibilia credẽti. Et cõfestim exclamãs pater pueri cũ lachrymis dixit: Credo domine, succurre incredulitati meæ. Cũ uidisset aũt IESVS, q turba simul accurreret, increpauit spiritũ immundũ, dicẽs illi: Spiritus mute, & surde, ego tibi impero, exi ab eo, & ne posthac ingrediaris in illũ. Et cũ clamasset spiritus, multumq; discerpsisset eũ, exiuit, & factus est tanq mortuus, adeo ut multi dicerent, mortuus est. At IESVS correpta manu illius, erexit eũ, & ille surrexit. Et cum esset ingressus domũ, discipuli illius interrogabãt eũ seorsim
92 X Cur nos nõ quiuimus eijcere illũ? Et dixit illis: Hoc genus nulla re põt exire, nisi per deprecationẽ & ieiunĩ. ✶Et illinc

digressi

digressi iter fecerunt per Galilæã, nec uolebat ut quisq̃ sciret, docebat enĩ discipulos suos, & dicebat illis: ✶Filius hoĩs tra ditur in manus hoĩm, & occident eũ, et occisus tertio die re surget. ✶At illi ignorabãt qd̃ dixerat, & timebãt eũ interro gare. Et uenit Capernaũ, & cũ uenisset in domũ, interroga uit illos, qd in itinere inter uos disputabatis? At illi siluerunt. ✶Nam inter se disputauerant inter uiam quis esset maior. Et cum cõsedisset, accersiuit duodecim, & dicit illis: Si quis uult primus esse, is erit omnium postremus, & omnium minister. Atq; arreptum puerum statuit in medio illorum, & cum cœ pisset illũ in ulnas suas, dixit illis: ✶Quisquis unum ex tali bus pueris receperit nomine meo, me recipit, & quicũq; me recipit, non me recipit, sed eum qui misit me. ✶Respondit au tem ei Iohannes, dicens: Præceptor, uidimus quendã nomine tuo eijcere dæmonia, nec sequitur nos, & prohibuimus illũ, propterea q, non sequitur nos. At IESVS ait: Ne prohibea tis illum. Nullus enim est, qui si fecerit uirtutem per nomen meum, possit cito male loqui de me. Qui enim non est aduer sus nos, p nobis est. ✶Quisquis enim ad bibendũ dederit uo bis calicem aquæ nomine meo, qd̃ sitis Christi, amen dico uo bis, nequaq̃ perditurus est mercedem suã. ✶Et quisquis offen derit unum ex pusillis, qui confidunt in me, melius foret illi, si circũdaretur saxum molare circa ceruicẽ eius, & abijceretur in mare. ✶Et si tibi fuerit obstaculo manus tua, amputa illam. Bonũ est tibi mutilum ad uitam ingredi potius, quàm duas manus habentem abire in gehennã, in ignem inextinguibilem, ubi uermis illorum non moritur, & ignis nõ extinguitur. Et si pes tuus fuerit tibi obstaculo, amputa illũ. Bonũ est ut ingrediaris ad uitam claudus, potius q̃ duos pedes habens

93 II
94 X
95 II
96 I
97 VIII
98 VI
99 II
100 VI

mittaris in gehennã,in ignem inextinguibilem,ubi uermis il=
Esa.66. lorũ non moritur,& ignis non extinguitur.Et si oculus tuus
tibi obstaculo est,erue illum.Bonum est tibi ut luscus introëas
in regnum dei,potius quàm ut duos oculos habẽs,mittaris in
gehennam ignis,ubi uermis eorum non moritur,& ignis nõ
101 extinguitur. ✶Nam omnis homo igne salietur,& omnis ui=
X ctima sale salietur.Bona res est sal:✶ cæterum si sal insulsus
102 fuerit,per quod ipsum condietis? Habete in uobisipsis salem,
II & pacem habete inter uos inuicem.

CAPVT X.

103 E✶T cũ inde surrexisset,uenit in fines Iudææ per regio=
VI nem quæ est ultra Iordanem,& conueniunt rursum tur
bæ ad illum,& sicut cõsueuerat,rursum docebat eas. Et ad=
euntes pharisæi interrogabant illum: Licet ne uiro uxorem
repudiare?tentãtes illum.At ille respondens,dixit illis: Quid
Deutc. 24 uobis præcepit Moses?At illi dixerunt:Moses permisit libel=
lũ repudij scribere,ac dimittere.Et respondens IESVS,dixit
illis:Ad duriciã cordis uestri scripsit uobis præceptum istud:
cæterum ab initio creationis masculũ & fœminam fecit illos
Gene.1. deus.Propter hoc relinquet homo patrem suũ & matrẽ,&
adhærebit uxori suæ,et fient duo caro una.Itaq; nõ iam sunt
duo,sed una caro.Quod igitur deus copulauit,homo nõ se=
104 paret. ✶Et in domo rursum discipuli illius eadẽ de re inter=
X rogauerunt illum.Et dicit illis.✶Quicunq; repudiauerit uxo
105 rem suã,& duxerit aliã, adulteriũ cõmittit aduersus illã. Et
II si mulier repudiauerit uirũ suũ & nupserit alteri, adulteriũ
106 committit.✶Et attulerunt ad illum pueros, ut tangeret illos,
II Discipuli uero increpabãt eos qui adducebant.Cum uidisset
autem IESVS,indignatus est & dixit illis:Sinite pueros ueni=

re ad

re ad me, ne prohibete illos, talium enim est regnũ dei. Amen
dico uobis: Quicunq; non acceperit regnum dei tanq̃ puer,
haud quaquam ingredietur in illud. Et cũ cœpisset illos in ul=
nas, impositis manibus super illos, benedixit eis. ✶Et cũ exi= 107
ret in uiam, accurrit quidã ac genua flexit illi, & interroga= II
bat eum: Præceptor bone, quid faciam, ut uitam æternã pos
sideam? IESVS aũt dixit illi: Cur me dicis bonum? Nemo bo
nus nisi unus, nempe Deus. Præcepta nosti: Ne cõmittas ad=
ulterium: ne occidas: ne fureris: ne falsum testimoniũ dicas:
ne fraudes: honora patrem tuum & matrem. At ille respon=
dens, dixit illi: Præceptor, hæc omnia seruaui ab aduleſcẽtia
mea. ✶IESVS autem intuitus illum, dilexit eum, & dixit illi: 108
Vnũ tibi deest: Abi, quæcunq; habes uende, & da paupibus, II
& habebis thesaurũ in cœlo, & ueni sequere me, sublata (in 109
humeros) cruce. ✶At ille molestia affectus propter sermonẽ II
discedebat mœrens: habebat enim possessiões multas. Et cũ ✶
circũspexisset IESVS, dicit discipulis suis: Quàm difficulter
hi qui pecunias habent, in regnum Dei intrabunt. Discipuli
uero obstupuerũt super uerbis illius. At IESVS rursum respõ
dens, dicit illis: Filij, quàm difficile est eos, qui fiduciam habẽt
in pecunijs, regnum Dei ingredi. Facilius est camelum per fo
ramen acus ingredi, quàm diuitem in regnum Dei ingredi.
Illi uero supra modum admirati sunt, dicentes intra sese: Et
quis potest esse saluus? Intuitus autẽ IESVS illos, dicit: Apud
homines impossibile, sed non apud Deum: nam omnia possi=
bilia sunt apud Deum. Et cœpit Petrus dicere illi: Ecce reli
quimus omnia, & sequuti sumus te. Respondens autem IE=
SVS, dixit: Amen dico uobis: ✶Nullus est qui reliquit domũ, 110
aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem II

aut liberos, aut agros mea cauſſa & Euãgelij, quin recipiat centupla, nunc in tempore hoc, domus, & fratres, & ſoroꝛes, & matres, & liberos, & agros cum perſecutionibus, ac in ſeculo uenturo uitam æternam. ✶ Multi autẽ primi, erunt
111 II poſtremi: & poſtremi, primi. ✶ Erant autẽ in uia aſcendẽtes
112 II Hieroſolymã: & præcedebat illos IESVS, erãtq; pauefacti, & ſequentes timebant. Et aſſumptis IESVS rurſum duodecim, cœpit illis dicere, quæ ſibi euẽtura eſſent. Ecce aſcendimus Hieroſolymã, & filius hominis tradetur principibus ſacerdotũ & ſcribis & condemnabunt eum ad mortẽ, & tradent illum Gentibus, & illudent illi, & flagellabunt eum, & inſpuent in illum, & occident eum, & tertia die reſurget. ✶
113 VI Et accedũt ad eũ Iacobus & Iohannes filij Zebedei, dicẽtes: Præceptor, uolumus ut quicquid petierimus, facias nobis. Ille uero dixit eis: Quid me uultis facere uobis? Illi uero dixerũt ei: Da nobis, ut unus tibi à dextris, & alter tibi à ſiniſtris ſedeamus in gloria tua. IESVS autẽ dixit illis: Neſcitis quid petatis: poteſtis bibere poculũ, quod ego bibo? & baptiſmate quo ego baptizor, baptizari? At illi dixerũt ei: Poſſumus. IESVS aũt dixit illis: Poculũ quidẽ qd' ego bibo, bibetis: & baptiſmate quo ego baptizor, baptizabimini. Cæterum ſedere mihi à dextris ac ſiniſtris, nõ eſt meũ dare, ſed ijs (continget)
✶ quibus paratũ eſt. ✶ Et cũ audiſſent decẽ, cœperũt indignari
114 de Iacobo & Iohanne. IESVS autẽ cũ uocaſſet eos ad ſe, di
II cit illis: Scitis, quòd qui uidentur imperare gentibus, dominiũ exercẽt aduerſus illas. Et qui magnates ſunt inter eas, poteſtatem exercent in illas. Verũ nõ ſic erit inter uos, ſed quicũq; uoluerit ex uobis fieri magnus inter uos, erit miniſter ueſter. & quicũq; uoluerit ex uobis eſſe primus, erit omniũ ſeruus. Nam

uus.✶Nam & filius hoīs nō uenit ut ſibi miniſtraretur, ſed ut 115
ipſe miniſtraret,ac daret animā ſuā redemptionē pro multis IIII
Et ueniunt Hiericho,✶ Cūq; egrederetur ab urbe Hiericho 116
ac diſcipuli illius,& turba copioſa, filius Timæi Bartimæus II
cæcus ſedebat iuxta uiā mendicās.& cum audiſſet q; IESVS
Nazarenus eſſet,cœpit clamare,et dicere:Fili Dauid IESV,
miſerere mei. Et increpabāt illū multi,ut taceret. At ille mul
to magis clamabat: Fili Dauid, miſerere mei.Et ſtetit IESVS
ac iuſsit illū uocari,& uocant cæcū,dicentes illi, Bono ānio
eſto,ſurge,uocat te.Ille uero abiecto pallio ſuo,ſurrexit,&
uenit ad IESVM.Et reſpōdens,dicit illi IESVS: Quid uis fa
ciā tibi?Cæcus aūt dixit ei,Rabboni, ut uiſum recipiam. IE=
SVS aūt dixit illi:Abi,fides tua ſaluū te reddidit,ac ꝓtinus re=
cepit uiſum,et ſequebatur IESVM in uia. CA. XI.

E✶T cū appropinquāt Hieroſolymis ad Bethphagæ et 117
Bethaniā iuxta montē oliuarū, emittit duos è diſcipulis II
ſuis,et dicit illis:Abite in uicū qui contra uos eſt,et ſtatim in=
grediētes in illū inuenietis pullū alligatū, ſupra quem nullus
hominū ſedit:ſolute eum,et adducite:Et ſi quis uobis dixerit
Cur facitis hoc?Dicite,quòd dominus eo opus habet,& con
tinuo illū mittet huc.✶Abierunt autē,& inuenerūt pullū alli
gatū iuxta ianuam foris in biuio, & ſoluūt illū,& nonnulli 118
eorū qui illic ſtabant,dicebāt illis:Quid facitis ſoluentes pul II
lum? At illi dixerunt eis, quemadmodū præceperat IESVS,
& ſinebant illos.Et adduxerunt pullū ad IESVM, & iniece
rūt illi ueſtimēta ſua, ſeditq; ſuper illū.✶ Multi uero ueſtimē
ta ſua ſternebāt in uiā.Alij uero frondes incidebāt ex arbori 119
bus,et ſternebāt in uiā.Et qui præcedebāt, quiq; ſequebātur, I
clamabant,dicentes:Hoſanna, benedictus q uenit in nomine
domini.

domini. Benedictum quod uenit regnũ in nomine domini patris nostri Dauid, hos anna in altissimis. Et ingressus est Hierosolymã dominus & in templũ. Et cum circũspexisset omnia, tamq; tempus esset uespertinũ, egressus est Bethaniã cũ duodecim, & postero die cum exissent Bethania, esurijt. ✶
220 Cũq; uidisset arborẽ fici procul habentẽ folia, ueniebat, si
II uidelicet inuẽturus esset aliq̃d in illa. Et cũ uenisset ad illã, nihil inuenit nisi folia. Nõ enim erat tempus ficorũ. Et respondens IESVS, dixit ficui: Ne post hac ex te in æternũ quisquam fructum edat. Et audiebãt discipuli illius, ueniũtq; Hierosolymam. ✶ Et ingressus IESVS in templũ, cœpit eijcere eos, qui
221 uendebant & emebant in templo, & mensas argentareorũ,
I & sellas uendentiũ columbas subuertit, & non permisit ut quisquam deportaret uas per templum, & docebat, dicẽs illis: Nónne scriptum est: Domus mea domus precationis uocabitur omnibus gentibus? uos autem fecistis eam spelũcam
222 latronum. ✶ Et audierunt scribæ principesq; sacerdotum, &
I quærebãt quomodo illũ essent perdituri. Timebãt enim eum,
223 quod tota turba admirabatur doctrinã illius. ✶ Et cũ uespera iam esset, egressus est IESVS è ciuitate, & mane prætereuntes, uiderunt ficum exaruisse radicitus, & recordatus Petrus, dicit illi: Rabbi, ecce ficus illa quã execratus es, exaruit.
224 Et respõdens IESVS, dicit illis: Confidite Deo. ✶ Amen dico
VI uobis, quod quicunq; dixerit monti huic: Tollaris ac mittaris in mare, & non hæsitauerit in corde suo, sed crediderit fore
225 quæ dixerit, erit illi q̃quid dixerit. ✶ Propterea dico uobis,
IIII quæcunq; orantes petitis, credite quod accipitis, & erũt uo-
226 bis. ✶ Et cum steteritis orantes, remittite si quid habetis ad-
VI uersus aliquẽ, ut & pater uester, qui in cœlis est, remittat uobis de-

bis delicta uestra. ✠ Et ueniunt rursum Hierosolymam, et cũ 127
ambularet in tẽplo, ueniunt ad illum principes sacerdotum, II
et scribæ, et seniores, et dicunt illi: Qua authoritate hæc fa
cis, et quis dedit tibi authoritatẽ istam, ut ista facias? IESVS
autem respõdens, dixit illis: Quæram à uobis et ipse quiddã,
et respõdete mihi, et dicam uobis qua autoritate hæc faciã.
Baptismus Iohãnis utrum è cœlo erat, an ex hominibus? Re=
spondete mihi. Et cogitabant apud se, dicentes: Si dixerimus
è cœlo, dicet: Cur igitur non credidistis illi? At si dixissent ex
hominibus, timebãt populum. Omnes enim habebant Iohan
nem, quòd uere propheta fuisset. Et respondentes, dicũt IE=
SV: Nescimus. Et IESVS respondens, dicit illis: Nec ego di
cam uobis, qua autoritate hæc faciam.

CAPVT XII.

E ✠ T cœpit illis per parabolas loqui. Vineã plantauit ho 128
mo, et circumdederat sepem, et foderat lacum, et ædifi II
cauerat turrim, et elocauerat eã agricolis, et peregre profe
ctus est, et misit ad agricolas cum opportunum esset seruum,
ut ab agricolis acciperet de fructu uineæ. At illi arreptum il=
lum cæciderunt, ac remiserunt uacuum. Et rursum misit ad il
los alium seruum, et illi coniectis in eum saxis, comminuc=
runt illi caput, et remiserũt contumelijs affectum. Et rursum
aliũ misit, et illũ occiderunt, multosq; alios, hos quidem cæ=
dentes, illos uero occidẽtes. Itaq; cum unum adhuc haberet
filiũ suum dilectum, misit etiam illum ad illos postremum, di
cens: Reuerebuntur filium meum. illi uero agricolæ dicebãt
inter sese. Hic est heres, uenite occidamus eum, et nostra erit
hæreditas. Et arreptũ illum, occiderũt, et eiecerũt è uineã.
Quid igitur facturus est dominus uineæ? ueniet et pdet agri=
colas,

colas,& dabit uineam alijs. An ne hanc quidem scripturã le
Psal. 117. gistis? Lapidem quẽ reprobauerunt ij qui ædificabant,hic fa
ctus est caput anguli, à domino factum est hoc, & est admu-
129 rabile in oculis nostris. ✶ Et quærebãt eum comprehendere,
I & metuebant turbam,sciebant quòd aduersus ipsos parabo
130 lam dixisset. Et relicto illo, abierunt, ✶ ac mittunt ad illum
II quosdã è pharisæis et Herodianis,ut eum captarent sermo-
ne. Illi uero cum uenissent,dicunt ei: Præceptor,scimus quod
uerax es,& non curas quenquam: non enim respicis perso-
nam hominũ,sed cũ ueritate uiam dei doces. Licet cẽsum Cæ
sari dare,an non? demus,an non demus? Ille uero sciens illo-
rum simulationem,dixit illis: Quid me tentatis? Afferte mi-
hi denarium, ut uideam. Illi uero attulerunt. Et dicit eis: Cu-
ius est imago hæc & inscriptio? Illi uero dixerunt ei: Cæsa-
ris. Et respondens IESVS, dixit illis: Reddite quæ sunt Cæsa-
ris Cæsari,et quæ dei sunt Deo. Et admirati sunt de eo. Et ue-
niunt Sadducæi ad illum,qui dicunt non esse resurrexionem,
Deute. 25. interrogaueruntq; eum, dicentes: Præceptor, Moses scri-
psit nobis, si cuius frater moriatur, ac relinquat uxorem, &
liberos non relinquat, ut accipiat frater eius uxorem illius et
suscitet semen fratri suo. Septem fratres fuerunt,ac primus
accepit uxorem,isq; moriens non reliquit semen: & secũdus
accepit illam,ac mortuus est: & nec ipse reliquit semen, &
tertius similiter: & acceperunt eam septem,nec reliquerunt
semen. Postremo uero omniũ mortua est & uxor. In resurre
ctione igitur,cum resurrexerint,cuius illorũ erit uxor? Nam
septem habueruut eam uxorem. Et respondens IESVS, dixit
eis: An non propterea erratis,quòd nesciatis scripturas,neq;
uirtutem dei? Cũ enim à mortuis resurrexerint, neq; cõtra-

hunt

hunt matrimonium, neq; nuptum dantur, sed sunt uelut angeli qui in cœlis sunt. Cæterum de mortuis quòd resuscitantur, nõ legistis in libro Mosi, quomodo in rubo locutus sit illi Deus, dicens: Ego ille deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob: Non est deus mortuorũ, sed Deus uiuentium. Vos igitur multum erratis. ✶Et cum accessisset quidam è scribis, & audisset eos simul disputantes, uideretq; quod bene respõdisset eis, interrogauit illum: Quód est primum omniũ præceptorum? IESVS autem respondit illi: Primum omnium præceptũ est, Audi Israël, dominus Deus noster, dominus unus est. Et diliges dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex totis uiribus tuis. Hoc est primũ præceptum. Et secundũ simile, hoc est: Diliges proximũ tuũ, ut teipsum. Maius his aliud præceptũ non est. ✶Et dixit illi scriba: Bene præceptor cum ueritate dixisti, q; unus sit Deus, & nõ sit alius præter illũ, quodq; diligere eum ex toto corde, & ex tota intelligentia, & ex tota anima, & ex totis uiribus, ac diligere proximũ ut seipsum plus sit quàm uniuersa holocautomata et uictimæ. At IESVS cum uideret quòd cordate respondisset, dixit illi: Haud longe abes à regno Dei: ✶ Et nemo post illa audebat illũ interrogare. Et respondens IESVS dicebat, docẽs in tẽplo. ✶Quomodo dicũt scribæ, Christũ esse filũ Dauid? nã ipse Dauid dixit afflatus spiritu sancto: Dixit dominus domino meo, sede à dextris mihi: Donec posuero inimicos tuos, scabellũ pedum tuorũ. Ipse ergo Dauid uocat eũ dominũ, et unde filius eius est? Et pleraq; turba audiebãt illum libenter, et dicebat illis in doctrina sua. ✶ Cauete à scribis, qui amant stolati obambulare, et amãt salutationes in foris, primasq; sellas in congregationibus, et primos

Exodi. 3. 131 VI

Leui. 19 132 X

133 II

134 II

Psal. 109. 135 II

mos

mos accubitus in cœnis, qui deuorant domos uiduarũ, et sub prætextu lõgas faciunt preces, isti accipient grauiorẽ damna-
136 tionẽ. ✶ Et cũ sederet IESVS ex aduerso gazophilatij,
VIII spectabat quomodo turba mitteret æs in gazophilatium. Et multi diuites mittebãt multa. Et uenit quædã uidua pauper, misitq; minuta duo. quod est quadrans. Vocatisq; ad se discipulis suis, dicit illis: Amẽ dico uobis, quod uidua hæc pauper plus misit, q̃ omnes qui miserũt in gazophilatiũ. Nam omnes ex eo qd' ipsis supererat, miserunt. At hæc è penuria sua omnia quæcunq; habebat, misit totam substantiam suam.

CAPVT XIII.

137 E ✶ T cum exiret è tẽplo, dicit illi quidã è discipulis illius
II Præceptor, uide quales lapides, et quales substructiões. Et IESVS respõdens, ait illi: Vides has magnas substructiones? Non relinquetur lapis super lapidem, qui non diruatur.
138 ✶ Et cum sederet in monte oliuarum è regione templi, in-
II terrogabant illum secreto Petrus et Iacobus et Iohannes et Andreas: Dic nobis quando hæc erunt? & quod signum est, quando hæc omnia sint consummanda? At IESVS respondẽs illis, cœpit dicere. Videte, ne quis uos fallat. Multi enim uenient in nomine meo, dicẽtes: Ego sum Christus, multosq; decipient: Cum autem audieritis bella & rumores bellorum ne turbemini, oportet enim fieri, at nondum finis. Insurget enim Gens aduersus gentẽ, & regnũ aduersus regnũ. Et erũt terræmotus in singulis locis, & erũt fames ac turbatiões. Initia
139 dolorũ hæc. ✶ Sed cauete uos uobis. Tradent enim uos in cõ
I cilia et in synagogas, cædemini, & sub præsidibus ac regibus
140 ducemini propter me in testimoniũ illis. ✶ Et apud oẽs gen-
VI tes oportet prius prædicari Euangeliũ. ✶ Cum autem duxerint

rint uos tradentes,ne præcogitetis quid dicturi sitis, neq; me 141
ditemini:sed quicqddatũ fuerit uobis illa hora,hoc loquami II
ni Nonenim estis uos q loquimini,sed spũs sctũs. Traditu-
rus est autem frater fratrem in mortem,& pater filium,&
insurgẽt filij aduersus parẽtes,ac morte afficient eos.Et eri
tis odio habiti ab omnibus propter nomẽ meũ.Sed qui perse
uerauerit usq; ad finem hic saluus erit. ✶ Porrò cũ uideritis 142
abominationẽ desolationis,de qua dictum est à Daniele pro VI
pheta,stantẽ ubi non oportet,qui legerit intelligat. ✶Tunc Danie. 9.
qui fuerint in Iudæa,fugiant ad mõtes. Qui uero fuerit in te 143
cto,ne descendat in domũ,nec ingrediatur ut quicquã tollat II
è domo sua.Et qui fuerit in agro,ne reuertatur ad ea quæ re
liquit à tergo,ad tolliendũ palliũ suum.✶Væ autem prægnan 144
tibus,& lactantibus in illis diebus. ✶Sed orate,ne fiat fuga II
uestra hyeme.✶Erũt enĩ dies illi talis afflictio,qualis nõ fuit 145
à primordio rerum cõditarũ,quas cõdidit Deus, usq; ad hoc VI
tempus,nec futura est. ✶ Et nisi dominus abbreuiasset dies, 146
haud quaquã salua fuisset uniuersa caro.Sed propter electos II
quos elegit,abbreuiauit dies.✶ Ac tũ si quisuobis dixerit:Ec 147
ce hic Christus,ecce illuc,ne credatis. ✶Exorientur pseudo- VI
christi,& pseudoprophetæ,& ædent signa ac prodigia,ad 148
decipiẽdum si fieri posit,etiã electos.Vos autẽ cauete,ecce II
prædixi uobis omnia.✶Cæterũ ĩ illis diebus post afflictionẽ 149
illã sol obtenebrabitur, & luna non dabit splendorẽ suũ,& VI
stellæ cœli decident,& uirtutes quæ in cœlis sunt, concutien Iohe. 2.
tur.✶Et tunc uidebũt filiũ hominis uenientẽ in nubibus,cum 150
potestate multa & gloria,& tũc mittet angelos suos: & ag II
gregabit electos suos à quatuor uẽtis, à summo terræ usq; ad 151
summũ cœli.A ficu uero discite similitudinẽ,cum ramus eius II

iam tener fuerit, produxeritq; folia, scitis qđ propè sit æstas. Sic & uos cum hæc uideritis fieri, scitote quod propè sit in foribus. Amẽ dico uobis, qđ nõ præteribit generatio hæc, donec omnia hæc facta fuerint. Cœlũ & terra præteribunt, sed uerba mea non præteribũt. ✶ Cæterũ de die illo ac tempore
152 VI nemo nouit, nec angeli quidem qui in cœlo sunt, nec ipse filius,
153 VI sed solus pater: ✶ Cauete, uigilate, & orate, nescitis enĩ quãdo tempus sit. ✶ Sicut homo q peregre agit relicta domo sua,
154 II dedituq; seruis suis substantiã suã, ac suũ cuiq; opus, & ianitori mandauit, ut uigilaret. ✶ Vigilate igitur, nescitis enĩ quãdo
155 II dominus domus ueniturus sit, sero, an medio noctis, an in gallicinio, an diluculo: ne si uenerit repẽte, offendat uos dormiẽtes. Cæterum quæ dico uobis, omnibus dico, uigilate.

CAPVT. XIIII.

156 I E ✶ Rat autem pascha, & azymorum dies futuri post biduum. Et quærebant summi sacerdotes & scribæ, quo-
157 VI modo eum per dolum comprehensum occiderẽt. Dicebãt autem: Nõ in die festo, ne tumultus fiat populi. ✶ Et cũ esset Be-
158 I thaniæ in domo Simonis leprosi, accumbẽte eo, uenit mulier habens alabastrũ unguẽti nardi pistícæ preciosæ, & cõminuto alabastro, effudit illi in caput. ✶ Erãt autẽ quidã q indigna-
159 IIII rentur apud sese, ac dicerent: Ad quid perditio hæc unguenti? Nã poterat hoc uendi plusquàm trecẽtis denarijs, ac dari pauperibus. Et infremuerunt aduersus illã. At IESVS dixit: Sinite illã, cur illi molesti estis? bonũ opus operata est erga me. Semper enĩ pauperes habetis uobiscũ, & quãdocũq; uolueritis potestis illis benefacere, me uero non semper habetis, quod potuit, hæc fecit, præuenit ut ungeret meũ corpus ad sepulturã. Amẽ dico uobis: ubicũq; prædicatũ fuerit Euã-

gelium

gelium hoc in totum mundũ,etiã hoc quod fecit hæc,dicetur in memoriã iſtius. ✶ Et Iudas Iſcariotes,unus è duodecĩ,abiit ad ſummos ſacerdotes,ut proderet eum illis. Quo audito,illi gauiſi ſunt,& polliciti ſunt et pecuniam ſe daturos. Et quærebat quomodo oportune illum traderet. Ac primo die azymorum cum paſcha immolarent,dicunt illi diſcipuli ſui: Vbi uis,ut abeamus & paremus ut edas paſcha? Et emittit duos è diſcipulis ſuis,& dicit illis:ite in ciuitatem, & occurret uobis homo hydriam aquæ baiulans,ſequimini illum,& quocũ q; ingreſſus fuerit,dicite patriſamiliãs:Magiſter dicit,ubi eſt diuerſorium,ubi paſcha cum diſcipulis meis edam? Et ille uobis oſtendet triclinium magnum ſtratum,paratum,illic parate nobis. Et exierunt diſcipuli eius,& uenerunt in ciuitatem & repererunt quẽadmodũ dixerat illis,parauerunt q; paſcha Et cũ ueſpera iam eſſet,uenit cum duodecim. Et cum accumberent ederent q;. ✶ Dixit IESVS! Amen dico uobis, unus ex uobis proditurus eſt me,qui edit mecum. At illi cœperunt eſſe mœſti,ac dicere illi ſingulatim: Num ego? Et alius, num ego? ✶ Ille uero reſpondẽs,dixit illis:Vnus è duodecim,qui intingit mecum in catinum. Filius quidem hominis uadit, ſicut ſcriptũ eſt de illo,ſed uæ homini illi,per quem filius hominis proditur. ✶ Bonũ erat illi,ſi natus non fuiſſet homo ille,✶ Et edentibus illis,ſumpto IESVS pane,cũ gratias egiſſet,fregit,& dedit illis,ac dixit:Sumite,cõedite,hoc eſt corpus meum. ✶ Et accepto poculo,cũ gratias egiſſet,dedit illis,et biberunt ex eo omnes,& dixit illis: Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti,qui pro multis effunditur. ✶ Amen dico uobis, poſt hac nõ bibam de fructu uitis,uſq; ad diem illum, cum illud bibero nouum in regno Dei. Et cum hymnũ dixiſſent,exierunt

160 II

161 IIII

162 I

163 II

164 VI

165 I

166 II

167 VI

168 in montem oliuarum. Et dicit illis IESVS. ✶ Omnes offendi
IIII culum patiemini propter me ī nocte hac, quia scriptū est. ✶
169 Percutiā pastorē, & dispergētur oues. Sed postea quā resur-
VI rexero, præcedā uos in Galilæam. Petrus autem dixit illi: ✶
170 Etiam si omnes offendiculum paßi fuerīt. at non ego. Et dicit
I illi IESVS: Amē dico tibi, quod hodie ī nocte hac, priusquā
171 bis Gallus ccc inerit, ter abnegabis me. ✶ At ille uehementius
VI dicebat: Immò si me oportuerit commori tibi, non te abnega
172 bo. Similiter autem & omnes dicebant. ✶ Et ueniunt in locū
I cuius nomen Gethsemani, & dicit discipulis suis. ✶ Sedete
173 hic, donec digressus orauero. Et assumit Petrū, & Iacobum,
VI & Iohannem secum, cœpitq; expauescere & angi. Et dicit
174 illis: Dolore afficitur anima mea usq; ad mortem, manete hic
IIII & uigilate ✶ Et progressus paululū, prostratus est in terram
175 & orauit, ut si poßibile esset, transiret à se hora, & dicebat:
I Abba pater, omnia poßibilia sunt tibi: auser poculū à me hoc
176 ✶ Veruntamen non quid ego uelim, sed quid tu. ✶ Et uenit
I & offendit eos dormientes, dicitq; petro: Simon dormis? Nō
177 potuisti unam horam uigilare? Vigilate & orate, ne ueniatis
II in tentationem. ✶ spiritus quidem promptus, at caro infirma
178 ✶ Et rursum digressus orabat, & eundem dixit sermonem.
IIII Et reuersus offendit illos rursum dormiētes, erant enim ocu
179 li eorum grauati, neq; sciebant quid illi responderent. Et ue
VI nit tertio, dicitq; illis: Dormite post hac & requiescite,
180 sufficit. ✶ Venit hora, ecce traditur filius hominis in manus
IIII peccatorū. Surgite, eamus. Ecce qprodit me, appropinquat
181 ✶ Et cōtinuo adhuc eo loquente, accedit Iudas, qui erat unus
I è duodecim, & cum illo turba multa cum gladijs & fustibus
182 à summis sacerdotibus & scribis & senioribus. ✶ Dederat
II autē

autem is qui prodebat eum cõmune signum illis, dicens: Quẽ cunq; osculatus fuero is est, comprehendite illum, & abducite caute. Et cum uenisset, protinus accedit ad illum, dicitq; ei: Rabbi rabbi, ac deosculatus est eum. Illi uero iniecerũt ĩ illũ manus suas, & compræhenderũt eum: ✶ Vnus autẽ quispiam astantiũ educto gladio, percussit seruũ summi sacerdotis, & amputauit eius auriculam. Et respondẽs IESVS, dixit illis: Tanquam ad latronẽ existis cum gladijs ac fustibus ad cõprehendendum me, ✶ Quotidie eram apud uos in tẽplo docens & nõ cõprehendistis me, ✶ sed ista fiunt, ut impleantur scripturæ. Et relicto illo omnes fugerunt. ✶ Et unus quispiam adulescentulus sequebatur illum circũamictus sindone super nudum, & cõprehendunt illum adulescentuli. Ille uero relicta sindone nudus effugit ab illis. ✶ Et abduxerunt IESVM ad summum sacerdotẽ, & conueniunt cum illo omnes summi sacerdotes & seniores & scribæ. ✶ Et Petrus eminus sequebatur illũ, donec ueniset in atrium summi sacerdotis, et erat sedens unà cũ ministris, & calefiebat ad lumẽ. ✶ Summi uero sacerdotes & totũ cõciliũ quærebãt aduersus IESVM testimoniũ, ut morti traderẽt eum, nec inueniebãt. Nam multi falsum testimoniũ dixerant aduersus illũ, nec erant satis idonea testimonia. ✶ Et quidã assurgebãt, et falsũ testimoniũ ferebãt aduersus illũ, dicẽtes: Nos audiuimus eum dicentẽ. Ego diruam tẽplũ hoc, quod est manibus factũ, & tribus diebus aliud sine manibus factũ extruã. Et ne sic quidẽ satis idonea erant testimonia illorũ. Et surgẽs summus sacerdos in mediũ, interrogabat IESVM, dicẽs: Nõ respondes quicquã? Quid isti aduersum te dicũt testimõia? At ille tacebat, neq; quicquã respõdebat. Rursum summus sacerdos ĩterrogauit, & dicit illi: Tu

183 I
184 I
185 VI
186 X
187 I
188 IIII
189 I
190 VI

es ille Christus filius benedicti? IESVS autē dixit: ego sum,
191 ✶ & uidebitis filiū hominis sedentē à dextris uirtutis, & ue
I nientē in nubibus cœli. ✶ Summus autē sacerdos, dilaceratis
192 uestibus suis, dixit: Quid præterea opus habemus testibus?
VI Audistis blasphemiā. Quid uobis uidetur? Illi uero omnes con
193 demnauerunt esse reum mortis. ✶ Et cœperunt quidam con
II spuere in eum, & obuelare faciē illius, & colaphis eū cæde
194 re, & dicere illi: Diuina. Ac ministri alapas illi impingebant.
I ✶ Et cū esset Petrus in atrio inferius, uenit una ancillarū sa-
195 mi sacerdotis, cumq; uidisset Petrū calefacientem se, intuita
I illum dicit: Et tu cū Nazareno IESV fuisti? At ille negauit,
196 dicēs. Nō noui, neq; scio quid dicas. ✶ Et exiuit foras in uesti-
I bulum, & gallus cecinit, & ancilla cum uidisset eum, rursum
cœpit dicere his qui astabant: hic ex illis est. At ille rursum ne
gabat. ac paulo post iterū, qui astabant, dicebant Petro: Vere
ex illis es, nam & Galilæus es, & loquela tua cōuenit. At ille
cœpit execrari ac deierare. Nō noui hominem istum, de quo
dicitis. Et iterū gallus cecinit. ✶ Recordatusq; est Petrus uer
197 bi quod dixerat illi IESVS: priusquam gallus cecinerit bis,
II abnegabis me ter: cœpitq; flere.

CAPVT XV.

198 E ✶ T confestim diluculo cōcilio inito, summi sacerdotes
II cum senioribus & scribis, ac toto cōsessu ✶ uinctum IE
SVM abduxerūt, tradiderūtq; Pilato. ✶ Et interrogauit eū
199 Pilatus: Tu es rex ille Iudæorum? At ille respondens, dixit illi:
I Tu dicis. Et accusabant eum summi sacerdotes de multis. Pi-
200 latus autem rursus interrogauit illum, dicens: Non respondes
II quicquam? ecce quàm multa aduersus te testantur? IESVS
autē deinde nihil respondit, adeo ut admiraretur Pilatus. ✶

Cæte

Cæterũ in festo dimittebat illis unum uinctũ, quẽcunq; postu 201
lassent. ✶Erat autẽ qui dicebatur Barrabas, qui cũ seditionis IIII
autoribus fuerat uinctus, qui per seditionem cædem patraue 202
rant. Et cũ acclamasset turba cœpit flagitare, ✶ (ut faceret) II
quemadmodũ semper fecerat ipsis. Pilatus aũt respondit eis, 203
dicẽs: Vultis dimittã uobis regẽ illũ Iudæorũ? Sciebat enim, IIII
qđ propter inuidiã tradidissent illũ summi sacerdotes. ✶Sũ= ✶
mi uero sacerdotes cõcitauerũt turbã, ut potius Barrabã di= 304
mitteret ipsis. ✶Pilatus autem respondens rursum, ait illis: I
Quid igitur uultis faciam ei, quẽ dicitis regẽ Iudæorũ? At illi 205
rursum clamauerunt: Crucifige istũ. Pilatus aũt dicebat illis: I
Quid enim malifecit? At illi uehemẽtius clamauerũt: Crucifi= 206
ge eũ. ✶Pilatus uero uolens turbæ facere satis, dimisit illis I
Barrabã, & tradidit IESVM flagellatum, ut crucifigeretur. 207
✶Milites aũt abduxerũt eũ intrò in atriũ, qđ est prætorium, IIII
& cõuocant totam cohortem: & induunt illum purpura, & 208
circũponunt ei contextam spinis coronam, & cœperunt sa VI
lutare illum: Aue rex Iudæorum. ✶Et uerberabãt illius caput 209
arundine, & inspuebãt in illũ, & positis genibus, adorabãt I
illum. Et cum illusissent ei, exuerunt eum purpura, & indue= 210
runt illum uestibus proprijs, & educunt eum, ut crucifigerẽt I
eum. ✶Et coëgerunt prætereuntem quendam Simonem Cy 211
renensem, qui ueniebat ex agro, patrẽ Alexandri & Rufi, ut IIII
tolleret crucem eius. ✶Et ducunt eum in golgotha locum, qđ 212
est, si interpreteris, Caluariæ locus. ✶ Et dederunt illi bibere I
myrrhatum uinũ, sed ille nõ sumpsit. ✶Cunq; crucifixissent 213
eum, partiti sunt uestimenta eius, mittentes sortem super illa, X
quis quid tolleret. ✶Erat autem hora tertia, & crucifixerũt 214
eũ. ✶Et erat inscriptio causæ illius inscripta: Rex Iudæorũ. I

215 ✶Et cũ eo crucifigunt duos latrones, unum à dextris & alte
I rũ à sinistris eius. ✶Et impleta est scriptura quæ dicit: Et cũ
216 iniquis deputatus est.✶Et qui prætereibant, cõuiciabãtur illi,
VIII mouentes capita sua,ac dicẽtes:Væ qui demoliris templũ, et
217 in tribus diebus extruis:serua teipsum,& descẽde de cruce.
VI ✶Similiter & summi sacerdotes illudentes inter sese cũ scri
218 bis,dicebant:Alios seruauit,seipsum seruare non potest.Chri
II stus ille rex Israël descendat nunc de cruce, ut uideamus &
219 credamus.✶Et qui crucifixi fuerant cũ illo,probra iaciebãt
II in eũ.✶Cũ uero facta esset hora sexta, tenebræ ortæ sunt su
220 per totã terrã, usq; ad horã nonã. ✶Et hora nona clamauit
II IESVS uoce magna,dicens:Eloi,eloi lamasabachthani, qđ
221 est,si qs interpretetur:Deus meus,deus meus,cur me deseru-
VI isti: Et quidã astantiũ cum audissent, dicebãt: Ecce Heliã uo
222 cat.✶Accurrit autẽ quidã,& impleta spongia aceto,impo-
II sitaq; harundini,porrexit illi potum,dicẽs: Sinite uideamus,
223 an uenturus sit Helias,ad deponendum eum.✶ IESVS autem
I emissa uoce magna,expirauit. ✶Et uelum templi scissum est
224 in duas partes,à summo usq; ad imum. Cum uidisset aũt Cen
II turio,qui astabat ex aduerso illi, quòd sic emisso clamore ex
225 piraſſet,dixit: Vere homo hic filius erat dei. ✶ Erãt autẽ &
II mulieres è longinquo spectantes,inter quas erat MariaMa-
226 gdalene, & Maria Iacobi parui,& Ioſe mater,& Salome:
VI quæ etiã cũ esset in Galilæa, secutæ fuerãt illũ,& ministraue-
227 rant ei,aliæq; complures,quæ simul ascenderant cum eo Hie
I rosolymam. ✶ Et cum iam uenisset uespera, quoniam erat
parasceue,quæ præcedit sabbatũ,uenit Ioseph ortus ex ciui
tate Arimathæa,honestus senator, qui & ipse erat expectãs
regnũ Dei,& sumpta audacia,ingressus est ad Pilatũ, & pe
tijt(ab

tijt (ab eo) corpus IESV. Pilatus autem admiratus est, si iam * mortuus esset. Et accersito ad se Centurione, interrogauit il lũ, an iam dudũ mortuus fuisset. Et re cognita ex Centurione donauit corpus ipsi Ioseph. ✶ Et is mercatus sindonẽ, depo 228 sitũ eũ inuoluit sindoni, deposuitq; in monumẽto, qd erat ex I cisum è petra. Et aduoluit lapidem ad ostiũ monumẽti. ✶ At 229 Maria Magdalene & Maria Iose spectabãt ubi poneretur. VI

CAPVT XVI.

E ✶ T cum præteriisset sabbatum, Maria Magdalene, & 230 Maria Iacobi, & Salome emerũt aromata, ut uenirent VIII & ungerent eum. ✶ Et summo diluculo diei primi sabbato= 231 rum ueniunt ad monumentum, ex orto sole, dicebantq; inter I sese: Quis reuoluet nobis lapidẽ ab hostio monumẽti? Et cũ respexissent, uident lapidem esse reuolutũ: nam erat magnus ualde. Et ingressæ in monumentũ, uiderũt aduleſcentẽ sedentẽ à dextris, amictũ stola candida, & expauerũt. ✶ At ille di= 232 cit eis: ne expauescatis, IESVM quæritis Nazarænũ, qui fuit II crucifixus: surrexit, non est hic, ecce locus ubi posuerãt illũ. Sed abite, dicite discipulis eius & Petro, quòd ille præcedit uos in Galilæã: illic eũ uidebitis sicut dixit uobis ✶ Et abeũtes 233 cito fugerunt à monumento. Habebat enim illas tremor & II stupor, neq; cuiquam quicquam dicebant, timebant enim. Cũ surrexisset autem IESVS mane primo die sabbati, apparuit primum Mariæ Magdalenæ, de qua eiecerat septem demo= nia. Illa profecta renunciauit ijs, qui cum illo fuerant lugen= tibus ac flentibus. Et illi cum audissent quòd uiueret, ac uisus esset ab illa, non crediderũt. ✶ Post hæc autẽ duobus ex ipsis 234 ambulantibus apparuit in alia forma, eũtibus rus. Et illi abi= VIII erunt, ac renunciarũt reliquis, nec his illi crediderunt. ✶ Po= 235

ſted diſcumbentibus illis undecim, apparuit, & exprobrauit illis incredulitatē ſuā, & cordis duriciem, qđ ijs q ipſum uidiſſent reſurrexiſſe, nō credidiſſent. Et dicebat eis: Ite in mūdum uniuerſum, & prædicate Euangelium omni creaturæ, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit, qui uero nō crediderit, condemnabitur. Porrò ſigna eos qui crediderint, hæc ſubſequentur. Per nomen meum dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, ſerpentes tollent, & ſi quid lætale biberint, non nocebit eis. Super ægrotos manus imponent, & bene habebunt. Itaq; dominus quidem poſtquam locutus fuiſſet eis, receptus eſt in cœlum, & conſedit à dextris Dei. Illi uero egreſsi, prædicauerunt ubiq; domino cooperāte, & ſermonem confirmante per ſigna ſubſequentia.

FINIS.

VITA SANCTI LVCAE PER D. HIERO.

LVcas medicus Antiochenſis, ut eius ſcripta indicant, Græci ſermonis non ignarus fuit, ſectator Apoſtoli Pauli, & omnis peregrinationis eius comes, ſcripſit Euāgelium, de quo idem Paulus, Miſimus, inquit, cum illo fratrē, cuius laus eſt in Euāgelio per omnes eccleſias. Et ad Coloſſ. Salutat uos Lucas medicus chariſsimus. Et ad Timotheum, Lucas eſt mecum ſolus. Aliud quoq; edidit uolumen egregiū, quod titulo πράξεις ἀποστόλων prænotatur, cuius hiſtoria uſq; ad biennium Romæ commorantis Pauli peruenit. i. uſq; ad quartum Neronis annū. Ex quo intelligimus in eadem urbe librum

be librum esse compositum: Igitur περίοδος Pauli, & Theclæ, & totam baptizati Leonis fabulam, inter apocryphas scripturas cõputamus. Quale enim est, ut indiuiduus comes Apostoli, inter cæteras eius res, hoc solũ ignorauerit? Sed et Tertulianus uicinus eorum temporum, refert presbyterum quendam in Asia τῶ δ' ἀποστολῶ apostoli Pauli, conuictũ apud Iohannẽ qd' autor esset libri, & cõfessum se hoc Pauli amore fecisse, & ob id excidisse quidam suspicãtur, quotiescunq; in Epistolis suis Paulus dicit, iuxta Euangelium meum, de Lucæ significare uolumine. Et Lucam non solum ab apostolo Paulo didicisse Euangelium, qui cum domino in carne nõ fuerat, sed à cæteris apostolis, quod ipse quoq; in prĩcipio sui uoluminis declarat, dicens: Sicut tradiderũt nobis qui à principio ipsi uiderunt, & ministri fuerunt sermonis. Igitur euangelium, sicut audierat, scripsit. Acta uero Apostolorum, sicut uiderat, composuit. Vixit octoginta & quatuor annos, uxorem nõ habens. Sepultus est Constantinopoli, ad quã urbem uicesimo Constantij anno, ossa eius cum reliquijs Andreæ apostoli trãslata sunt de Achaia.

EVA

EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM.

QVONIAM COMPLVRES aggressi sunt contexere narrationem earum, quæ inter nos certissimæ fidei sunt, rerum sicuti tradiderũt nobis hi, q ab initio suis oculis uiderãt, ac pars aliqua fuerant eorum quæ narrabant: uisum est & mihi, ut cunctis ab initio exacta diligentia, perquisitis. deinceps tibi scriberem optime Theophile, quo agnoscas eorum de quibus edoctus fueras, certitudinem.

CAPVT I.

EX Rat in diebus Herodis regis Iudææ, sacerdos quidam nomine Zacharias, de uice Abia: & uxor illius de filiabus Aaron: & nomẽ eius Elizabet. Erant autem iusti ambo coram deo, uersantes in omnibus præceptis & iustificationibus domini irreprehensibiles: nec erat illis proles, eò quòd esset Elizabet sterilis, & ambo prouectæ iam essent ætatis. Factum est autem, cum sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine uicis suæ coram Deo, secundũ consuetudinem functionis sacerdotalis, sors illi obuenit, ut odores incẽderet, ingressus in templum domini, & omnis multitudo populi precabatur foris tempore thymiamatis. Apparuit aũt illi angelus domini, stans à dextris altaris, in quo thymiamata solent adoleri. Et Zacharias turbatus est eo uiso, ac timor irruit sup eũ. Ait aũt ad illũ angelus: Ne timeas Zacharia, quoniã exaudita est deprecatio tua. Vxorq; tua Elizabet pariet tibi filiũ, et uocabis

uocabis nomẽ eius Iohãnẽ, & erit gaudiũ tibi & exultatio, et multi ſup eius natiuitate gaudebũt. Erit enim magnus corã domino, & uinũ ſiceramq; nõ bibet. Et ſpũ ſancto replebitur iam inde ab utero matris ſuæ, multos q; filiorum Iſraël cõuertet ad dominũ Deũ ipſorũ. Et ipſe præcedet ante illũ cũ ſpiritu & uirtute Heliæ, ut cõuertat corda patrũ in filios, & in obediẽtes ad prudẽtiã iuſtorũ, ut paret domino plebẽ perfectã. Et dixit Zacharias ad angelũ: Quo argumẽto iſtud cognoſcã? Ego enĩ ſum ſenex & uxor mea prouectæ ætatis eſt. Ac reſpõdens angelus, dixit ei: Ego ſum Gabriel, qui aſtiti in conſpectu Dei, miſſuſq; ſum ut loquar ad te, & hæc tibi læta nũciem. Et ecce futurũ eſt, ut ſis tacitus, nec fari poſsis ad eũ uſq; diẽ quo hæc fiãt, eò q; non credidiſti uerbis meis, quæ implebũtur in tẽpore ſuo. Et erat populus expectãs Zachariã, & mirabãtur, q; moraretur in tẽplo. Egreſſus aũt nõ poterat loqui illis. Et cognouerũt, q; uiſionem uidiſſet in tẽplo. Et ipſe innuebat illis, pmanſitq; mutus. Et accidit, ut impleti ſunt dies officij eius, abijt in domũ ſuã. Poſt hos autem dies concepit Elizabet uxor eius, & occultabat ſe menſibus quinq;, dicẽs: Sic fecit mihi dominus in diebus, qbus me reſpexit, ut auferret probrũ meũ inter homines. In menſe autem ſexto miſſus eſt angelus Gabriel à Deo in ciuitatẽ Galilææ, cui nomẽ Nazareth, ad uirginem deſponſatã uiro, cui nomẽ erat Ioſeph, de domo Iacob, ac nomen uirginis Maria. Et ingreſſus angelus ad eam, dixit: Aue gratioſa, dominus tecum, benedicta tu inter mulieres. Illa uero cũ uidiſſet, turbata eſt ſuper oratiõe eius, & cogitabat qualis eſſet illa ſalutatio. Et ait angelus ei: Ne timeas Maria, nacta es enim gratiã apud Deũ. Ecce cõci pies in utero, & paries filiũ, ac uocabis nomẽ eius IESVM. Is erit

Matth. 1.

Eſaiæ. 7.

Is erit magnus, & filius altissimi uocabitur. Et dabit illi dominus Deus sedem Dauid patris ipsius, regnabitq; super domum Iacób in æternum, & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad angelum: Quomodo erit istud, quandoquidem uirum nõ cognosco? Et respondens angelus, dixit ei: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Quapropter & quod nascetur sanctum, uocabitur filius dei. Atq; ecce Elizabet cognata tua, & ipsa cõcepit filium in senectute sua, & hic mensis est sextus illi, quæ dicebatur sterilis, quia non erit impossibile apud Deum omne uerbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla domini, fiat mihi secundũ uerbum tuum. Ac discessit ab illa angelus. Exurgens autem Maria in diebus his, abijt in mõtana cum festinatione in ciuitatem Iuda, & intrauit in domum Zachariæ, ac salutauit Elizabet. Et factum est, ut audiuit salutationem Mariæ Elizabet, salijt infans in utero eius. Et repleta est spiritu sancto Elizabeth, exclamauitq; uoce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus uẽtris tui. Et unde hoc mihi, ut ueniat mater domini mei ad me? Ecce enim ut facta est uox salutationis tuæ ĩ auribus meis, exultauit præ gaudio ĩfãs in utero meo. Et beata quæ credidit, quoniam perficientur ea quæ dicta sunt ei à domino. Et ait Maria: Magnificat anima mea dominum. Et exultauit spũs meus in deo seruatore meo. Quia respexit ad humilitatem ancille suæ, ecce enim ex hoc beatã me dicent omnes generatiões. Quia fecit mihi magnifica qui potẽs est, & sanctũ nomẽ eius. Et misericordia eius in progeniem & progeniem, timentibus ipsum. Præstitit robur per brachiũ suũ, dispersit supbos cogitatiõe cordis ipsorum. Detraxit potentes de sedibus, & exuexit humiles. Esurientes

entes ĩpleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Suscepit Israël Gene. 22.
puerũ suũ, ut memor esset misericordiæ. Sicut locutus est ad
patres nostros, ipsi Abrahã & semini eius in æuum. Mansit
autẽ Maria cũ illa circiter mensibus tribus, & reuersa est in
domũ suã. Elizabetæ uero impletũ est tempus pariendi, &
peperit filiũ. Et audierunt uicini, & cognati eius, q̃ magnifi-
ce dominus misericordia sua usus esset erga illã, & gratula-
bãtur ei. Et factũ est in die octauo, uenerunt ad circũcidendũ
puerũ, & uocabãt eũ nomine patris sui Zachariã. Et respõ
dens mater eius, dixit: Nequaquam, sed uocabitur Iohannes.
Et dixerunt ad illam: Nemo est in cognatiõe tua, qui uocetur
isto nomine. Innuebãt autẽ patri eius, quid uellet uocari eũ.
Is q̃ postulatis tabellis, scripsit, dicens: Iohannes est nomen
eius. Et admirati sunt uniuersi. Apertum est aũt os eius ilico,
& lingua eius, & loquebatur laudãs Deũ. Et peruasit timor
per oẽs uicinos corũ, & per omnẽ montanã regionẽ Iudææ
diuulgabãtur omnia uerba hæc, & posuerunt oẽs qui audie-
rant in corde suo dicẽtes: Quis nam puer hic erit? Et manus
domini erat cũ illo, & Zacharias pater eius repletus est spũ
sancto, & pphetauit q̃, dicens: Laudandus dominus deus Israël,
quia uisitauit & fecit redemptionẽ populo suo. Et erexit cor
nu salutis nobis in domo Dauid pueri sui. Sicut locutus est p
os sanctorũ qui à sæculo fuerunt prophetarum suorum, Fore
ut seruaremur ab inimicis nostris, & de manu omnium qui
oderũt nos, Vt uteretur misericordia erga patres nostros, ac
memor esset testamenti sui sancti, ✠ Præstaret q̃, iusiurandum
quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, ac daret nobis:
Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, ser-
uiremus ipsi: Cũ sanctitate & iustitia corã ipso, cunctis die-

bus

bus uitæ nostræ. Et tu puer ꝓpheta altissimi uocaberis, præibis enim ante faciem domini, ad parandum uias eius: Ad dandam scientiã salutis populo ipsius, per remissionẽ peccatorũ eius, Per uiscera misericordiæ dei nostri, quibus uisitauit nos oriens ex alto: Vt illucesceret his q in tenebris et umbra mortis sedebant, ad dirigendos pedes nostros in uiam pacis. Puer autẽ crescebat & corroborabatur spiritu, & erat in desertis, donec ueniret dies, quo ostendendus erat apud Israëlitas.

CAPVT II.

FActum est autem in diebus illis. Exijt Decretum à Cæsare Augusto, ut censeretur totus orbis. Hæc descriptio prima facta est præsidẽ Syriæ Cyrenio. Et ibant omnes ut profiterentur in suam quisq; ciuitatem. Ascendit autem & Ioseph à Galilæa, de ciuitate Nazareth, in Iudæam, in ciuitatem Dauid, quæ uocatur Bethlehem, eò q̃ esset de domo & familia Dauid, ut profiteretur cum Maria desponsa sibi uxore, quæ erat prægnans. ✶ Accidit autem cum essent ibi, completi sunt dies pariendi. Et peperit filiũ suũ primogenitũ, ac fascijs eũ inuoluit, ✶ reclinauitq; eum in præsepi, q̃ nõ esset eis locus in diuersorio. Et pastores erãt in regione eadẽ uigilãtes, & excubantes excubias nocte sup gregem suum. Et ecce angelus domini astitit illis, & claritas domini circũfulsit illos, & timuerũt timore magno. Et dixit illis angelus: Ne timeatis. Ecce enim annũcio uobis gaudiũ magnũ, q̃ futurũ est toti populo, qa natus est uobis hodie seruator, q est Christus dominus, in ciuitate Dauíd, Et hoc uobis signũ: inuenietis infantem fascijs inuolutũ, positũ in præsepi. Et subito facta est cũ angelo multitudo militiæ cœlestis, laudantiũ Deũ, & dicentium: Gloria in altissimis Deo, ac in terra pax, hominibus bona uoluntas. E

tas. Et factum est, ut discesserũt ab eis angeli ĩ cœlum, & hò
mines pastores loquebantur inter sese. Transeamus iã Beth
lehem usq;, & uideamus hoc quod audimus accidisse, qđ do
minus aperuit nobis. Et uenerunt festinantes, & inuenerunt
Mariam & Ioseph, & infantem positum in præsepi. Cum ui
dissent autẽ, diuulgauerunt de uerbo, qđ dictum erat ipsis de
puero hoc. Et omnes qui audierũt, mirati sunt de his quæ di
cta erant à pastoribus ad ipsos. Porrò Maria cõseruabat om
nia uerba hæc, conferens in corde suo. Et reuersi sunt pasto=
res, glorificantes, ac laudantes Deum super omnibus, quæ au
dierant & uiderãt, ita ut dictũ fuerat ipsis. Et postquàm cõ
summati sunt dies octo ut circũcideretur puer, uocatũ est no
men eius IESVS, qđ uocatũ erat ab angelo priusquàm in
utero cõciperetur. Et posteaquam cõpleti fuissent dies purga= Leuit. 12.
tionis eorum secundum legem Mosi, adduxerũt eũ Hieroſoly
mã, ut sisterent eum domino: sicut scriptũ est in lege domini Exodi. 34.
Omne masculinũ adaperiens uuluã, sanctũ domino uocabi= Nume. 8.
tur, & ut darent hostiã secundũ quod dictũ est in lege domi=
ni, par turturũ, aut duos pullos colũbarũ. Et ecce homo erat
Hieroſolymis, cui nomẽ Simeon, & homo iste iustus ac pius,
expectãs cõsolationẽ Israël, & spiritus sanctus erat super eũ
Et responsum acceperat à spiritu sancto, nõ uisurũ se mortẽ
nisi prius uideret Christum domini. Et uenit per spiritũ in tẽ
plum. Et cum inducerent puerum IESVM parentes, ut fa=
cerent secundũ cõsuetudinẽ legis pro eo, ipse quoq; accepit
eum in ulnas suas, & laudauit Deum, ac dixit: Nunc dimittis
seruum tuum domine secundum uerbum tuum in pace: Quia
uiderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem
omnium populorum: Lumẽ ad reuelationẽ gentiũ, & gloriã

plebis tuæ Israël. Et erat pater & mater eius mirãtes supbis, quæ dicebantur de illo. Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariã matrem eius: Ecce positus est hic in ruinã, & in resurrectionẽ multorũ in Israël, & in signum cui cõtradicitur. Quin & tuã ipsius animã penetrabit gladius, ut retegantur ex multis cordibus cogitationes. Et erat Anna prophetissa filia Phanuël de tribu Aser. Hæc processerat in multã ætatem et uixerat cũ uiro annis septẽ à uirginitate sua. Et hæc uidua annorũ fermè octoginta quatuor, quæ nõ discedebat de tẽplo ieiunijs ac deprecationibus seruiens nocte ac die. Et hæc eadẽ hora superueniens, uicissim cõfitebatur domino, & loquebatur de illo omnibus qui expectabãt redẽptionẽ Hierosolymis: Et ut perfecerunt omnia secundum legem domini, reuersi sunt in Galilæã in ciuitatẽ suã Nazareth. Puer autẽ succrescebat corroborabatur q; spiritu, et iplebatur sapiẽtia, & gratia Dei erat super illũ. Et ibãt parentes eius quotannis Hierosolymã in die festo paschæ. Et cũ factus esset annorũ duodecim, ascendentibus illis Hierosolymã, secundũ consuetudinẽ diei festi, cõsummatis q; diebus cũ redirent illi, remansit puer IESVS Hierosolymis, & nõ cognouerũt parẽtes eius. Cæterum rati illum esse in comitatu uenerunt itinere diei, & requirebant eum inter cognatos & inter notos. Et cũ nõ inuenissent eũ, reuersi sunt Hierosolymã quærentes eũ. Et accidit post triduũ, inuenerũt illũ in tẽplo sedentẽ in medio doctorũ

4 audientem illos, & interrogantem eos. ✶ Stupebãt autẽ om
II nes, qui eum audiebãt, super intelligẽtia & responsis eius, &
5 uiso eo, admirati sunt. ✶ Et dixit mater eius ad illũ: Fili, cur
X feciſti nobis sic? Ecce pater tuus, & ego dolentes quærebamuste. Et ait ad illos: Quid est quod querebatis me? an nescie

batis

batis,quod in his quæ patris mei sunt,oportet me esse? Et illi non intellexerunt sermonẽ quẽ locutus est ipsis. Et descendit cũ eis,uenitq; Nazareth,eratq; subditus illis. Mater aũt eius conseruabat omnia uerba hæc in corde suo. Et IESVS proficiebat sapiẽtia & ætate & gratia apud Deũ atq; hominẽ.

CAPVT. III.

ANno autẽ decimoquinto imperij Tiberij Cæsaris, Pontio Pilato præside Iudææ,tetrarcha uero Galilææ Herode,Philippo autem fratre eius tetrarcha Iturææ & Trachonitidis regionis,& Lysania Abilenes tetrarcha,sub pontificibus Anna & Caipha:factum est uerbum domini super Iohannem Zachariæ filium in deserto. ✶ Et uenit in omnem regionem finitimã Iordani,prædicãs baptismum pœnitẽtiæ in remissionem peccatorum,sicut scriptum est in libro sermonũ Esaiæ prophetæ,dicentis. ✶ Vox clamantis in deserto,parate uiam domini,rectas facite semitas eius. Omnis uallis implebitur,& omnis mons,& collis reddetur humilis. Et fient quæ obliqua sunt directa:& asperæ(uertẽtur) in uias planas,& uidebit omnis caro salutare Dei. ✶ Dicebat ergo ad turbas, quæ exibãt ut baptizarẽtur ab ipso: Progenies uiperarũ qs submonstrauit uobis ut fugeretis à uẽtura ira? facite ergo fructus dignos pœnitẽtiæ,& ne cœperitis dicere intra uosipsos patrẽ habemus Abraham: Dico enim uobis, potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios ipsi Abrahæ. Iã uero et securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor nõ faciens fructum bonũ,exciditur,& in ignẽ conijcitur. ✶ Et interrogabant euu turbæ,dicentes: Quid ergo faciemus? Respondens autem dicit illis: Qui habet duas tunicas, impertiat non habenti:& qui habet escas, similiter faciat. Venerunt

6 IIII
7 I Esa.40.
✶ 8 V
9 X

runt autem & publicani ut baptizarentur, & dixerunt ad illum: Magister, quid faciemus? At ille dixit ad eos: Ne quid amplius, quàm quod constitutũ est uobis, exigatis. Interrogabant autem eum & milites, dicentes: Et nos quid faciemus? Et ait illis: Ne quem concutiatis, ne quẽ calumniemini, & cõtenti estote stipendijs uestris. Expectante autẽ populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Iohanne, num ipse esset ille Christus: Respondit Iohannes, dicẽs uniuersis: ✶ Ego
10 quidem aqua baptizo uos, sed ueniet fortior me, cuius non
I sum dignus soluere corrigiã calciamẽtorũ. Ipse uos baptiza-
11 bit spiritu sancto & igni: ✶ cuius uentilabrũ in manu ipsius,
V & purgabit aream suam: & congregabit triticum in horreũ
suum, paleas autem cõburet igni ĩextinguibili. Multa quidem
12 & alia exhortans, euangelizabat populo. ✶ Herodes autem
II tetrarcha, cum corriperetur ab illo de Herodiade uxore fratris sui, deq; omnibus malis quæ faciebat Herodes, adiecit et hoc super omnia, & inclusit Iohannem in carcerem. ✶ Fa-
13 ctum est autem cum baptizaretur omnis populus, ut & IESV
I baptizato & orante, apertũ sit cœlum, ac descendit spiritus sanctus corporali specie, quasi columba ĩ ipsum, & uox de cœlo facta est, quæ diceret: Tu es filius ille meus dilectus,
14 in te complacitũ est mihi. ✶ Et ipse IESVS incipiebat esse
III fermè annorũ triginta, ut putabatur, filius Ioseph, qui fuit filius Heli, q fuit Mathat, q fuit Leui, q fuit Melchi, qui fuit Ianne, qui fuit Ioseph, qui fuit Mattathiæ, qui fuit Amos, qui fuit Naum, qui fuit Hesli, qui fuit Nagge, qui fuit Maath, qui fuit Matathiæ, qui fuit Semei, qui fuit Iosech, qui fuit Iuda, q fuit Ioanna, qui fuit Rhesa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiël, qui fuit Neri, qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosam, q

fuit

fuit Helmadam, qui fuit Her, qui fuit Ieso, qui fuit Heliẽzer, q fuit Ioram, qui fuit Mattha, qui fuit Leui, qui fuit Simeon, qui fuit Iuda, qui fuit Ioseph, qui fuit Ionam, qui fuit Heliachim, qui fuit Meleam, qui fuit Menam, qui fuit Mathatha, qui fuit Nathan, q fuit Dauid, qui fut Ieſſe, q fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Naaſſon, qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Esrom, qui fuit Phares, qui fuit Iudæ, qui fuit Iacob, qui fut Isaac, qui fuit Abrahæ, qui fuit Tharræ, qui fuit Nachor, qui fuit Saruch, qui fuit Ragau, qui fuit Phalec, qui fuit Heber, qui fuit Sale, qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxat, qui fuit Sem, qui fut Noë, qui fuit Lamech, qui fuit Mathuſala qui fuit Enoch: qui fuit Iareth, qui fuit Malalehel, qui fuit Cainan, qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.

CAPVT. IIII.

I✶ESVS autem plenus ſpiritu ſancto, regreſſus eſt à Iordane, & actus eſt per ſpiritum in deſertum, ac diebus quadraginta tentabatur à diabolo, ✶Nihilq; comedit in diebus illis, & conſummatis illis, deinde eſurijt. Dixit autem illi diabolus: Si filius es Dei, dic lapidi huic ut panis fiat. Et reſpondit ad illum IESVS, dicens, Scriptum eſt: Non pane ſolo uiuet homo, ſed omni uerbo dei. Et ſubduxit illum diabolus in montem excelſum, & oſtendit illi omnia regna orbis terræ, in puncto temporis, & ait illi diabolus: Tibi dabo poteſtatem hãc uniuerſam & gloriam illorum, quia mihi tradita ſũt & cuicunq; uolo, do illam, tu ergo ſi adoraueris prouolutus coram me, erunt tua omnia. Et reſpondens IESVS, dixit illi: Abi poſt me Satana. Scriptũ eſt enim: Adorabis dominum deum tuum, & illum ſolum coles. Et duxit illum Hieroſolymam, ſtatuitq; eum ſuper pinnam templi, & dixit illi: Si filius

15 II 16 V

Deuter. 8.

Deuter. 6. προσκυνησεις

Pſal. 90.

Dei es. mitte teipſum hinc deorſum. Scriptũ eſt enim, qđ' an-
gelis ſuis mandabit de te, ut ſeruent te, & in manibus tollent
te, ne offendas ad lapidem pedem tuũ. Et reſpõdens IESVS,
ait illi, Dictum eſt: Non tentabis dominũ Deum tuum. Et con
ſummata omni tentatiõe, diabolus receſsit ab illo uſq; ad tem
pus. Et reuerſus eſt IESVS uirtute ſpiritus in Galilæam: ✠ et
fama exijt per uniuerſam regionẽ de illo. Et ipſe docebat in
ſynagogis eorũ, & glorificabatur ab omnibus. Et uenit Na-
zareth ubi erat nutritus, & intrauit ſecundũ conſuetudinẽ
ſuam die ſabbatorũ ĩ ſynagogam, et ſurrexit ut legeret. Et tra
Eſa. 61. ditus eſt illi liber Eſaiæ prophetæ, & ut explicuit librum, in-
uenit locũ ubi ſcriptum erat: Spiritus domini ſuper me, pro-
pterea quòd unxit me, ad euangelizandum pauperibus miſit
me, ut ſanem contritos corde, ut prædicem captuis remiſsio
nem, & cæcis uiſum, ut emittam cõfractos per remiſsionem,
ut prædicem annũ domini acceptũ. Et cõplicato libro reddi-
dit miniſtro, ac reſedit. Et omniũ in ſynagoga oculi erant de
fixi in eum. Cœpit aũt dicere ad illos: Hodie impleta eſt hæc
ſcriptura in auribus ueſtris. Et omnes teſtimoniũ illi dabãt, et
mirabantur ſuper gratia ſermonum, qui procedebant ex ore
19 ipſius, dicebantq;: ✠ Nónne hic eſt filius Ioſeph? Et ait illis, ✠
I Omnino dicetis mihi hãc ſimilitudinẽ: Medice, cura teipſum.
20 Quæcunq; audiuimus facta in Capernaum, fac & hic in pa-
X tria tua. Ait aũt: Amen dico uobis, ✠ Nemo ꝓpheta acceptus
21 eſt in patria ſua. ✠ Sed in ueritate dico uobis, multæ uiduæ
I erãt in diebus Heliæ in Iſraël, quãdo clauſum eſt cœlũ annis
22 tribus & menſibus ſex, cũ facta eſſet fames magna per omnẽ
X terrã, & ad nullam illarũ miſſus eſt Helias, niſi in Sarephtha
3. Reg. 17. Sidonis ad mulierẽ uiduã. Et multi leproſi erant in Iſraël ſub

Heliſæo

Helisæo propheta, & nemo eorũ mũdatus est, nisi Naaman Syrus. Et repleti sunt omnes in synagoga ira, hæc audientes. Et insurrexerunt eiecerunt́q; illũ è ciuitate, & duxerũt illum usq; ad superciliũ montis, super quem ciuitas illorũ erat ædificata, ut precipitarent eũ. Ipse autẽ transiens, per mediũ illorũ ibat. ✶ Et descendit Capernaũ ciuitatẽ Galilææ, ibiq; docebat illos sabbatis. ✶ Et stupebant super doctrina eius, quia cũ potestate coniunctus erat sermo ipsius. ✶ Et in synagoga erat homo habens spiritũ dæmonis immundi, & exclamauit uoce magna, dicẽs: Eia, qd tibi nobiscũ est IESV Nazarene? Venisti ad perdendũ nos? Scio te qui sis, sanctus ille dei. Et increpauit illũ IESVS, dicẽs: Obmutesce, & exi ab eo. Et cum proiecisset illum dæmoniũ in medium, exijt ab illo, nihilq; illi nocuit. Et factus est pauor super omnes, & colloquebãtur inter sese, dicentes: Quis sermo hic est? quia cum autoritate ac potestate imperat immundis spiritibus, & exeũt? Et diuulgabatur fama de illo in omnẽ loeũ undiq; finitimæ regionis. ✶ Cum surrexisset autem IESVS de synagoga, introiuit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur febri magna & rogauerunt illum pro ea, & astans supra illam, increpauit febrem, & febris dimisit illam: statimq; surgens, ministrabat illis. Cum autem sol occideret, omnes qui habebãt infirmos morbis uarijs, ducebant illos ad eũ, at ille singulis manus imponẽs, sanabat eos. ✶ Exibãt autem & dæmonia à multis clamãtia, ac dicẽtia: Tu es Christus ille filius dei. Et increpãs non sinebat ea loqui, qd̃ sciebant ipsum esse Christum. ✶ Facto autem die, egressus ibat in desertum locum, & turbæ quærebãt eũ, & uenerunt usq; ad ipsum, & detinebãt illũ, ne discederet ab eis. quibus ille ait: Et alijs ciuitatibus oportet me

4. Reg. 5.

23 VIII
24 II
25 VIII
26 II
27 VIII
28 VIII

euangelizare regnum Dei: nam in hoc missus sum. Et prædicabat in synagogis Galilææ.

CAPVT V.

29 X ✶ Factum est autē cū turba immineret ei, ut audiret uerbum Dei, & ipse stabat iuxta stagnū Genezareth, & uidit duas naues stantes ad stagnum, piscatores autem descenderant ex illis, & abluebant retia. Ingressus autem in unam nauim, quæ erat Simonis, rogauit eū, ut à terra abduceret pusillum, & sedēs docebat de naui turbas. ✶ Vt cessauit autem
30 IX loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxate retia uestra in capturā. Et respōdens Simon, dixit illi: Præceptor, per totā noctem laborātes nihil cepimus, tamē tuo iussu laxabo rete. Et cū hoc fecissent, cōcluserunt piscium multitudinem copiosam. Rūpebatur autem rete eorū. Et annuerāt socijs, qui erāt in altera naui, ut uenirent & adiuuarēt ipsos, & uenerunt, atq; impleuerunt ambas naues, ita ut mergerentur. ✶
31 X Quod cum uideret Simon Petrus, accidit ad genua IESV, dicēs: Discede à me domine, quia homo peccator sum. Stupor enim circūdederat eum, & omnes qui cū illo fuerant, super captu piscium quem ceperant: similiter autē Iacobum & Iohannem filios Zebedæi, qui erāt socij Simoni. Et ait ad Simo
32 II nem IESVS: ✶ Ne metuas, post hac homines capies. Et subductis in terrā nauibus, relictis omnibus sequuti sunt eū. ✶ Et
33 II accidit cum esset in quadam ciuitate, & ecce uir plenus lepra. Cūq; uidisset IESVM, prostratus in faciem, rogauit eū, dicēs: Domine, si uis, potes me mūdare. Et protēsa manu tetigit eum, dicens: Volo, mūdus esto. Et cōfestim lepra discessit
✶ ab illo. Et ipse præcepit illi, ne cuiquā diceret: sed uade, (inquit) ostende teipsum sacerdoti, & offer pro emūdatiōe tui, quemad-

quemadmodũ præcepit Moses in testimoniũ illis, ✶ Peruaga Leuit. 13.
batur autem magis rumor de illo, & cõueniebant turbæ mul 34
tæ, ut audirent & sanarentur ab ipso ab infirmitatibus suis. I
✶ Ipse autem agebat in secessu in desertis, & orabat. Et fa= 35
ctum est quodam die, & ipse docebat, erãtq; pharisæi seden II
tes ac legis doctores, q uenerãt ex omni castello Galilææ & 36
Iudææ & Hierusalẽ, ✶ & uirtus domini aderat ad sanandũ III
eos. ✶ Et ecce uiri portãtes in lecto hominẽ, qui erat paraly 37
ticus, & quærebant eum inferre, & ponere ante illũ. Et non I
inuenientes qua parte illũ inferrent præ turba, ascenderunt
super tectum, ac per tegulas demiserunt eũ cũ lectulo in me=
diũ ante IESVM. Quorũ fidem ut uidit, dixit illi: Homo, re= Scripturæ & alia in
mittantur tibi peccata tua. Et cœperunt cogitare scribæ & mendose et alia in
pharisæi, dicẽtes: Quis est is, qui loquitur blasphemias? Quis remedia pessy emis
potest remittere peccata, nisi solus Deus? Vt cognouit autẽ mittit. ver. 3. Mose.
IESVS cogitatiões eorum, respõdens, dixit ad illos: Quid co 20. 5. exp. 38.
gitatis in cordibus uestris? Vtrũ est facilius dicere, remittan= Ia. 5. 1. Cor. 11.
tur tibi peccata, an dicere, surge & ambula? Vt aũt sciatis q
filius hois habet potestatẽ in terra remittẽdi peccata, ait pa
ralytico: Tibi dico, surge, tolle lectulũ tuũ, & uade in domũ
tuã. Isq; cõfestim surgens corã illis, tollebat in quo iacuerat,
abijtq; in domũ suam, glorificans deum. Et stupor corripuit
omnes, & glorificabant Deũ, & repleti sunt timore, dicẽtes:
Vidimus incredibilia hodie. ✶ Et post hæc exijt, ac uidit publi 38
canũ, nomine Leui, sedẽtẽ ad teloniũ, & ait illi: Sequere me, II
atq; is relictis oĩbus, surgens, secutus est eũ. ✶ Et fecit ei con 39
uiuium magnũ Leui in domo sua, & erat turba multa publi II
canorum, & aliorum qui cum illis accumbebant. Et murmu
rabant scribæ & pharisæi aduersus discipulos eius, dicentes:

Quare cum publicanis & peccatoribus editis & bibitis? Et
40 respõdens IESVS, dixit ad illos: ✶ Nõ egent qui sani sunt, me-
II dico, sed qui male habent. Non ueni uocare iustos, sed pecca
tores ad pœnitentiã. At illi dixerũt ad eũ: Quare discipuli Io
hannis ieiunant frequenter, & obsecrationes faciũt, simili-
ter & pharisæorũ, tui uero edunt & bibũt? Quibus ipse ait:
Num potestis facere ut filij thalami, dum cum illis est spõsus,
ieiunent? Venient autẽ dies, & cũ ablatus fuerit ab illis spon
sus, tunc ieiunabunt in illis diebus. Dicebat aũt & similitudi-
nẽ ad illos: Nemo immissurã noui uestimenti immittit in uesti
mentũ uetus, alioquin & nouũ rumpit, & ueteri non conue
nit immissura ex nouo. Et nemo mittit uinum nouum in utres
ueteres, alioqui rumpet uinum nouum utres, & ipsum effun
detur, & utres peribunt: Sed uinũ mustũ in utres nouos mittẽ
dum est, & utraq; conseruantur. Et nemo qui biberit uetus,
statim uult nouum, dicit enim uetus melius est.

CAPVT VI.

41 A ✶ Ccidit aũt, ut in sabbato secũdo primo transiret per
II sata, ac uellebant discipuli eius spicas, edebantq;, cõfri
1. Reg. 2. cantes manibus. Quidam aũt pharisæorũ dicebãt illis. Quid
facitis quod nõ licet facere in sabbatis? Et respõdens IESVS
ad eos, dixit: Ne hoc quidem legistis quod fecit Dauid, cũ esu-
risset ipse & qui cum illo erant, quomodo intrauit in domũ
Dei, & panes propositiõis sumpsit, editq;, ac dedit etiã his q
secũ erãt, quos nõ licet edere, nisi tantũ sacerdotibus? Et dice
42 bat illis: ✶ Dominus est filius hoïs, etiã sabbati. Factũ est autẽ
II & i alio sabbato, ut intraret in synagogã, ac doceret. Et erat
ibi homo, & manus eius dextra erat arida. Obseruabãt autẽ
eũ scribæ ac pharisæi, an in sabbato sanaturus esset, ut inue-
nirent

nirent unde accusarent eũ. Ipse uero sciebat cogitatiões eorum, & ait homini qui habebat manũ aridam: Surge & sta in medio. Ille uero surgens stetit. Ait igitur ad illos IESVS: Interrogabo uos utrũ licet sabbatis benefacere, an malefacere, animã seruare, an perdere? Et circũspectis omnibus illis, dixit homini: Extende manũ tuã. Ille aũt fecit, & restituta est manus eius sana sicut altera. Ipsi autem repleti sunt amẽtia, & colloquebantur inter sese, quid nam facerent IESV. ✶ Factum est aũt in illis diebus, exijt in mõtem ad orãdum, eratq; pernoctans in deprecatiõe Dei. Et cũ dies factus esset, ✶ uocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & apostolos nominauit: Simonẽ, quem & nominauit Petrũ, & Andreã fratrem eius: Iacobũ & Iohãnem: Philippũ & Bartholomeum: Matthæum & Thomã: Iacobum Alphæi filium: & Simonem qui uocatur Zelotes: & Iudam Iacobi, & Iudã Iscariotem, qui idem fuit proditor. Et descendens cũ illis, stetit in loco campestri, turbaq; discipulorum eius. ✶ & multitudo copiosa plebis ex omni Iudæa & Hierusalem, et à maritima Tyro et Sidone, qui uenerant ut audirent eum, et sanarentur à morbis suis, et qui uexabãtur à spiritibus immundis, et sanabantur. Et omnis turba quærebat eum tangere, quia uirtus ab illo exibat, et sanabat omnes. ✶ Et ipse attollens oculos suos in discipulos, dicebat: ✶ Beati pauperes, quia uestrũ est regnũ dei. ✶ Beati qui esuritis nunc, quia saturabimini. Beati qui fletis nũc, quia ridebitis. ✶ Beati eritis, cũ uos oderint homines, et separauerint uos, et exprobrauerint, et eiecerint nomen uestrum, tanquam malum propter filiũ hominis. Gaudete in illo die et exultate, ecce enim merces uestra multa est in cœlis. Secũdum hæc enim faciebãt prophetis patres

43 II
44 II
45 I
46 V
47 V
48 V
49 V

50 tres eorũ. ✶ Veruntamen uæ uobis diuitibus, qui habetis con
X solationem uestram. Væ uobis qui saturati estis, qa esurietis.
51 Væ uobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. ✶ Væ uo
X bis cum laudauerint uos omnes homines. Secundũ hæc enim
52 faciebant pseudoprophetis patres eorũ. Sed uobis dico q au
V ditis. ✶ Diligite inimicos uestros, benefacite his qui uos ode=
53 rũt. Benedicite maledicẽtibus uobis, & orate pro calũnian=
V tibus uos. ✶ Percutienti te in maxillã, præbe & alterã, & ab
eo qui aufert tibi palliũ, etiam tunicã noli prohibere. Omni
54 autẽ exigenti abs te, tribue, & ab eo qui aufert quæ tua sunt,
V ne reposcas. ✶ & prout uultis ut faciãt uobis homines, uos
55 quoq; facite illis similiter. ✶ Et si diligitis eos qui uos diligũt,
V quæ uobis est gratia? Nã & peccatores eos à quibus diligun
tur, diligunt. Et si benefeceritis his qui uobis benefaciũt, quæ
uobis est gratia? Siquidem & peccatores hoc faciũt. Et si mu
tuum dederitis his, à quibus speratis uos recepturos, quæ gra
tia est uobis? Nam & peccatores peccatoribus dant mutuũ,
ut recipiant paria. Quinimò diligite inimicos uestros, & be
nefacite, & mutuum date, nihil inde sperantes, & erit mer=
ces uestra multa, & eritis filij altissimi, quia ipse benignus est
erga ingratos ac malos. Estote ergo misericordes, sicut &
pater uester misericors est. Nolite iudicare, & non iudicabi
mini. Nolite condemnare, & non cõdemnabimini. Remitti=
te, & remittetur uobis. Date, & dabitur uobis. Mensurã bo
nam & confertam, & concussam, atq; exundantem dabunt
56 in sinũ uestrũ. ✶ Eadem quippe mensura qua metimini, me=
II tientur alij uobis. Dicebat autem illis similitudinẽ. ✶ Nũquid
57 potest cæcus cæcũ ducere? nónne ambo in foueam cadũt? ✶
V Nõ est discipulus supra magistrũ suum, perfectus aũt omnis
erit,

erit ſicut magiſter ipſius. ✶ Quid aũt uides feſtucã in oculo 58
fratris tui, trabem autem quæ in oculo proprio eſt, non ani- III
maduertis? Aut quomodo potes dicere fratri tuo, frater, ſine 59
eijciam feſtucam quæ in oculo tuo eſt, ipſe in oculo tuo trabẽ V
nõ uides? Hypocrita, eijce primum trabem ex oculo tuo, &
tũc perſpicies, ut eijcias feſtucã, quæ eſt in oculo fratris tui.
✶ Non eſt enĩ arbor bona, quæ facit fructũ malũ, neq; arbor 60
mala, faciens fructũ bonũ, Vnaquæq; enĩ arbor ex fructu ſuo V
cognoſcitur. ✶ Neq; enim è ſpinis colligũt ficus, neq; è rubo 61
uindemiãt uuam. ✶ Bonus homo ex bono theſauro cordis ſui V
profert bonum, & malus homo ex malo theſauro cordis ſui 62
pfert malũ. Ex abũdantia enĩ cordis loquitur os eius. ✶ Quid V
autẽ uocatis me domine, domine, & non facitis quæ dico? ✶ 63
Quiſquis uenit ad me, & audit ſermones meos, & facit eos, III
oſtendã uobis, cui ſimilis ſit. Similis eſt homini ædificãti domũ 64
qui fodit in altũ, & poſuit fundamentũ ſuper petrã. Inunda- V
tione aũt facta, illiſum eſt flumẽ domui illi, & nõ potuit eam
mouere. Fundata enim erat ſuper petrã. Qui autem audiuit
& non fecit, ſimilis eſt homini, qui ædificauit domũ ſuam ſu-
per terram, abſq; fundamento, in quam illiſus eſt fluuius, &
cõtinuo cecidit, & facta eſt ruina domus illius magna.

CAPVT VII.

CVm autem conſummaſſet omnia uerba ſua audiẽte po 65
pulo, ✶ intrauit Capernaum. Cẽturionis autem cuiuſ- III
dam ſeruus male habens, agebat animam, qui illi erat cha-
rus. Cum audiſſet autem de IESV, miſit ad eum ſeniores Iu-
dæorum, rogans eum, ut ueniret & ſeruaret ſeruũ ſuum. At
illi cum ueniſſent ad IESVM, rogabãt eum ſtudioſe, dicẽtes:
Dignus eſt, ut hoc illi præſtes: diligit enim gentem noſtram,
& ſyna-

& ſynagogam ipſe ædificauit nobis. IESVS autẽ ibat cũ illis. Et cum iam non longe abeſſet à domo, miſit ad eum Centurio amicos, dicens ei: Domine, noli uexari. Nõ enim ſum dignus, ut ſub tectum meum intres. Quapropter nec meipſum ſum dignum arbitratus, ut uenirem ad te, ſed dic uerbo, & ſanabitur puer meus. Nam & ego homo ſum ſub poteſtate cõſtitutus, habẽs ſub me milites, & dico huic, uade, ac uadit: & alteri, ueni, ac uenit: & ſeruo meo, Fac hoc, ac facit. Auditis autem his, IESVS miratus eſt eum, & cõuerſus, ſequenti ſe turbæ dixit: Dico uobis, ne in Iſraël quidem tantam fidem
66 inueni. ✶Et reuerſi qui miſsi fuerant in domum, inuenerunt
V ſeruum qui languerat, ſanum. ✶Et factum eſt deinceps, ibat
67 in ciuitatem, quæ uocatur Nain, & ibant cũ eo diſcipuli eius
X multi, turbaq; copioſa. Cum autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur, filius unicus matri ſuæ: & hæc uidua erat, & turba ciuitatis multa cum illa. Quam cum uidiſſet dominus, miſericordia motus ſuper eam, dixit illi, Noli flere. Et acceſsit, tetigitq; loculũ. Porrò qui portabant ſuſtiterunt. Et ait: Adoleſcens, tibi dico, ſurge. Et reſedit q̃ erat mortuus, & cœpit loqui, & dedit illũ matri ſuæ. Accepit autem omnes timor, & glorificabant Deum, dicentes: Prophe ta magnus ſurrexit inter nos, & Deus uiſitauit plebẽ ſuam.
68 ✶Et exijt hic rumor in uniuerſam Iudæam de eo, & omnem
X finitimã regionem. Et nunciauerunt Iohanni diſcipuli ipſius
69 de his omnibus. ✶Et cõuocauit duos de diſcipulis ſuis Iohan
V nes, miſitq; ad IESVM, dicens, Tu es qui uenturus es, an aliũ expectamus? Cum aũt uenisſent ad eum uiri, dixerũt: Iohãnes baptiſta miſit nos ad te, dicens: Tu es ille qui uẽturus erat, an alium expectamus? In eadẽ aũt hora multos curauit à morbis ac

bis ac plagis, & spiritibus malis, & cæcis multis donauit uisum. Et respõdens, dixit illis: Eũtes renũciate Iohãni, quæ uidistis & audistis, quòd cæci uident, claudi ambulant, leprosi mũdantur, surdi audiũt, mortui resurgũt, pauperibus annunciatur Euãgeliũ, & beatus est quicũq; nõ fuerit offensus per me. Et cũ discessissent nuncij Iohãnis, cœpit de Iohãne dicere ad turbas: Quid existis in desertũ ut uideretis? harũdinem uento agitari? Sed quid existis uidere? hominẽ mollibus uestimentis indutũ? Ecce qui uestitu splendido uestiũtur & in deliciis agũt, in aulis Regũ sunt. Sed quid existis ad uidendũ? prophetã? Vtiq; dico uobis, & plusquàm prophetã. ✶ Hic est de quo scriptũ est: Ecce mitto angelũ meũ ante faciem tuã, qui præparabit uiã tuã ante te. ✶ Dico enim uobis: Maior inter natos mulierũ propheta Iohanne baptista nemo est. Attamẽ qui minor est in regno Dei, maior ẽ illo. ✶ Et omnis populus audiens, et publicani iustificauerunt Deum, baptizati baptismo Iohãnis. Pharisæi autẽ, & legisperiti cõsilium Dei spreuerũt aduersus semetipsos, nõ baptizati ab eo. Ait aũt dominus: ✶ Cui ergo similes dicam homines generatiõis huius, & cui similes sunt? Similes sunt pueris sedentibus in foro, & acclamãtibus inter se, ac dicentibus: Cãtauimus uobis tibijs, & nõ saltastis, cecinimus uobis lugubria, & non ploraſtis. Venit enim Iohãnes baptista, neq; edens panẽ, neq; bibẽs uinũ, & dicitis: Dæmoniũ habet. Venit filius hominis edens ac bibẽs, & dicitis: Ecce homo edax & uinipotor, amicus publicanorũ ac peccatorũ. Et iustificata est sapiẽtia à filijs suis omnibus Rogabat autem illũ quidã è pharisæis, ut caperet cibum cum ipso. Et ingressus domũ pharisæi, accubuit. ✶ Et ecce mulier quæ fuerat i ciuitate peccatrix, ut cognouit q, accubuisset in 70 II 71 V 72 X 73 V 74 I

domo

domo phariſæi,attulit alabaſtrũ unguẽti,ſtãsq; ad pedes eius à tergo flens,lachrymis cœpit rigare pedes eius:& capillis capitis ſui extergebat,& deoſculabatur pedes eius, & unguento ungebat. ✶Videns autẽ phariſæus, qui uocauerat eũ, ait intra ſe,dicens: Hic ſi eſſet propheta,ſciret utiq; quæ & qualis eſt mulier quæ tãgit ipſum,qa peccatrix eſt. Et reſpondens IESVS, dixit ad illũ: Simon,habeo quiddã qd' tibi dicã. At ille ait:Magiſter,dic.Duo debitores erant cuidã creditori, unus debebat denarios qngentos,& alter qnquaginta. Cum autẽ illi nõ eſſent ſoluendo,cõdonauit utriſq;, horũ igitur dic uter eũ plus diliget? Reſpõdens Simon,dixit: Exiſtimo qd' is cui plus cõdonauit. At ille dixit ei:Recte iudicaſti.Et conuerſus ad mulierẽ,dixit Simoni:Vides hãc mulierem? Intraui in domũ tuã,aquã pedibus meis nõ dediſti:hæc aũt lachrymis rigauit pedes meos,& capillis capitis ſui exterſit.Oſculũ mihi nõ dediſti, hæc autẽ ex quo intraui, nõ ceſſauit deoſculari pedes meos.Oleo caput meũ non unxiſti, hæc aũt unguento unxit pedes meos,propter quod dico tibi:Remittãtur peccata eius multa,quoniã dilexit multum. Cui autem minus remittitur,is minus diligit. Dixit autem ad illam: Remittuntur tibi peccata.Et cœperunt qui ſimul accumbebãt,dicere intra ſe: Quis eſt hic,qui etiam peccata remittit? Dixit autem ad mulierem:Fides tua te ſaluam fecit,uade cum pace.

75 X

CAPVT VIII.

ET factũ eſt deinceps, & ipſe iter faciebat per ſingulas ciuitates & caſtella, prædicans & annuncians regnum Dei,& duodecim cum illo,ſimulq; mulieres aliquæ,quæ erãt ſanatæ à ſpiritibus malis,& infirmitatibus: Maria quæ uocatur Magdalene,de qua ſeptem dæmonia exierant, & Iohanna uxor

na uxor Chusæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ quæ ministrabant ei de facultatibus suis. Cum autē turba plurima cōueniret, & è singulis ciuitatibus properarent ad eum, dixit per similitudinem. ✶ Exijt qui sementem faciebat ad seminandum semen suum. Et inter seminandum, aliud cecidit circa uiam, & conculcatum est, & uolucres cœli comederunt illud. Et aliud cecidit supra petrā. & enatum aruit quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas, & simul enatæ spinæ suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonā, & enatū fecit fructū centuplū. Hæc dicens, clamabat: Qui habet aures ad audiendū, audiat. Interrogabant autē eum discipuli eius, dicentes: Quæ esset ista parabola. At ille dixit: Vobis datum est nosse mysteria regni Dei, ✶ cæteris autem per parabolas, ut uidētes, nō uideāt, & audiētes, nō intelligant. ✶ Est autē hæc parabola: Semen est sermo Dei: qui autem iuxta uiam, hi sunt qui audiūt: deinde uenit Diabolus & tollit sermonē de corde eorum, ne credētes seruētur. Nā qui super petram, ij sunt, qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt sermonē: & hi radices non habent, qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedūt. Quod autem in spinas cecidit, hi sunt, qui audierunt, & à sollicitudinibus & diuitijs ac uoluptatibus uitæ euntes, suffocātur, nec referūt fructum. Quod autem in bonā terrā, hi sunt, qui in corde honesto ac bono audientes sermonē, retinēt, & fructum afferunt per patientiam. ✶ Nemo uero cum lucernā accenderit, operit eam uase, aut subter lectum ponit: sed super candelabrum ponit, ut intrantes uideant lumen. ✶ Non est enim occultum quod non manifestum sit futurum: nec absconditum: quod nō sit cognoscendum, & in propatulum uenturum. ✶ Videte er

go quomodo audiatis. Quisquis enī habet, dabitur illi, & q̄cunq; non habet, etiam quod putat se habere, auferetur ab illo. ✶ Venerunt autem ad illum mater & fratres eius, & non
82 II poterāt adire eū præ turba, & nunciatū est illi, dicturq;: Mater tua & fratres tui stant foris, uolētes te uidere. Qui respōdens, dixit ad eos: Mater mea & fratres mei hi sunt, q̄ sermonem dei audiunt, ac faciunt illū. ✶ Factū est autē quodā die,
83 II et ipse ascēdit in nauim, ac discipuli eius, et ait ad illos: Traijciamus in ulteriorē ripā stagni, ac soluerunt. Cæterū nauigātibus illis, obdormiuit: & ingruit procella uenti in stagnū, & complebātur ac periclitabantur. Accedentes autē suscitauerunt eum, dicētes: Præceptor, præceptor, perimus. At ille experrectus, increpauit uentum ac tempestatem aquæ, & cessauerunt, factaq; est tranquillitas. Dixit autē illis: Vbi est fides uestra? Timentes autē mirati sunt inter se, dicentes: Quisputas hic est? Quia uentis quoq; & aquæ īperat, & obediūt ei? Et nauigauerunt ad regionem Gadarenorum, quæ est cōtra Galilæam. Et cū de nau egressus esset ad terram, occurrit illi uir quidam è ciuitate, qui h abebat dæmoniū iam temporibus multis: & uestimēto non induebatur: neq; in domo manebat, sed in monumentis. Is ut uidit IESVM, & exclamasset, procidit ante illum, ac uoce magna dixit: Quid mihi rei tecum est IESV fili Dei altissimi? Obsecro te, ne me torqueas. Præcipiebat enim spiritui immundo, ut exiret ab homine. Frequenter enim corripuerat illum. & uinciebatur catenis, & cōpedibus custodiebatur, et ruptis uinculis agebatur à dæmonio in deserta. Interrogauit autem illum IESVS, dicens: Quod tibi nomē est? At ille dixit: Legio, quia intrauerunt dæmonia multa in eum. Et rogauerunt illum, ne imperaret ipsis

ut in

ut in abyssum irent. Erat autem ibi grex porcorum multorũ pascentium in monte, & rogabãt eum ut permitteret ipsis in illos ingredi. Et permisit illis, Exierunt ergo dæmonia ab homine, & intrauerunt in porcos, et impetu abijt grex per præceps in stagnũ, & suffocatus est. Porrò ut uiderũt quod acciderat ij qui pascebant, fugerunt, rumoremq; nunciauerunt in ciuitatẽ ac uillas. Exierunt autẽ, ut uiderent quod factũ erat & uenerũt ad IESVM, & inuenerũt hominẽ sedẽtẽ, à quo dæmonia exierant, uestitũ, ac sana mẽte ad pedes IESV, & timuerunt. Nunciauerũt autẽ illis etiã qui uiderãt, quomodo sanus factus esset is, q agitabatur à dæmonio. Et rogauerunt illum omnis multitudo Gadarenorum, ut discederet ab ipsis, quia magno timore tenebantur, ✶ Ipse autẽ cõscensa naui reuersus est. Rogauerat enĩ illũ uir à quo dæmonia exierant, ut cũ eo esset, sed ablegauit eũ IESVS, dicẽs: redi in domũ tuã, & narra quæcũq; tibi fecerit Deus. Et abijt per totã ciuitatem, prædicãs q̃cũq; sibi feciſſet IESVS. Factũ est aũt cũ rediret IESVS, excepit illum turba, nã omnes expectabãt eũ. ✶ Et ecce uenit uir, cui nomẽ Iairus, et ipse princeps synagogæ erat, accidit q; ad pedes IESV, rogans eũ, ut intraret in domũ suã quoniã unica filia erat ei ferè annorũ duodecim, & hæc moriebatur. Verum inter eundum, turbæ coartabant eum. Et mulier quæ erat obnoxia profluuio sanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos impenderat omnem substantiam, nec ab ullo potuerat curari, accessit retro, & tetigit fimbriam uestimenti eius, & confestim sistebatur fluxus sanguinis eius Et ait IESVS: Quis est qui me tetigit? Negãtibus autẽ omnibus, dixit Petrus, & qui cum illo erãt: Præceptor, turbæ te cõstringunt & affligunt, & dicis: Quis me tetigit? Et dixit

84 VIII

85 II

IESVS: Tetigit me aliquis. Nã ego noui uirtutẽ à me exiſſe. Videns autẽ mulier, quod non latuiſſet, tremẽs uenit ac procidit ante pedes eius, & ob quam cauſſam tetigiſſet eum, indicauit ei coram toto populo, & quemadmodũ cõfeſtim ſanata fuiſſet. At ipſe dixit ei: Cõfide filia, fides tua te ſeruauit, uade cum pace. Adhuc eo loquente, uenit quidam à domo principis ſynagogæ, dicẽs ei: Mortua eſt filia tua, noli uexare magiſtrũ. IESVS autẽ audito hoc uerbo, reſpondit patri puellæ. Noli timere, crede tantum, & ſalua erit. Et cum ueniſſet in domum, non permiſit intrare ſecũ quenquam, niſi Petrum & Iacobum, & Iohannem, & patrem ac matrẽ puellæ. Flebant autem omnes & plangebant illam. At ille dixit: Nolite
* flere, non eſt mortua (puella) ſed dormit. Et deridebant eũ, ſcientes quod mortua eſſet. Ipſe autẽ eiectis foras omnibus, apprehenſa manu eius clamauit, dicens: Puella ſurge. Et reuerſus eſt ſpiritus eius, & ſurrexit continuo, ac iußit illi dari cibum. Et ſtupuerunt parentes eius. At ille præcepit eis, ne
* cui dicerent quod factum erat.

86 CAPVT IX.

II 87 II 88 II 89 VIII 90 I

* Conuocatis autẽ (IESVS) duodecim dedit illis potẽ-
statẽ & autoritatẽ ſuper omnia Dæmonia, & ut mor-
bos ſanarent. Et miſit illos ut prædicarẽt regnum Dei, & ſa-
a narent infirmos. Et ait ad illos: * Ne quid tuleritis in uiam,
neq; uirgam, neq; peram, neq; panem, neq; pecuniã, neque
b binas tunicas habeatis. * Et in quãcũq; domum intraueritis,
illuc manete, atq; illinc exeatis. * Et qcũq; nõ receperint uos
exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerẽ è pedibus ueſtris ex-
cutite, in teſtimoniũ aduerſus illos. * Egreſſi autem circum-
ibant per caſtella, euangelizantes & curantes ubiq;. * Au-

diuit

diuit aũt Herodes tetrarcha omnia quæ fiebãt ab eo, & hæsi
tabat, eò quod diceretur à quibuſdam, quod Iohannes ſurre=
xiſſet à mortuis, à quibuſdã uero, quod Helias apparuiſſet, ab
alijs autem, quod propheta quiſpiam ex antiquis ſurrexiſſet.
Et ait Herodes: Iohannem ego decollaui, quis eſt autem iſte
de quo ego talia audio? Et quærebat uidere eum. ✶ & reuerſi 91
apoſtoli narrauerũt illi quæcunq; fecerant. Et aſſumptis illis, VIII
ſeceſſit ſeorſum in locũ deſertũ ciuitatis, quæ uocatur Beth= 92
ſaida. Quod cum cognouiſſent turbæ, ſecutæ ſunt illũ, & ex= III
cepit eos, & loquebatur illis de regno dei, & eos qui curatiõe
indigebant, ſanabat. ✶ Dies autem cœperat declinare, & ac 93
cedentes duodecim, dixerunt illi: Dimitte turbas, ut euntes in I
caſtella uillasq; uicinas diuertant & inueniãt eſcas, qa hic in
loco deſerto ſumus. Ait autẽ ad illos: Vos date illis quod edãt.
At illi dixerunt. Nõ ſunt nobis plures, quàm quinque panes,
& duo piſces, niſi nos eamus, & emamus in omnẽ hunc po=
pulum eſcas. Erant autem ferè uiri quinquies mille. Ait autẽ
ad diſcipulos ſuos: Facite illos diſcumbere in ſingulo quoq; di
ſcubitu quinquagenos, atq; ita fecerunt, & fecerunt omnes
diſcumbere. Acceptis autem quinq; panibus, & duobus piſci
bus, ſublatis in cœlum oculis, benedixit illis, & fregit, diſtri=
buitq; diſcipulis, ut apponerent turbæ. Et comederunt oẽs,
& ſaturati ſunt. Et ſublatũ eſt qd' ſuperfuit illis fragmentorũ
cophini duodecim. ✶ Et factũ eſt cum ſolus eſſet orans, erant 94
cum illo & diſcipuli, interrogauitq; illos, dicens: Quẽme di= I
cunt eſſe turbæ? At illi reſpondentes dixerunt: Iohannem
baptiſtam, alij autem Heliã, alij uero quod propheta quiſpiã
de antiquis ſurrexit. Dixit autẽ illis: Vos autẽ quẽme eſſe di=
citis? Reſpondens Simon Petrus, dixit: Chriſtum Dei. At ille

95 cõminatus illis, præcepit, ne cui dicerent hoc, dicẽs: ✶ Opor
II tet filium hominis multa pati, & reprobari à senioribus &
principibus sacerdotũ & scribis, & occidi, & tertia die re-
96 surgere. Dicebat autem ad omnes: ✶ Si quis uult post me ue-
II nire, abneget semetipsum, & tollat crucem suã quotidie, &
sequatur me. Qui enim uoluerit animã suam saluam facere,
perdet illam. Qui uero perdiderit animam suã propter me,
is saluam faciet illam. Quid enim prosicit homo, si lucretur
uniuersum mundũ, se autẽ ipsum perdat, aut iacturã sui ipsius
97 faciat? ✶ Nã quẽ mei, me orumq; sermonũ puduerit, huius &
II filiũ hominis pudebit, cũ uenerit in maiestate sua, & patris,
98 sanctorumq; angelorũ. ✶ Dico autẽ uobis uere: sunt quidam
II hic stantes, qui non gustabũt mortem, donec uideãt regnum
Dei. Factum est autẽ post hæc uerba ferè diebus octo, & as-
sumpsit Petrũ, & Iohãnem, & Iacobũ, & ascendit in mon-
tem, ut oraret. Et facta est dũ oraret species uultus eius alia,
& uestitus eius candidus ac refulgens. Et ecce duo uiri loque
bantur cum illo, qui erant Moses & Helias, qui uisi in maie-
state dicebant excessum eius, quem completurus erat Hiero
solymis. Petrus uero, & qui cũ illo erãt, grauati erãt somno.
Experrecti autem uiderunt maiestatem eius, & duos uiros
qui stabant cũ illo. Et factum est, cũ discederẽt ab illo, ait Pe
trus ad IESVM: Præceptor, bonũ est nos hic esse, & facia-
mus tria tabernacula, unũ tibi, & unũ Mosi, & unũ Heliæ:
nescies quid diceret. Hæc aũt illo loquẽte, facta est nubes, &
obumbrauit eos: timuerunt aũt intrantibus illis in nubem. Et
uox facta est de nube, dicẽs: Hic est filius meus dilectus, ipsum
audite: Et dum fieret uox, inuentus est IESVS solus, & ipsi ta
cuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus quicquam ex his

quæ

quæ uiderant. ✶Factum est autem in sequenti die descenden 99
tibus illis de monte, occurrit illi turba multa. Et ecce uir de II
turba exclamauit, dicēs: Magister, obsecro te, respice ad filiū
meū, qa unicus est mihi: & ecce spiritus apprehendit eū, &
subito clamat, & discerpit eū cum spuma, & uix discedit ab
eo dilanians eū: & rogaui discipulos tuos, ut eijcerent illū, et
non potuerunt. Respondens autem IESVS, dixit: O natio infi
delis & peruersa, usq; quò ero apud uos, ac patiar uos? Ad=
duc huc filiū tuum. Cum adhuc autem accederet, lanauit illū
dæmoniū & disipauit. Increpauit autem IESVS spiritum im
mundum, & sanauit puerum, & reddidit illū patri suo. ✶Stu
pebant autem omnes super magnificentia Dei. Sed omnibus
mirantibus sup omnibus quæ faciebat, dixit ad discipulos su=
os: ✶ Ponite uos in auribus uestris sermōes istos. Filius en im 101
hominis, futurū est ut tradatur in manus hominū. At illi igno= II
rabāt uerbum istud, & erat absconditum ab illis, ut nō intel=
ligerent illud. Et timebāt eum interrogare de hoc uerbo. In=
trauit autē cogitatio inter eos, quis eorū maior esset. At IE=
SVS uidens cogitationē cordis illorū, apprehendit puerum,
& statuit illū iuxta se, & ait illis: Quicunq; receperit puerū
hunc nomine meo, me recipit. Et quicunq; me receperit, reci
pit eū qui me misit. ✶Nam qui minor est inter omnes uos, hic 102
erit magnus. ✶Respōdens autem Iohānes, dixit: Præceptor, II
uidimus quēdam sub nomine tuo eijcientē dæmonia, & pro= 103
hibuimus eum, quia nō sequitur nobiscum. Et ait ad illum IE= VIII
SVS: Nolite prohibere. Qui enim nō est aduersum nos, pro
nobis est. ✶Factū est autem dum cōplerentur dies assumpti= 104
onis eius, & ipse faciem suā obfirmauerat, ut iret Hieroso= X
lymā, & misit nuncios ante cōspectum suum, & euntes in=

trauerũt in ciuitatẽ Samaritanorũ,ut parararẽt illi.Et nõ rece perũt eũ,qa facies eius erat eũtis Hieroſolymã.Cũ uidiſſent autem diſcipuli eius,Iacobus & Iohannes,dixerũt:Domine, uis dicamus,ut ignis deſcẽdat de cœlo,& cõſumat illos,quẽ admodũ & Helias fecit?Cõuerſus autẽ IESVS,increpauit il los,dicens:Neſcitis cuius ſpiritus eſtis uos.Filius enim homi nis non uenit ad perdendũ aĩas hominũ,ſed ad ſeruandũ.Et
105 abierũt in aliud caſtellũ.✶ Factũ eſt autẽ,ambulãtibus illis in
V uia,dixit quidã ad illũ: Sequar te quocũq; ieris.Dixit illi IE SVS:Vulpes cauernas habent, & uolucres cœli nidos, filius autẽ hominis nõ habet ubi caput ſuum reclinet. Alt aũt ad al terũ:Sequere me.Ille aũt dixit:Domine,pmitte mihi,ut pri us abeam ac ſepeliã patrẽ meũ.Dixit autẽ ei IESVS: Sine ut
106 mortui ſepeliãt mortuos ſuos, tu uero uade & annuncia re
X gnũ Dei.✶Et ait alius·Sequar te domine,ſed pmitte mihi pri us,ut dicã uale ijs,qui ſunt domi meæ.Ait ad illũ IESVS:Ne mo qui manu ſua admota aratro reſpexerit à tergo,aptus eſt
107 regno Dei. CAPVT X.
X P✶Oſt hæc autẽ deſignauit dominus & alios ſeptuagin
108 ta, miſitq; illos binos ante faciem ſuã in omnem ciuitatẽ
V & locum quo erat ipſe uenturus.dicebat ergo illis:✶Meſsis
109 quidem multa,ſed operarij pauci.Rogate ergo dominũ meſ
V ſis,ut extrudat operarios in meſſem ſuã.✶ Ite,ecce ego mit
110 to uos ſicut agnos inter lupos.✶Nolite portare ſacculũ,ne
II q; peram,neq; calciamenta, & neminem per uiam ſalutaue
111 ritis.✶In quamcunq; domum intraueritis, primũ dicite: Pax
V huic domui,& ſi ibi fuerit filius pacis,requieſcet ſuper illum
112 pax ueſtra,ſin minus,ad uos reuertetur.✶In eadem autẽ do
II mo manete, edentes & bibentes quæ dantur ab illis. Dignus eſt enim

est enim operarius mercede sua. ✶Nolite trãsire de domo in
domũ. Et quãcunq; ciuitatẽ intraueritis & susceperint uos,
edite quæ apponũtur uobis, & sanate infirmos q in illa sunt, 113
& dicite illis: Appropinquauit in uos regnũ Dei. ✶ In quã= X
cunq; autem ciuitatem intraueritis, & non susceperint uos, 114
exeuntes in plateas eius, dicite: Etiam puluerem, qui adhæsit II
nobis de ciuitate uestra, extergimus in uos, tamẽ hoc scitote
qd' appropinquauit in uos regnũ Dei. Dico uobis, qd' Sodo=
mis in die illo remissius erit, quàm illi ciuitati. ✶Væ tibi Cho 115
rozain, uæ tibi Bethsaida, qa si in Tyro & Sidone factæ fuis V
sent uirtutes, quæ factæ sunt in uobis, olim in cilicio & cinere
sedentes, sceleru suorũ egissent pœnitentiã, ueruntamẽ Tyro
& Sidoni remissius erit in iudicio, quàm uobis. Et tu Caper=
naum, quæ usq; ad cœlũ elata es, usq; ad infernũ deprimeris.
✶Qui uos audit, me audit, & qui uos spernit, me spernit, qui 116
autem me spernit, spernit eũ qui misit me. ✶Reuersi sunt au I
tem septuaginta cum gaudio, dicentes, Domine etiam dæmo 117
nia subijciuntur nobis per nomẽ tuũ. Ait autẽ illis: Videbam X
satanam sicut fulgur de cœlo cadentem: Ecce do uobis pote=
statẽ calcãdi super serpentes & scorpiones, & super omnẽ
uirtutẽ inimici, & nihil uobis nocebit. Verũtamen in hoc no
lite gaudere, qd' spiritus uobis subijciũtur, sed gaudete, quòd
nomina uestra scripta sunt in cœlis. In eadẽ hora exultauit
spiritu IESVS, & dixit: ✶Cõfiteor tibi pater, domine cœli et 118
terræ, quòd abscõdisti hæc à sapientibus & prudentibus, & V
reuelasti ea paruulis, etiam pater quoniã sic cõplacitũ est co 119 a
ram te. ✶Oĩa mihi tradita sunt à patre meo: ✶ & nemo scit III
quis sit filius nisi pater, & quis sit pater nisi filius, & cui uo 119 b
luerit filius aperire. Et cõuersus ad discipulos seorsim dixit: III

120 V ✶Beati oculi qui uident quæ uos uidetis. Dico enim uobis, ℣ multi prophetæ & reges uoluerunt uidere quæ uos uidetis,
121 II & nō uiderunt, & audire quæ auditis, & non audierūt. ✶Et ecce quidā legis peritus surrexit, tentans illum, & dicēs: Magister, quid faciendo uitam æternā possidebo? At ille dixit ad eum: In lege quid scriptum est? quomodo legis? Ille respōdēs dixit: Diliges dominū Deum tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis uiribus tuis & ex tota mente tua, & Deute. 6. proximū tuum sicut teipsum. Dixitq; illi: Recte respondisti,
122 X hoc fac & uiues. ✶Ille autē uolens iustificare seipsum, dixit ad IESVM: Et quis est meus proximus? Respondens autem IESVS, dixit: Homo quidam descendebat ab Hierosolymis in Hiericho, & incidit in latrones, qui etiam despoliauerunt eū uestibus, ac uulneribus inflictis, abierunt semimortuo relicto. Accidit autem ut sacerdos quidam descēderat eadem uia, uisoq; illo præterijt. Similiter & leuita, cum iret iuxta locum, cum accessisset ac uidisset eum, præterijt. Samaritanus autē quidā iter faciens, uenit ad eum, & uiso eo, misericordia motus est: & accedens, obligauit uulnera eius: infundens oleum ac uinum: & imponens illum in suum iumentum, duxit in diuersoriū, & curā eius egit. Et postero die egrediēs, depromptos duos denarios dedit hospiti, & ait ei: Curā illius habe, & quodcunq; præterea insumpseris, ego cum rediero reddā tibi: Quis ergo horum trium uidetur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit: Qui exercuit misericordiam in illum. Ait igitur illi IESVS, Vade & tu fac similiter. Factum est autem dum irent, ut ipse intraret in quoddam oppidulum. Ac mulier quædam Martha nomine, excepit illū in domū suā: Et huic erat soror noīe Maria, quæ etiā assidens

ad pe-

ad pedes IESV, audiebat sermonem illius. Martha aũt distrahebatur circa frequens ministerium, quæ assistens ait: Domine, non est tibi curæ, quòd soror mea reliquit me ut sola ministrem? dic ergo illi ut me adiuuet. Et respondens dixit illi IESVS: Martha Martha, sollicita es, & tumultuaris circa multa. Atqui unum est necessarium, Maria bonam partem delegit, quæ non auferetur ab ea.

CAPVT XI.

ET factum est cũ oraret quodam in loco, ut cessauit, dixit quidam ex discipulis eius ad eum: Domine, doce nos orare, sicut & Iohannes docuit discipulos suos. ✱ Et ait illis: Cum oratis, dicite: Pater noster (qui es in cœlis sanctificetur nomen tuum) adueniat regnum tuum (fiat uoluntas tua quèadmodum in cœlo, sic etiam in terra) Panem nostrum cotidianum da nobis hodie, & remitte nobis peccata nostra, siquidẽ & nos remittimus omni debẽti nobis. Et ne nos inducas in tentationẽ (sed libera nos à malo). ✱ Et ait ad illos: Quis uestrũ habebit amicũ, et ibit ad illũ media nocte, & dicet illi: Amice da mihi mutuo tres panes, quoniã amicus meus uenit de uia ad me, & nõ habeo qd' apponã illi. Et ille intus respõdẽs, dicat: Noli mihi molestus esse, iã ostiũ clausum est, et pueri mei mecum sunt in cubili, nõ possum surgere & dare tibi. Dico uobis, etiam si non daturus sit illi surgens, cò quòd amicus eius sit: Propter improbitatem tamẽ eius surget, ac dabit illi quotquot habet opus. ✱ Et ego dico uobis: Petite & dabitur uobis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur uobis: Omnis enim q petit accipit, & q quærit inuenit, & pulsanti aperietur. Quis autẽ ex uobis pater, à quo si filius petierit panem, num lapidem dabit illi? Aut si piscem, num pro pisce serpentem

123 V ✱ 124 X 125 V Iohn. 16

pentẽ dabit illi? Aut si petierit ouum nũ porriget sibi scorpiũ?
Si ergo uos cũ sitis mali, nostis bona dona dare filijs uestris,
quãto magis pater uester cœlestis dabit spiritũ sanctũ poscẽ-
126 tibus se. ✶ Et erat eijciens dæmoniũ, & illud erat mutũ. Cũq;
V eiecisset dæmonium, locutus est mutus, & admiratæ sunt tur-
127 bæ. ✶ Quidã autẽ ex eis dixerunt: Per Beelzebul principẽ
II dæmoniorũ eijcit dæmonia. ✶ Et alij tentantes, signũ de cœ-
128 lo quærebãt ab eo. Ipse autem cum sciret cogitationes eorũ,
V dixit eis. ✶ Omne regnum aduersus seipsum diuisum desolã-
129 tur, & domus super domũ cadit. Quòd si satanas quoq; ad-
II uersus seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum eius? quia
dicitis: per Beelzebul eijcere me dæmonia. Quòd si ego Be-
elzebul præsidio eijcio dæmonia, filij uestri cuius præsidio eij
ciunt? Ideo ipsi iudices uestri erunt. Porrò si digito Dei eijcio
dæmonia: profecto peruenit ad uos regnum Dei. Cum fortis
armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quæ possidet.
Vbi uero fortior eo superueniẽs uicerit eum, uniuersa arma
eius aufert, in quibus cõfidebat, & spolia eius distribuit. Qui
nõ est mecũ, cõtra me est, & qui nõ colligit mecũ, dispergit.
130 ✶ Cũ immundus spiritus exierit ab homine ambulat per loca
V arentia, quærens requiem, & non inueniens, dicit: Reuertar
in domum meam unde exiui. Et cum uenerit, inuenit eã sco-
pis mũdatã atq; ornatã, tunc uadit et assumit septẽ alios spi-
131 ritus se cum nocentiores ipso, & ingressi habitant ibi, & fi-
X unt extrema hominis illius peiora primis. ✶ Factum est autẽ
cum hæc diceret, extollens uocem quædam mulier de turba,
dixit illi: Beatus uenter qui te portauit, & ubera quæ suxisti.
At ille dixit: Quinimó, beati qui audiunt sermonem Dei. &
custodiunt illum. Turbis autem cõdensantibus se, cœpit dice-

re. ✶

re. ✶Natio hæc mala est, signũ quærit, & signum non dabi- 132
tur ei, nisi signũ Ionæ prophetæ. Nam sicut fuit Ionas signũ V
Niniuitis, ita erit et filius hominis nationi isti. Regina Austri 3. Reg. 10.
surget in iudicio cum uiris nationis huius, & condemnabit il- Paral. 9.
los, quia uenit à finibus terræ, ut audiret sapientiam Solomo-
nis, & ecce plus quàm Solomõ hoc in loco. Viri Niniuitæ sur- Ionæ. 3.
gent in iudicio cum natione hac, & condemnabunt illam, qa
ad pœnitentiã adducti sunt prædicatione Ionæ, & ecce plus
quàm Iona hoc in loco. ✶Nemo lucernã accendit, & in ab- 133
scondito ponit, neq; subter modiũ, sed super candelabrum, ut II
qui ingrediuntur lumen uideant. ✶Lucerna corporis est ocu- 134
lus. Cum igitur oculus tuus fuerit simplex, totũ quoq; corpus V
tuum lucidum erit. Quòd si malus fuerit, etiam corpus tuum
tenebrosum erit. Vide ergo ne lumen quod in te est, tenebræ
sint. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habẽs ali
quam partem tenebrosam, sic erit lucidum totum, ut cũ lucer
na fulgore illuminat te. Et cum loqueretur, rogauit illũ qui-
dam pharisæus, ut prandaret apud se. IESVS autẽ ingressus
accubuit: Pharisæus autẽ cum uidisset, admiratus est, qd' non
prius lauisset ante prandium. Et ait dominus ad illũ. ✶ Nunc 135
uos pharisæi exteriora poculi, catinq; mundatis, & qd' in- V
tus est uestri, plenũ est rapina & malitia: stulti, nónne qui fecit
quod foris est, etiam id quod intus est fecit? Verũtamen quod
superest, date eleemosynam, & ecce omnia mũda sunt uobis
✶Sed uæ uobis pharisæis, quia decimatis mentam & rutam, 136
& quoduis olus: & præteritis iudicium & charitatem Dei. V
Imò hæc oportuit facere, & illa non omittere. ✶ Væ uobis 137
pharisæis, qa diligitis primas cathedras in synagogis, & salu II
tatiões in foro. ✶Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qa 138
estis V

estis ut monumenta quæ nõ apparent, & homines ambulãtes super ea nesciũt. Respõdens autẽ quidã ex legisperitis, dit illi: Magister hæc dicens etiam nos afficis contumelia. At ille
139 dit. ✶ Et uobis legisperitis uæ, quia oneratis homines oneri=
V bus, quæ portare nõ possunt, & ipsi uno digito uestro nõ at=
140 tingitis sarcinas. ✶ Væ uobis, quia ædificatis monumẽta pro=
V phetarũ, patres autem uestri occiderunt illos, profecto testa=
mini, quòd comprobatis facta patrũ uestrorum, quoniam illi
quidem eos occiderunt, uos autem ædificatis eorũ sepulchra.
141 ✶ Propterea & sapientia Dei dixit: Mittam ad illos prophe
V tas, & apostolos, & ex illis occident & persequentur, ut re=
quiratur sanguis omnium prophetarum, qui effunditur à con
stitutione mundi, à natione ista, à sanguine Abel usq; ad san=
Para. 24 guinem Zachariæ, qui perijt inter altare & ædem, profecto
142 dico uobis, requiretur ab hac natione. ✶ Væ uobis legispe=
V ritis, quia tulistis clauem scientiæ ipsi nõ introistis: & eos qui
143 introibant, uetuistis. ✶ Cum autem hæc ad illos diceret, cœpe
X rũt legisperiti & pharisæi grauiter insistere, & captiose in=
terrogare eum de multis, insidiãtes ei: & quærentes aliquid
uenari ex ore eius, quo accusarent eum.

CAPVT XII.

CVm autem cõuenissent innumera turbæ multitudo, adeo
ut se inuicem conculcarent, cœpit dicere ad discipulos
144 suos: primum ✶ Cauete uobis ipsis à fermento pharisæorum,
II quod est hypocrisis. Nihil enim opertum est, quod non reue
145 labitur: neq; absconditum, quod non scietur. ✶ Quoniã quæ
V in tenebris dixistis, in lumine audientur: & quod in aurem lo
cuti estis in conclauibus, prædicabitur in tectis. Dico autẽ uo
bis amicis meis: Ne terreamini ab his qui occidũt corpus: &

post

post hæc non habent quod amplius faciãt. Ostendam aũt uobis quem timeatis. Timete eũ, qui postquàm occiderit, habet potestatem conijciendi in gehennã: certe dico uobis: hunc timete. Nónne quinq; passerculi ueneunt minutis assibus duobus? & unus ex illis nõ est in obliuione corã Deo: quin & pili capitis uestri oẽs numerati sunt. Nolite ergo timere, multis passeribus pluris estis. Dico autem uobis: omnis quicunq; cõfessus fuerit me coram hominibus, & filius hominis confitebitur illum corã angelis Dei. ✶ Qui autẽ negauerit me corã 146
hominibus, negabitur corã angelis Dei. ✶ Et quisquis loqui- II
tur dictum in filium hominis, remittetur illi: ei uero qui in spi- 147
ritum sanctũ conuitiũ dixerit, nõ remittetur. ✶ Cũ autem ad- II
duxerint uos ad synagogas & ad magistratus ac potestates, 148
nolite solliciti esse, qualiter, aut quid respõdeatis, aut quid di- II
catis: Spiritus enim sanctus docebit uos in eadem hora, quid
oporteat uos dicere. ✶ Ait autẽ ei quidã de turba: Magister, 149
dic fratri meo, ut diuidat mecum hæreditatẽ. At ille dixit ei: X
Homo, quis me constituit iudicem, aut diuisorem sup uos? dixitq; ad illos: Videte & cauete ab auaritia, quia nõ in abundantia cuiusquam uita eius est ex his quæ possidet. Dixit autem similitudinẽ ad illos, dicens: Hominis cuiusdã diuitis uberes fructus ager attulit, & cogitabat intra se, dicẽs: Quid faciam quòd non habeam quo congregem fructus meos? Et dixit: Hoc faciã: Destruam horrea mea, & maiora extruam, & illuc cõgregabo omnia quæ nata sunt mihi bona mea: & dicã animæ meæ. Anĩa, habes multa bona reposita in annos multos, requiesce, comede, bibe, gaude. Dixit autẽ illi Deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetũt abs te, Quæ uero parasti, cui cedent? Sic qui recõdit sibi, nec est erga Deũ dives.

Dixitq;

150 V Dixitq; ad discipulos suos. ✶ Idco dico uobis: nolite solliciti esse aniæ uestræ quid edatis: neq; corpori qd induamini: Anima plus est quàm esca, & corpus plus est quàm indumentũ. Considerate coruos, quia non seminant neq; metunt, quibus non est penuarium neq; horreũ, & Deus pascit illos: Quanto magis uos præstatis uolucribus? Quis autem uestrum sollicitudine sua potest adijcere ad staturã suam cubitũ unum? Si ergo ne id quidem quod minimũ est potestis, quid de cæteris solliciti estis? Cõsyderate lilia quomodo crescũt, nõ laborãt neq; nent: dico autem uobis, nec Solomon in omni gloria sua uestiebatur sicut unum ex istis. Si aũt gramen quod hodie est in agro, & cras in clibanum mittitur, Deus sic uestit, quanto magis uos uestiet ó parum fidentes? Et uos nolite quærere qd esuri sitis, aut quid bibituri: & nolite in sublime tolli. Hæc enĩ omnia Gentes mundi quærunt, pater aũtem uester scit q, istis indigeatis. Quin potius quærite regnum Dei, & hæc omnia 151 adijcientur uobis. ✶ Noli timere pusille grex, quia complaci X tum est patri uestro dare uobis regnum. ✶ Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam. ✶ Parate uobis sacculos qui nõ 152 II ueterascunt, thesaurum non deficientem in cœlis, quo fur nõ 153 accedit, neq; tinea corrumpit: Vbi enim thesaurus uester est, V ibi & cor uestrum erit. ✶ Sint lumbi uestri præcincti, & lu- 154 cernæ accensæ, & uos similes hominibus expectantibus do- X minum suum quando reuertatur à nuptijs: ut cum uenerit ac 155 pulsauerit, consestim aperiant ei. ✶ Beati serui illi, quos cum V uenerit dominus, inuenerit uigilantes: amen dico uobis, quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Et si uenerit in secunda uigilia, & si in tertia uigilia uenerit, atq; ita inuenerit, beati sunt serui illi. Hoc autem scitote,

scitote, quod si sciisset pater familiâs qua hora fur uēturus fuisset, uigilasset utiq;, nec passus fuisset persodi domum suam. ✶ Et uos igitur estote parati, quia qua hora nō putatis filius hominis uenit. Ait autē ei Petrus: Domine ad nos dicis istā parabolam, an etiam ad omnes? Dixit autem dominus. ✶ Quis nam est fidelis dispensator ac prudens, quē constituet dominus super familitium suum, ut det illis in tempore demensum cibum: Beatus ille seruus, quem cum uenerit dominus inuenerit ita faciētem, uere dico uobis, quod omnibus quæ possidet præficiet illum. ✶ Quod si dixerit seruus ille in corde suo, differt dominus meus reditum, cœperitq; percutere seruos & ancillas, & edere, bibereq;, & inebriari, ueniet dominus seruui illius in die quo non sperat, & hora qua nescit, & diseca bit eum, partemq; eius cum infidis ponet. ✶ Ille autem seruus qui cognouit uoluntatem domini sui, & non se præparauit, nec fecit secundum uoluntatem eius, plagis uapulabit multis: qui autem nō cognouit, & fecit digna plagis, uapulabit pauc is. Porrò cuicunq; multum datum est, multum quæretur ab eo, & cui commendauerūt multum, plus petent ab eo. Ignē ueni missurus in terram, & quid uolo, si iam accensus est? sed Baptismo habeo baptizari, & quomodo coartor, donec perficiatur? ✶ Putatis quod pacem uenerim missurus in terram? Non dico uobis, imò separationem. Erunt enim ex hoc quinq; in domo una diuisi, tres aduersus duos, & duo contra tres, diuidetur pater aduersus filiū, & filius aduersus patrē, mater aduersus filiam, & filia aduersus matrē socrus aduersus nurum suam, & nurus aduersus socrum suam. ✶ Dicebat autem & ad turbas: Cum uideritis nubem orientem ab occasu, statim dicitis, imber uenit, & ita fit, & cum austrū flan

156 II
157 V
158 V
159 X
160 V
161 V

tem, dicitis quod æstus erit, & fit. Hypocritæ, faciē cœli &
terræ nostis probare, hoc autē tempus qui fit ut non probe-
tis? Cur autem & ex uobis ipsis non iudicatis quod iustū est?
162 ✶Cum enim uadis cum aduersario tuo ad magistratū in uia
V da operā ut libereris ab illo, ne forte pertrahat te ad iudicē,
& iudex tradat te exactori, & exactor conijciat te in carce
rem. Dico tibi non exibis inde, donec ultimum etiam minu-
tum reddas,

CAPVT XIII.

163 ✶Derant autem quidā eodem in tempore nunciantes
X illi de Galilæis, quorū sanguinē Pilatus miscuerat cum
sacrificijs ipsorum. Et respondens IESVS, dixit illis:
Putatis quod hi Galilæi præ cunctis Galilæis peccatores fue-
rint, quia talia passi sunt? Nō dico uobis, imò nisi resipueritis
oēs similiter peribitis: Aut illi decē & octo, supra quos cecidit
turris in Siloë, & occidit eos, putatis quod debitores fue
rint ultra cunctos homines habitantes Hierosolymis? Non,
dico uobis, imò nisi resipueritis, oēs similiter peribitis. Dice-
164 bat & hanc similitudinē. ✶Arborē fici habebat quidā plan-
II tatā in uinea sua, & uenit quærens fructū in illa, & nō inue-
nit, dixit aūt ad cultorē uineæ: Ecce anni tres sunt, ex quo ue
nio quærēs fructū in ficu hac, & nō iuenio, succide illā, ad qd
terrā occupat? At ille respondens, dixit illi: Domine sine illā
& hoc anno, donec fodero circum illam, & misero stercus,
& siquidē fecerit fructum, sin minus, in posterū succides eam
Docebat autē in una synagogarū sabbatis: & ecce mulier q̄
habebat spiritū infirmitatis annis decē et octo, erat q̄; cōtracta
nec omnino poterat erigere caput: quā cū uideret IESVS
uocauit eā ad se, & ait illi: Mulier, liberata es ab infirmitate

tua

tua. Et imposuit illi manus, & cõfestim erecta est, & glorificabat Deum. Respondens aũt princeps synagogæ, indignãs quod sabbato sanasset IESVS, dicebat turbæ: Sex dies sunt in quibus oportet operari, in his ergo uenite, ut sanemini, & nõ in die sabbati. Respõdens aũt ad illũ dominus, dixit: ✶ Hypocrita, unusquisq; uestrũ sabbato nónne soluit bouẽ suũ, aut asinũ à præsepi, & ducit aquatũ? ✶ Hanc aũt filiã Abrahæ, quã alligauit satanas, ecce decẽ & octo annis, non oportuit solui à uinculo isto die sabbati? Et cum hæc diceret, erubescebant omnes aduersarij eius: & omnis populus gaudebat super uniuersis quæ cum gloria fiebant ab eo. ✶ dicebat ergo: Cui simile est regnum dei, & cui simile faciam illud? Simile est grano synapis, quod acceptũ homo misit in hortum suum, & creuit: & euasit in arborem magnã, & uolucres cœli nidulabantur in ramis eius. ✶ Et iterũ dixit: Cui simile faciã regnũ dei? Simile est fermento, qd' acceptũ mulier, abscondit in farinæ sata tria, donec fermentetur totum. ✶ Et ibat p ciuitates & castella docens, & iter faciens Hierosolymã. Ait autẽ illi quidam: Domine, an pauci sunt, qui salutem consequuntur? Ille uero dixit ad illos: ✶ Contendite intrare p angustam portam, quia multi dico uobis, quærent intrare, & non poterunt. ✶ Cum autem surrexerit paterfamiliâs & clauserit ostium, & cœperitis foris stare, & pulsare ostium, dicẽtes: Domine domine, aperi nobis. Et respondens dicet uobis: Nescio uos unde sitis. Tunc incipietis dicere: Edimus coram te & bibimus, & in plateis nostris docuisti. Et dicet: dico uobis, nescio uos unde sitis. Discedite à me omnes, q patratis iniquitatẽ. Ibi erit fletus & stridor dentium, ✶ cum uideritis Abrahã & Isaac & Iacob, et omnes prophetas in regno dei, uos autem

165 II
166 X
167 II
168 V
169 II
170 V
171 V
172 V

expelli foras. Et uenient ab oriente & occidente, & aqui
173 lone & austro, & accumbēt in regno dei. ✶ Et ecce sunt po
II stremi qui erunt primi, & sunt primi qui erunt postremi. ✶
174 Eodē die accesserūt quidā pharisæorū, dicētes illi: Exi, et ua
X de hinc, quia Herodes uult te occidere. Et ait illis: Ite & dici
te uulpi illi: Ecce eijcio dæmonia, & sanitates perficio hodie
& cras, & tertia die consummor. Verūtamē oportet me ho
die & cras, & perendie ambulare: quia fieri non pōt, ut pro
175 pheta pereat alibi quàm Hierosolymis. ✶ Hierusalē Hieru-
V salem quæ occidis prophetas, & lapidas eos q̄ mittuntur ad
te, quoties uolui cōgregare filios tuos, quēadmodū auis nidū
suum sub pennas, & noluistis. Ecce relinquitur uobis domus
uestra deserta. Dico aūt uobis, qđ nō uidebitis me, donec ue-
nerit tempus cū dicetis: Benedictus qui uenit in noīe domini.

CAPVT. XIIII.

176 ✶ ET accidit ut introiret in domum cuiusdam principis
I pharisæorum sabbato, ad capiendum cibum, & ipsi ob
seruabant eum. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante
illū. Et respondens IESVS, dixit ad legisperitos & pharisæos
dicens: Num licet sabbato sanare? At illi tacuerunt. Ipse uero
apprehensum sanauit eum, ac dimisit. Et respondens ad illos
177 dixit: ✶ Cuius uestrum asinus aut bos in puteum cadet, & nō
II continuo extrahet illum die sabbati? Et non poterant ad hæc
178 respondere illi. ✶ Dicebat aūt & ad inuitatos parabolam, in
X tendens quomodo primos accubituseligerent, dicēs ad illos:
Cum inuitatus fueris ab aliquo ad nuptias, ne accumbas in pri
mo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo, & ueniēs
is qui te & illum uocauit, dicat tibi: Da huic locum, & tunc
incipias cū rubore extremum locū tenere. Quin potius cū

uocatus

uocatus fueris, uade accumbe in nouißimo loco, ut cum uenerit, q̃ te inuitauit, dicat tibi: Amice, aſcẽde ſuperius. tũc erit tibi gloria corã ſimul diſcumbentibus, ✶ quia omnis qui ſe ex 179
tollit deijcietur: & qui ſe deijcit, extolletur. ✶ Dicebat aũt et V
ei, qui ſe inuitauerat: Cum facis prandiũ aut cœnã, noli uoca 180
re amicos tuos, neq; fratres tuos, neq; cognatos tuos, neq; ui X
cinos diuites, ne quando & ipſi te uiciſſim inuitent, ac repen
datur tibi beneficiũ. Imò cum facis conuiuiũ, uoca pauperes,
debiles, claudos, cæcos, & beatus eris, quia nõ poſſunt repen
dere tibi, rependetur enĩ tibi in reſurrectione iuſtorũ. Hæc
cum audiſſet quidã de ſimul accumbentibus, dixit illi: Beatus
qui comedit panẽ in regno dei. At ipſe dixit ei: ✶ Homo qui- 181
dam apparauerat cœnã magnã, & uocauit multos, miſitq; V
ſeruũ ſuũ hora cœnæ, ut diceret inuitatis: Venite, quia iam pa
rata ſunt omnia. Et cœperunt ſimul omnes excuſare. Primus
dixit ei: Villam emi, & neceße mihi eſt exire, & uidere illã,
rogo te habe me excuſatũ. Et alter dixit: Iuga boũ emi qnq;,
& eo ad probandũ illa. rogo te, habe me excuſatũ. Et alius
dixit: Vxorẽ duxi, & ideo nõ poſſum uenire. Ac reuerſus ſer
uus, renũciauit hæc domino ſuo. Tũc iratus paterfamiliâs, di
xit ſeruo ſuo: Exi cito in plateas & uicos ciuitatis, & paupe
res ac debiles, claudos q; & cæcos ĩtroduc huc. Et ait ſeruus
Domine factũ eſt ut imperaſti, & adhuc locus eſt. Et ait do
minus ſeruo: Exi in uias & ſepes, & cõpelle intrare, ut ĩplea
tur domus mea. Dico enĩ uobis, q̃d nemo uirorũ illorũ q uoca
ti ſunt, guſtabit cœnã meã. Ibãt aũt turbæ multæ cũ eo, & cõ
uerſus dixit ad illos: ✶ Si quis uenit ad me, nec odit patrẽ ſuũ
ac matrẽ, et uxorẽ, et filios, & fratres, & ſorores, præterea 182
aũt & animã ſuã, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et quiſquis V

non baiulat crucē ſuā, & uenit poſt me, nō poteſt meus eſſe
183 diſcipulus. ✱Quis enī eſt ex uobis, q uelit turrim ædificare,
X quin prius ſedens cōputet ſumptus, an habeat quibus opus eſt
ad perficiēdū, ne poſtquā poſuerit fundamētū, nec potuerit
perficere, oēs q uiderint, incipiant illudere ei, dicentes: hic
homo cœpit ædificare, nec potuit conſūmare? Aut quis rex
proficiſcens ut committat prælium aduerſus alterum regem,
nónne ſedens prius cogitat an poßit cum decē milibus occur
rere ei, qui cum uiginti milibus uenit contra ſe? alioquin ad
huc illo longe agente, legatiōe miſſa, petit ea quæ pacis ſunt.
184 ✱Sic ergo omnis ex uobis, qui nō renūciat omnibus quæ poſ
V ſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. ✱Bonus eſt ſal, ſi uero
185 ſal infatuatus fuerit, per quod cōdietur? Neq; in terram, neq;
II in ſterquilinium utilis eſt, foras proijcient illum. Qui habet
aures ad audiendum, audiat.

CAPVT. XV.

186 ✱Accedebāt autem ad eum omnes publicani & pecca
II tores ut audirent illum, & murmurabant phariſæi ac
ſcribæ dicentes: Hic peccatores recipit, ac cibum capit cum
187 illis. Dicebat aūt ad illos parabolam hanc dicens: ✱Quis ex
V uobis eſt homo qui habet centum oues, & ſi perdiderit unā
ex illis, nónne relinquit nonagintanouē in deſerto, & uadit
ad illam quæ perierat, donec inueniat eam? Et cum inuenerit
eam, imponit in humeros ſuos gaudens, ueniensq; domū, cō
uocat amicos & uicinos, dicens illis: Gaudete mecum, quia
inueni ouem meam quæ perierat, Dico uobis, qd' ita gaudiū
erit in cœlo ſuper uno peccatore reſipiſcente magis quàm ſu
per nonaginta nouē iuſtis, qui nō indigent pœnitentia. ✱Aut
188 quæ mulier habens drachmas decem, ſi perdiderit drachmā
X unam

unam,nónne accendit lucernã, & uerrit domũ,quæritq; diligenter,donec inueniat? Et cũ inuenerit, cõuocat amicas ac uicinas,dicens: Gaudete mecum, quia inueni drachmã quam perdideram. ✶ Ita dico uobis,gaudium erit corã angelis Dei super uno peccatore resipiscente. ✶ Ait autem: Homo quidã habuit duos filios, & dixit adulescentior illorũ patri: Pater, da mihi portionem substãtiæ,quæ ad me redit. Et diuisit illis substantiã. Ac post dies nõ multos,cũ omnia cõtraxisset adulescentior filius,peregre profectus est in regionẽ longinquã & ibi dissipauit substantiã suam uiuendo luxuriosè: Et postquàm omnia consumpsisset,facta est fames ualida in regione illa. Et ipse cœpit egere, & abijt, & adhæsit uni ciuiũ regionis illius,atq; is misit illum in uillam suã, ut pasceret porcos, & cupiebat implere uentrem suũ de siliquis, qbus porci uescebantur,neq; quisquàm illi dabat. In se autẽ reuersus, dixit: Quàm multi mercenarij patris mei abũdãt panibus,ego uero fame pereo. Surgam & ibo ad patrem meum, & dicã ei: Pater,peccaui in cœlum & coram te,iam nõ sum dignus uocari filius tuus,fac me sicut unum de mercenarijs tuis. Et surgens,uenit ad patrem suum. Cum autem adhuc lõge abesset, uidit illum pater ipsius, & misericordia motus est: & accurrens,ruit in collum eius, & osculatus est eũ. Dixitq; ei filius: Pater, peccaui in cœlum & coram te,neq; posthac sum dignus uocari filius tuus. Dixit autem pater ad seruos suos, proferte stolam primã, & induite illum, & date annulum in manum eius, & calciamẽta in pedes, & adducite uitulũ illũ saginatũ,atq; mactate, sumptisq; epulis lætemur, quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est. Et cœperunt lætari. Erat autem filius eius senior in agro, & cũ

189 V

190 X

ueniret & appropinquasset domui, audiuit cõcentũ & choros, & uocauit unum de seruis suis, et interrogauit qd essent illa. At is dixit illi: Frater tuus uenit, & occidit pater tuus uitulum illum saginatum, quòd incolumem illum receperit: indignatus est autem, nec uolebat introire. Pater ergo illius egressus rogabat illum. At ille respondens, dixit patri: Ecce tot annis seruio tibi, nec unquam præceptũ tuum transgressus sum, nec unquam dedisti mihi hœdum, ut cum amicis meis letarer, sed postquàm filius tuus hic, qui deuorauit substantiã tuã cum meretricibus, uenit, occidisti illi uitulum illũ saginatũ. At ille dixit ei: Fili, tu semper mecũ es, & omnia mea tua sunt. Lætari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit, perierat q̃, & inuentus est.

CAPVT XVI.

Dicebat autem & ad discipulos suos: Homo quidã erat diues, qui habebat dispẽsatorẽ, & hic delatus est apud illum, ut qui dissiparet bona ipsius. Et uocauit illum, & ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationẽ dispensationis tuæ, non enim poteris posthac dispensare. Ait autem dispensator intra se: Quid faciam, quia dominus meus aufert à me dispẽsationem? Fodere non ualeo, mendicare erubesco: scio quid faciam, ut cum amotus fuero à dispensatione, recipiant me in domos suas. Cõuocatis itaq; singulis debitoribus domini sui, dicebat primo: Quantũ debes domino meo? At ille dixit: Centum batos olei. Dixit q̃; illi: accipe cautionẽ tuã, & sede cito, & scribe quinquaginta. Deinde alteri dixit: Tu uero quantũ debes? Qui ait: Centum coros tritici. Ait illi: Accipe cautionẽ tuam, & scribe octoginta. Et laudauit dominus dispensatorẽ iniquum, quòd prudenter fecisset. Quia filij huius sæculi prudentiores

dentiores sunt filijs lucis in natione sua. Et ego uobis dico: Fa
cite uobis amicos ex mammona iniusto: ut cũ defeceritis, reci
piant uos in æterna tabernacula. Qui fidelis est in minimo, et
in multo fidelis est, & qui in minimo iniquus est, is et in multo
iniquus est. Si ergo in iniquo mãmona fideles nõ fuistis: quod
uerum est, quis credet uobis? Et si in alieno fideles non fuistis,
quod uestrum est, quis dabit uobis? ✶ Nemo seruus põt duo- 191
bus dominis seruire: aut enim unum odio habebit, & alterum V
diliget: aut uni adhærebit, & alterum contemnet. Non pote-
stis Deo seruire & mãmonæ. ✶ Audiebãt autem hæc omnia 192
& pharisæi, qui erant auari, & deridebant illum. Et ait illis: X
Vos estis qui iustificatis uos ipsos coram hominibus, Deus au
tem nouit corda uestra. Quia quod hominibus excelsum est,
abominãdum est coram Deo. ✶ Lex & prophetæ usq; ad Io 193
hannem, ab eo tempore regnum dei annũciatur, & quiuis in V
illud uim facit. ✶ Facilius est autem cœlum & terram præte- 194
rire, quàm legis unũ apicem cadere. ✶ Quisquis dimittit uxo V
rem suam & alteram ducit, adulterium committit, & qui di 195
missam à uiro ducit, adulterium committit. ✶ Homo qui- II
dam erat dives, qui induebatur purpura & bysso, & epu- 196
labatur quotidie splendide. Erat autem quidam mendicus no X
mine Lazarus, qui iacebat ad ianuã eius hulcerosus, cupiens
saturari de micis quæ cadebant de mensa diuitis: Sed & ca-
nes uenientes, ac lingebant hulcera eius. Accidit autẽ ut mo
reretur mendicus, & deportaretur ab angelis in sinũ Abra-
hæ. Mortuus est autem & dives, ac sepultus est, atq; in tarta
ro sublatis oculis suis, cum esset in tormentis, uidet Abraham
eminus & Lazarum in sinu eius: & ipse clamans, dixit: Pa-
ter Abraham, miserere mei, & mitte Lazarũ ut intingat ex-

tremum digiti sui in aquam, ac refrigeret linguam meã, quia crucior in flamma hac. Dixit autem Abrahã, Fili, recordare quòd receperis bona tua in uita tua, & Lazarus similiter mala, nũc autẽ hic solatio fruitur, tu uero cruciaris. Et sup hæc omnia inter nos & uos hiatus ingens firmatus est, ut ij q uolunt hinc transire ad uos, non possint, neq; inde huc transcendere. Ait autem, Rogo ergo te pater, ut mittas eum in domum patris mei, habeo enim quinq; fratres, ut testificetur illis, ne & ipsi ueniant in hunc locum cruciatus. Ait illi Abrahã. Habent Mosen ac prõphetas, audiant illos. At ille dixit. Non pater Abrahã, sed si quis ex mortuis ierit ad eos, resipiscent. Ait autem illi. Si Mosen & prophetas non audiũt, neq; si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

CAPVT XVII.

197 II Ait autem ad discipulos: ✶Fieri non potest, quin ueniãt offendicula: Væ tamen illi per quem ueniunt. Expedit illi, si mola asinaria ponatur circa collum eius, & proiectus 198 V fuerit in mare, potius quàm ut offendiculo sit uni de pusillis istis. ✶Cauete uobis. Si peccauerit in te frater tuus, increpa 199 V illum: & si pœnituerit, remitte illi. ✶Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die cõuersus fuerit ad te, dicẽs: Pœnitet me, remittes illi. Et dixerũt Apostoli domino: Adauge nobis fidẽ. ✶Dixit autẽ dominus: Si haberetis fidem sicut habet granũ sinapis, dixissetis huic arbori sycamino: Eradicare & transplãtare in mare, & obediret uobis. ✶Quis aũt uestrũ habens seruũ arãtem aut pascentem, qui regresso ab agro dicat, statim transi & accumbe. Ac nõ potius dicit illi, para quæ cœnem & præcinge te, ac ministra mihi donec edero & bibero, & post hæc, edito & bibito tu? Num gratiã habet seruo illi,

uo illi, quia fecit quæ ei imperata fuerant? Non puto. Sic & uos, cum feceritis oĩa quæ præcepta sunt uobis, dicite: Serui inutiles sumus, qđ debuimus facere, fecimus. Et factũ est dum iret Hierosolymã, & ipse trãsibat per mediã Samariã et Galilæam. Et cum ingrederetur quendam uicum, occurrerũt ei decem uiri leprosi, qui steterunt procul intentaq; uoce, dixerunt: IESV præceptor, miserere nostri. Quos ut uidit, dixit illis: Ite ostendite uos sacerdotibus. Et factum est, ut inter eundum mundati sint. Vnus autem ex illis ut uidit quòd mũdatus esset, regressus est, cũ uoce magna glorificãs Deũ, & procidit in faciẽ ad pedes eius gratias agens ei: & hic erat Samaritanus. Respõdens autẽ IESVS, dixit: Nónne decem mũdati sunt? Nouẽ autem illi ubi? Nõ sunt reperti qui redierint, ut darent gloriã Deo, nisi hic alienigena. Et ait illi: Surge, uade, fides tua te seruauit. Interrogatus autẽ à pharisæis, quando uenturum esset regnum Dei: respondit eis, & dixit, nõ ueniet regnũ Dei cũ obseruatione, ✶ neq; dicent, ecce hic, aut ecce illic. Ecce enim regnum Dei intra uos est. Et ait ad discipulos: ✶ Venient dies, quando desyderabitis uidere unũ dierum filij hominis, nec uidebitis. ✶ Et dicent uobis: Ecce hic, ecce illic. Nolite ire neq; sectemini. ✶ Nam sicut fulgur coruscans è regione quæ sub cœlo est, in alteram quæ sub cœlo est fulget: ita erit filius hominis in die suo. ✶ Sed prius oportet illũ multa pati, et reprobari à natione hac. ✶ Et sicut accidit in diebus Noë, ita erit & in diebus filij hominis, Edebant, bibebãt, uxores ducebant, & dabãtur nuptum ad eum usq; diem quo intrauit Noë in arcam, & uenit diluuiũ, & perdidit omnes. ✶ Consimiliter etiã sicut accidit in diebus Lot: Edebãt, bibebant, emebant, uendebant, plantabant, ædificabãt: Cæterum

202 V
203 IX
204 II
205 V
206 II
207 V
208 X

quo

Gene.19 quo die exijt Lot è Sodomis, pluit igni & sulphure de cœlo,
209 & oēs perdidit. Secundū hæc erit dies, quo filius hominis re
II uelatur. ✶ In illo die qui fuerit in tecto, & uasa eius in domo
210 ne descendat ad tollendum illa, & qui in agro, similiter non
X redeat ad relicta. ✶ Memores aūt estote uxoris Lot. ✶ Qui-
211 cunq; quæsierit animā suā seruare, perdet illā: & quicunq;
III perdiderit illam, uitā illi parabit. Dico uobis, ✶ in illa nocte
212 erūt duo in lecto uno: unus assumetur, alter relinquetur. Duæ
V erunt molentes simul: una assumetur, & altera relinquetur.
213 Et respōdentes, dicunt illi: Vbi domine? Qui dixit illis: ✶ Vbi-
V cunq; fuerit corpus, illuc cōgregabuntur & aquilæ.

CAPVT XVIII.

214 D ✶ Icebat autem & parabolam ad illos, huc spectantē
X quòd oporteret semper orare, nec desatigari, dicēs: Iu-
2. Thess. 3. dex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deum nō timebat,
nec hominem reuerebatur. Vidua autem quædam erat in ci-
uitate illa, & ueniebat ad eum, dicens: Vindica me de aduer-
sario meo. Et nolebat aliquandiu. Post hæc autem dixit intra
se: Quanquam Deum non timeo, nec hominem reuereor, ta-
men quia molesta est mihi hæc uidua, uindicabo illam, ne tan-
dem ueniens sugillet me. Ait autem dominus: Audite quid iu-
dex iniquus dicat: Deus autem non faciet uindictam electorū
suorum, clamantium ad se die ac nocte, etiam cum patiēs fu-
erit super illis? Dico uobis, quòd faciet uindictam illorum cito.
Veruntamen filius hominis cum uenerit, an reperturus est fi-
Duo homines dem in terra? Dixit autem & ad quosdam, qui in se confide-
bant, quòd essent iusti & aspernabantur cæteros, parabolā
istam. Duo homines ascendebāt in templum, ut præcarentur:
unus pharisæus, et alter publicanus. Pharisæus stās, hæc apud
se orabat:

se orabat: Deus gratias ago tibi, q̃ non sim sicut cæteri homi
nes, raptores, iniusti, adulteri, uelut etiam hic publicanus: ie-
iuno bis in sabbato: decimas do omniũ quæ possideo, Et pub-
licanus procul stans, nec oculos uolebat ad cœlum attollere,
sed pcutiebat pectus suũ. dicẽs: Deus propitius esto mihi pec
catori. Dico uobis: Descendit hic iustificatus in domũ suã ma
gis q̃ ille. ✶ Quia omnis qui se extollit, humiliabitur: & qui
se humiliat, extolletur. ✶ Afferebant autẽ ad eũ & infantes, 215
ut eos tangeret. Quod cũ uiderẽt discipuli, increpabãt illos. V
IESVS aũt cum illos ad se uocasset. dixit: Sinite pueros ueni- 216
re ad me & nolite uetare eos, talium est enim regnũ Dei. ✶ II
Amẽ dico uobis, quicunq; nõ acceperit regnũ Dei ueluti pu- 217
er, non intrabit in illud. ✶ Et interrogaut eũ quidã princeps, II
dicens: Magister bone, quid faciendũ mihi, ut consequar uitã 218
æternã? Dixit autẽ ei IESVS: Quid me dicis bonũ? Nemo bo II
nus, nisi solus Deus. Præcepta nosti. Non cõmittes adulteriũ.
nõ occides. nõ facies furtũ. nõ falsum testimoniũ dices. hono-
ra patrem tuum, & matrem tuam. At ille ait: Hæc omnia ser
uaui à iuuẽtute mea. ✶ Quo audito IESVS ait ei: Adhuc unũ 219
tibi deest. Omnia quæcunq; habes, uende & distribue paupe II
ribus, & habebis thesaurũ in cœlo, et ueni sequere me. ✶ His 220
ille auditis, mœrore affectus est, quia dives erat ualde. Vidẽs II
autem IESVS illum mœrore affectum, dixit: Quàm difficile
qui pecunias habent, in regnũ Dei intrabũt. Facilius est enim
camelum per foramen acus trãsire, quàm diuitem intrare in
regnum Dei. Et dixerunt qui audierant: Et quis potest saluus
fieri? At ille ait: Quæ impossibilia sunt apud homines, possi-
bilia sunt apud Deum. Ait autẽ Petrus: Ecce, nos reliquimus 221
omnia, ac secuti sumus te. Qui dixit eis. ✶ Amẽ dico uobis, II

nemo

nemo est qui reliquit domũ, aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut liberos propter regnum Dei, qui non recepturus sit multo plura in hoc tempore, & in sæculo uenturo uitã æternam. ✶ Assumpsit autem IESVS duodecim, & ait illis: Ecce
223 II ascendimus Hierosolymam, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus, & illudetur, & contumelijs afficietur, & conspuetur, & postquàm flagellauerint, occident eũ, ac die tertia re-
225 surget. ✶ Et ipsi nihil horum intellexerunt. Et erat uerbum
X istud absconditum ab eis, nec intelligebant quæ dicebãtur. ✶
224 Accidit autem cum appropinquaret Hierich o, cæcus quidam
II sedebat iuxta uiam, mendicans: & cum audiret turbã prætereuntem, interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autem ei, qd IESVS Nazarenus transiret: & clamauit, dicens: IESV fili Dauid, miserere mei. Et qui præibant, increpabant eum ut taceret. Ipse uero multo magis clamabat: Fili Dauid, miserere mei. Stans autem IESVS, iussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset, interrogauit illum, dicẽs: Quid tibi uis faciã? At ille dixit: Domine, ut uisum recipiam. Et IESVS, dixit ei: Recipito uisum. Fides tua te saluum reddidit. Et cõfestim uisum recepit, ac sequebatur illum, glorificans Deum. Et omnis plebs ut uidit, dedit laudem Deo.

CAPVT XIX.

225 X ✶ Et ingressus, pambulabat Hiericho. Et ecce uir nomine Zachæus, atq; is princeps erat publicanorũ, & idẽ erat diues, & quærebat uidere IESVM, quis esset: nec poterat præ turba, quòd statura pusillus esset. Et præcurrẽs ascẽdit in arborem Sycomorũ, ut uideret eum: nam illac erat trãsiturus. Et cum uenisset ad locum, suspiciens IESVS, uidit illũ, dixitq;

dixitq; ad eum: Zachæe, festinans descende, quia hodie domi tuæ oportet me manere. Et festinans descendit, & excepit illum gaudens. Cumq; uiderent omnes, murmurabant, dicētes, quòd ingressus esset apud hominem peccatorem diuersurus. Stans autem Zachæus, dixit ad dominum: Ecce dimidium bonorum meorum domine do pauperibus, & si quid aliquē de fraudaui, reddo quadruplum. Ait IESVS ad eum: Hodie salus domui huic contigit, eò quòd & ipsa filia sit Abrahæ. ✶ Venit enim filius hominis quærere & seruare q̄d perierat. ✶ Hæc illis audientibus, adijciens dixit parabolam, eo q̄d esset propè Hierosolymā, quodq; existimarēt fore, ut cōfestim regnū Dei manifestaretur. Dixit ergo: ✶ Homo quidam genere clarus, profectus est in regionē longinquā, ut acciperet sibi regnū, ac reuerteretur. Vocatis aūt decē seruis suis, ✶ dedit eis decem minas, & ait ad illos: Negociemini donec ueniā. Ciues autem eius oderant eum, miseruntq; legationem post illū, dicentes, Nolumus hunc regnare super nos. Et factum est ut rediret accepto regno, iussitq; uocari illos seruos ad se, quibus dederat pecuniā, ut sciret quantū quisq; negociatus esset. Venit autem primus, dicēs, Domine, mina tua decem minas acquisiuit. Et ait illi. Euge serue bone, qa in minimo fuisti fidelis, habeto potestatem super decem ciuitates. Et alter uenit, dicens, Domine, mina tua confecit qnq; minas. Et huic ait. Et tu præfectus esto quinq; ciuitatibus. Et alius uenit, dicēs, Domine, ecce mina tua quam habui repositam in sudario, timui enim te, q̄d homo austerus sis, tollis quod nō posuisti, & metis quod nō seminasti, Dicit ei, De ore tuo te iudicabo serue male, sciebas q̄d ego homo austerus sim, tollens q̄d nō posui, & metens quod non seminaui, & quare non dedisti pecu-

226 V
227 X
228 II
229 V

niam

niam meam ad mensam, & ego ueniens, cũ usuris utiq; exe-
gissem illã? Et astãtibus dixit: Auferte ab illo minam, & date
illi qui decem minas habet. Et dixerũt ei: Domine, habet de-
230 cem minas. ✶ Dico enim uobis. quòd omni habẽti dabitur: ab
II eo autem qui nõ habet, etiam quod habet, auferetur. ✶ Quin
231 inimicos meos illos, qui noluerunt me regnare super se, addu
V cite huc, & interficite ante me. ✶ Et his dictis, ibat pergens
232 ascendere Hierosolymã. Et factũ est cũ appropinquasset ad
II Bethphage, & Bethaniam iuxta montem, qui uocatur oliua-
rum, misit duos discipulos suos, dicens: Ite in castellum, qđ' ẽ
regione est. In quod introeũntes, inuenietis pullum asinæ alli
gatum, in quo nemo unquam hominum sedit: soluite illum &
adducite. Et si quis uos interrogauerit, quare soluitis, sic dice
233 tis ei: Quia dominus eo opus habet. ✶ Abierunt autẽ qui mis
II si erant, & inuenerunt sicut dixerat illis. Soluentibus autẽ il
lis pullum, dixerunt domini eius ad illos: Quare soluitis pul-
lũ? At illi dixerũt: Quia dominus eo habet opus. Et duxerũt
illum ad IESVM. Et iniectis uestimentis suis super pullũ, im-
234 posuerunt IESVM. ✶ Eunte autem illo, substernebãt uesti-
I menta sua in uia. Et cum appropinquaret iam ad descensum
montis oliuarũ, cœperunt omnis multitudo discipulorũ gau
dẽtes laudare Deum uoce magna super omnibus quas uide-
rant uirtutibus, dicentes: Benedictus qui uenit rex in nomine
235 domini, pax in cœlo, & gloria in altissimis. ✶ Et quidã pha-
V risæorũ è turba dixerunt ad illum: Magister, increpa discipu
los tuos. Quibus ipse ait: Dico uobis, qđ' si hi tacuerint, mox
236 lapides clamabunt. ✶ Et ut appropinquauit uidens ciuitatẽ,
X fleuit super illa, dicens: Si cognouisses & tu, & quidẽ in isto
✶ die tuo, quæ ad pacem tuã (pertinent, curares.) Nunc autem

absconditа

abſcondita ſunt ab oculis tuis. Quia ueniēt dies in te, & circundabunt te inimici tui uallo, & cingent te, & coangustabunt te undiq;, & ſolo æquabūt te, & filios tuos qui in te sūt ✶Et non relinquent in te lapidē ſuper lapidem: eò quod non cognoueris tempus uiſitationis tuæ. ✶Et ingreſſus in tēplum 237
cœpit eijcere uendētes in illo, & ementes, dicēs illis: Scriptū II
eſt: domus mea domus deprecationis eſt: uos aūt feciſtis illā 238
ſpeluncā latronū. Et docebat quotidie in tēplo. ✶ Principes I
autē ſacerdotum, & ſcribæ quærebāt illum perdere, & pri- 239
mores plebis, nec inueniebāt quid facerent: totus enim popu I
lus pendebat ab ore eius, cum audiret illum.

CAPVT XX.

E✶T factum eſt in uno dierum illorum, docente illo populum in templo, & euangelizante, conuenerunt prin 240
cipes ſacerdotum & ſcribæ cum ſenioribus: & aiunt illi, di- II
centes: Dic nobis, qua autoritate iſta facis? Aut quis eſt qui dedit tibi iſtam autoritatē? Reſpondens autē IESVS, dixit ad illos: interrogabo uos & ego unum quiddā, & reſpondete mihi: Baptiſmus Iohannis è cœlo erat, an ex hoibus? At illi cogitabāt ītra ſe, dicētes: Si dixerimus è cœlo, dicet, Quare ergo nō credidiſtis illi? Sin dixerimus: ex hominibus, plebs uniuerſa lapidabit nos, Perſuaſum enim habet Iohannē prophetā eſſe. Et reſponderūt ſe neſcire unde eſſet. Et IESVS ait illis: Neq; ego dico uobis, qua autoritate hæc faciā. ✶ Cœpit aūt 241
dicere ad plebem parabolā hanc: Homo quidā plantauit ui- II
neā, & locauit eā colonis, & ipſe peregre egit multo tempore. Cūq; eſſet opportunū, miſit ad colonos ſeruū, ut de fructu uineæ darent ipſi. Qui cæſum emiſerunt eum inanē. Et rurſus adhuc alterū ſeruū miſit: illi uero hunc quoq; cæſū, & cō

l tumelijs

tumelijs affectum emiserunt inanē. Et rursus misit & tertiū. At illi hunc quoq; uulneribus inflictis, eiecerunt. Dixit autem dominus uineæ: Quid faciam? Mittā filium meū dilectum: forsitan cum hunc uiderint, reuerebuntur. Quē cū uidissent coloni, cogitauerunt intra se, dicētes: Hic est hæres, uenite occidamus illū, ut nostra fiat hæreditas. Et eiectū illū extra uineā occiderunt. Quid ergo faciet illis dominus uineæ? Veniet & perdet colonos istos, & dabit uineā alijs. Quod cū audissēt
Psal. 117. dixerūt: Absit. Ille uero intuitus eos, ait: Quid est ergo hoc qd' scriptū est: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, is factus est caput anguli? Omnis qui ceciderit super illū lapidē conquassabitur: super quem autē ceciderit, comminuet illum
242 I * Et quærebant principes sacerdotū & scribæ inijcere in illum manus eadē hora, & timuerunt populum: Cognouerunt
243 II enim qd' in ipsos dixisset similitudinē hanc. * Et obseruātes, emiserunt insidiatores, qui se iustos simularēt, ut caperēt eū ex sermone, traderentq; illum principatui & potestati præsidis: Et interrogauerūt eū, dicētes: Magister, scimus quod recte dicis, ac doces, nec respicis personā, sed uiam Dei cū ueritate doces: Licet nobis tributum dare Cæsari, an non? Intellecta autem illorum uersutia, dixit ad eos: Quid me tentatis? Ostendite mihi denarium, cuius habet imaginem & inscriptionē? Respondentes dixerunt: Cæsaris. Et ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt dei, deo. Et nō potuerūt uerbum eius reprehendere coram populo: & mirati super responso eius, tacuerunt. Accesserunt autem quidā Sadducæorū, qui negant esse resurrectionē: & interrogauerunt eum, dicentes: Magister, Moses scripsit nobis: si cuius frater mortuus fuerit, habēs uxorem, is q; sine liberis mortuus fuerit,

erit,ut accipiat frater eius uxorẽ,& suscitet semen fratri suo
Septẽ ergo fratres erant,& primus accepit uxorem,ac mor
tuus est sine liberis.Et accepit secundus illam,& ipse mor=
tuus est sine liberis.Et tertius accepit illam,similiter & cæte
ri septẽ: nec reliquerunt liberos,& mortui sunt. Nouissime
omnium mortua est & mulier.in resurrectione ergo cuius
eorũ erit uxor?Siquidẽ septẽ habuerũt eã uxorẽ.Et respõdẽs
ait illi IESVS:Filij huius seculi ducunt uxores,& nuptum
dant,illi uero qui digni habebũtur sæculo illo,& resurrectio
ne ex mortuis,neq; ducunt uxores,neq; nuptum dant.neque
enim ultra mori possunt,æquales enĩ angelis sunt,& filij sũt
dei,cum sint filij resurrectionis.Quod uero resurgant mortui
& Moses ostendit iuxta rubum, cum dicit dominum deum
Abraham,& deũ Isaac,& deum Iacob. Deus autem nõ est
mortuorum,sed uiuorum,omnes enim illi uiuunt.Respondẽ
tes autem quidam scribarum,dixerunt:Magister,bene dixisti
*Et amplius non audebant eum quicquã interrogare. Dixit 244
autem ad illos:*Quomodo dicunt Christum filium esse Da= II
uid,& ipse Dauid dicit in libro psalmorũ: Dixit dominus do
mino meo,sede à dextris meis: donec posuero inimicos tuos 245
scabellum pedum tuorum? Dauid ergo dominum illum uocat II
& quomodo filius eius est?* Audiẽte uero cuncto popu'o,di Psal. 109.
xit discipulis suis:Cauete à scribis,qui uolunt ambulare in sto
lis,& amant salutationes in foris,ac primas cathedras in sy 246
nagogis, & primos discubitus in conuiuijs.*Qui deuorant II
domos uiduarum,simulantes longas preces,hi accipient dam
nationem maiorem. 247

CAPVT. XXI. VIII

RESpiciens autem uidit eos qui mittebãt munera sua in

gazophylacium diuites. Vidit autē & quandā uiduam pau-
perculam, mittentem illuc æra minuta duo, & dixit: Vere di
co uobis quod uidua hæc pauper plusquam omnes misit. Nā
omnes hi ex eo quod ipsis exuberat, miserunt in munera dei:
hæc autem ex penuria sua uniuersam substantiam quam ha-
249 bebat, misit. ✶ Et quibusdam dicentibus de templo, quod pul
II chris lapidibus ac donis ornatū esset. dixit: Ex his quæ uide-
tis uenient dies, in quibus non relinquetur lapis super lapidē,
249 qui non diruatur. ✶ Interrogauerunt autem illum dicentes:
II Præceptor, quando hæc erunt, & quod signum, quando ista
futura sint? At ille dixit: Videte, ne seducamini. Multi enī ue-
nient sub nomine meo, dicentes se esse Christum, & tempus
instat: ne igitur sequamini illos. Cæterum, cum audieritis bel
la & seditiones: nolite terreri: oportet enim prius hæc fieri,
sed non statim finis. Tunc dicebat illis: Insurget gens cōtra gen
tem, & regnum aduersus regnū, & terræmotus magni erūt
in singulis locis, & fames, ac pestilentiæ, terriculamentaq;
& signa de cœlo magna erunt. ✶ Sed ante hæc omnia inijci
250 ent uobis manus suas: & persequentur, tradentes in concilia
I bula & carceres: trahentes ad reges ac præsides propter no
men meum. Continget autem uobis in testimonium. Habete
251 igitur fixum in cordibus uestris, non esse præmeditandā de
II sensionem: nam ipse dabo uobis os & sapientiā, cui nō po
terunt contradicere, neq; resistere omnes qui aduersabuntur
uobis. Trademini autem etiam à parentibus & fratribus &
cognatis & amicis, & morte afficient quosdā ex uobis. Et
eritis inuisi omnibus propter nomen meum. Et pilus de capi
te uestro nō perit. Per patientiam uestram possidete animas
252 uestras. ✶ Cum autē uideritis circundari ab exercitibus Hie
X rosolymā

rosolymã,tunc scitote,quod immineat desolatio eius. ✶ Tũc 253
qui in Iudæa sunt,fugiant ad montes,& qui in medio eius,di II
cedant,& qui in regionibus,non intrent in eam:quia dies ul 254
tionis hi sunt,ut impleantur omnia quæ scripta sunt.✶Væ aũt II
prægnantibus,& mamma nutrientibus in illis diebus.✶Erit 255
enim afflictio magna super terrã,& ira in populo hoc. ✶Et II
cadent acie gladij,& captiui ducentur in omnes gentes. Et 256
Hierusalem calcabitur à gentibus,donec impleantur tempo X
ra gentiũ.✶Et erunt signa in sole & luna & stellis,& in ter 257
ris anxietas gentiũ per desperationẽ,resonante mari & flu= II
ctu,extabescentibus hominibus præ timore,& expectatione
eorũ quæ superuenient orbi terrarũ. Nã uirtutes cœlorũ mo 258
uebuntur:✶ & tunc uidebũt filiũ hominis uenientẽ in nube X
cum potestate & gloria magna.His autem fieri incipienti=
bus,suspicite & attollite capita uestra,quoniã appropinquat
redemptio uestra.Et dixit illis similitudinem:Videte ficum et
omnes arbores,cum protrudunt iam gemmas,cernentes ex
uobisipsis scitis,quod iam iã istet æstas. Ita & uos cũ uideritis
hæc fieri,scitote qd'inistet regnũ dei,Amẽ dico uobis,nõ præ
teribit ætas hæc,antequam oĩa facta fuerint.Cœlum & terra
transibunt,uerba autem mea non transibunt. ✶ Cauete autẽ 259
uobis,ne quandoq; grauentur corda uestra crapula & ebrie= X
tate,& curis huius uitæ,subitus q; uobis ingruat dies ille,tan
quam laqueus enim superueniet in omnes qui sedent super fa
ciem totius terræ.Vigilate itaq; omni tempore deprecantes,
ut liceat uobis effugere ista omnia quæ futura sunt,& stare
ante filiũ hominis.Docebat aũt interdiu in tẽplo:noctu uero
exiens,diuersabatur in monte qui uocatur oliuarũ.Et omnis
populus diluculo uẽiebat ad eum,ut in templo audiret eũ.

260 I ✶Nstabat autem dies festus azymorũ,qui dicitur pascha:
I ✶& quærebant principes sacerdotũ & scribæ,quomodo
261 eum interficerent:timebant enim plebem. ✶Intrauit autẽ sa
I tanas in Iudam,cui cognomẽ erat Iscariotes,qui erat ẽ nume
262 ro duodecim:✶abijtq; & locutus est cum principibus sacer=
IX dotum ac magistratibus,quemadmodũ illum traderet eis. Et
263 gauisi sunt,ac pacti sunt pecuniã illi se daturos.Et ille spo=spõ
II dit,quærebatq; opportunitatem, ut traderet illũ illis sine tur
ba.Venit autem dies azymorũ,in qua necesse erat immolari
pascha.Et misit Petrum ac Iohannem,dicens: Euntes parate
nobis pascha,ut edamus. At illi dixerũt ei: Vbi uis paremus?
Et dixit ad eos:Ecce introeuntibus uobis in ciuitatem,occur
ret homo,uas aquæ testaceũ portans, sequimini eũ in domũ
in quam intrat,& dicetis patrifamiliâs ædium: Dicit tibi ma
gister:ubi est diuersoriũ,ubi pascha cũ discipulis meis edam?
Et ipse ostendet uobis cœnaculũ magnũ stratum, ibi parate.
Eũtes autẽ inuenerũt sicut dixerat illis,& parauerũ pascha
264 Et cum tam esset tempestiuũ,accubuit:ac duodecim Apostoli
X cũ eo.Et ait illis:✶Desyderio desyderaui hoc pascha come
265 dere uobiscum anteq; patiar.Dico enim uobis, post hac non
II edam uitra ex eo,donec compleatur in regno Dei.✶Et acce
pto poculo,gratias egit,ac dixit:Accipite hoc & diuidite in
266 ter uos.Dico enim uobis,q; nõ bibã de fructu uitis,donec re=
I gnũ Dei ueniat.✶Et accepto pane,cũ gratias egisset,fregit,
267 ac dedit eis,dicens:Hoc est corpus meũ,qd' pro uobis datur,
II hoc facite in mei recordationẽ.✶Simiuiter & poculũ postq;
268 cœnauit,dicens:Hoc poculum,nouum testamentum per san=
II guinẽ meũ,qui pro uobis effunditur.✶Veruntamẽ ecce ma=

nus

nus prodentis me, mecum est in mensa. Et filius quidem hominis secundum quod definitum est, uadit, ueruntamē uæ homini illi per quē proditur. ✶Et ipsi cœperunt quærere inter sese, quis nam esset ex ipsis, q hoc facturus esset. ✶Facta est autē & cōtentio inter eos, quis eorum uideretur esse maior. 269 I

Dixit autē eis: Reges gentiū dominātur eis: & qui potestatē habent super eas, benefici uocantur. Vos autem non sic, sed qui maior est in uobis, fiat sicut iunior, & qui princeps est, sicut qui ministrat. ✶Nam uter maior est, qui accumbit, an qui ministrat? Nónne qui accumbit? Ät ego in medio uestrū sum, ut qui ministrat. 270 II 271 X

Vos autē estis qui permansistis mecū in tentationibus meis. Et ego dispono uobis, sicut dispositit mihi pater meus regnum: ut edatis & bibatis super mensam meā in regno meo: ✶& sedeatis super thronos, iudicātes duodecim tribus Israël. ✶Ait aūt dominus: Simon, Simon, ecce satanas expetiuit uos, ut cribraret sicut triticum: sed ego rogaui p te, ne deficiat fides tua: ✶& tu aliquando cōuersus cōfirma fratres tuos. At ille dixit ei: ✶Domine tecū paratus sum & in carcerem, & in mortē ire. At ille dixit: Dico tibi Petre, nō canet hodie gallus, priusq; ter abneges te nosse me. ✶Et dixit eis: 272 V 273 X 274 IX 275

Quando misi uos sine sacculo & pera & calciamentis, num quid defuit uobis? At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nūc, qui habet sacculum, tollat, similiter & peram: & qui nō habet, uendat tunicā suam, & emat gladiū. ✶Dico enim uobis: quoniam adhuc hoc quod scriptum est, oportet perfici in me: Et cum iniquis deputatus est. Etenim ea quæ sunt de me, finē habent. ✶At illi dixerūt: Domine, ecce duo gladij hic. At ille dixit eis: Satis ē. ✶Et egressus ibat, ut erat solitus, in montem oliuarum: secuti sunt autem illum & discipuli. Et cū per- 276 I 277 VIII 278 X 279 I

280 ueniſſet ad locũ, dixit illis. ✶ Orate, ne intretis in tentationẽ.
II Et ipſe auulſus eſt ab eis fermè ad iactũ lapidis, ✶ poſitusq;
281 genibus orabat, dicẽs: Pater, ſi uis, tranſfer poculũ hoc à me.
I ✶ Veruntamẽ nõ mea uoluntas, ſed tua fiat. ✶ Apparuit au
282 tem illi angelus de cœlo corroborãs eũ. Et correptus ango=
I re, plixius orabat. Et erat ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis de
283 currentes in terrã. Et cum ſurrexiſſet à deprecatione, ✶ ue=
X niſſetq; ad diſcipulos ſuos, reperit eos dormiẽtes præ mœſti=
284 tudine. Et ait illis: Quid dormitis? Surgite et orate, ne intre=
X tis in tentationẽ. Adhuc autem eo loquẽte, ✶ Ecce turba, &
285 q uocabatur Iudas, unus è duodecim, antecedebat eos, et ap
I propinquauit IESV, ✶ ut oſcularetur eũ. IESVS aũt dix
286 it illu: Iuda, oſculo filiũ hominis prodis? ✶ Videntes autem hi
II qui circa ipſum erant, quod futurũ erat, dixerũt ei: Domine,
287 percuciemus ne gladio? Et percuſſit unus ex illis ſeruum prin
I cipis ſacerdotũ, & amputauit auriculã eius dextram. ✶ Re
ſpondens aũt IESVS, ait: Sinite huc uſq;. Et cum tetigiſſet
auriculã eius, ſanauit eum. Dixit autem IESVS ad eos qui
288 uenerant ad ſe, principes ſacerdotum ac magiſtratus templi
X & ſeniores: Quaſi ad latronẽ exiſtis cum gladijs ac fuſtibus,
✶ cum quotidie uobiſcũ fuerim in templo, non extẽdiſtis ma
289 nus in me, ſed hæc eſt hora illa ueſtra, & poteſtas tenebrarũ.
I ✶ Cõprehenſum autem eum duxerunt, & induxerunt in do
290 mum principis ſacerdotũ. ✶ Petrus uero ſequebatur eminus.
I Cum autem accendiſſent ignẽ in medio aulæ, atq; unà conſe=
291 diſſent, ſedit & Petrus inter illos. Quem cũ uidiſſet ancilla
I quædam ſedentẽ ad lumen, defixis in illum oculis, dixit: Et hic
cum illo erat. At ille abneganit eũ, dicẽs: Mulier non noui il=
292 lum. ✶ Et poſt puſillum alius uidens eũ, dixit: Et tu de illis es.
I

Petrus

Petrus uero ait: Homo, non sũ. Et interuallo interiecto ferè
horæ unius, alius quidam affirmabat, dicẽs: Vere et hic cum
illo erat, nã & Galilæus est. Et ait Petrus: Homo, nescio quid
dicas. Et cõtinuo adhuc illo loquẽte, cecinit gallus. Et cõuer
sus dominus, intuitus est Petrum. ✶ Et recordatus est Petrus 295
sermonis domini, quomodo dixerat ipsi: priusquã gallus ceci II
nerit, ter me negabis. Et egressus foras Petrus fleuit amare.
✶Et uiri qui tenebãt IESVM, illudebãt ei, cædẽtes. Etcũ cir 294
cumtexissent eũ, percutiebant faciem eius. et interrogauerũt I
eũ, dicẽtes: Vaticinare, quis est ille q te percussit? Et alia mul 295
ta cõuiciãtes dicebãt in eũ. ✶ Atq; ut illuxit, cõuenerũt senio II
res plebis, & principes sacerdotũ et scribæ, & duxerũt illũ 296
in cõciliũ suũ, ✶ dicentes: Num tu es ille Christus? dic nobis. X
Et ait illis: Si uobis dixero, nõ credetis: quod si etiam interro 297
gauero, nõ respondebitis mihi, neq; dimittetis. ✶ Et hoc tẽ I
pore erit filius hois sedens à dextris uirtutis dei ✶ Dixerunt 298
aũt omnes: Tu ergo es filius dei? Qui ait: Vos dicitis me esse. X
✶ At illi dixerunt: Quid adhuc desyderamus testimoniũ? Ipsi 299
enim audiuimus ex ore ipsius. II

CAPVT XXIII.

300

ET ✶ surgens uniuersa multitudo eorũ, duxit illũ ad Pi I
latum. ✶ Cœperunt autem illum accusare, dicẽtes: Hũc 301
deprehendimus euertentem gentem ac uetantem tributa da IX
re Cæsari, dicentem se Christũ regem esse. ✶ Pilatus aũt in 302
terrogauit eum, dicens: Tu es ille rex Iudæorũ? At ille respon I
dens illi, ait: Tu dicis. Ait autẽ Pilatus ad principes sacerdo 303
tum & turbas: ✶ Nihil inuenio noxiæ in hoc homine. ✶ At il IX
li inualescebãt, dicẽtes: Cõmouet populũ, docens per uniuer 304
sam Iudæam, exorsus à Galilæa usq; ad hunc locum. Pilatus X

autẽ audita mentione Galilææ, interrogauit, num homo Galilæus esset. Et ut cognouit quod ad Herodis dittonẽ pti-
neret, remisit eũ ad Herodẽ, qui & ipse Hierosolymis erat per id
tempus. Herodes aũt uiso IESV, gauisus est ualde. Tenebatur enim multo iam tempore cupiditate uidendi illum, eo qđ
audiret multa de eo, & sperabat se signũ aliquod uisurũ ab
eo fieri. Interrogabat autem eum multis sermonibus. At ipse
305 nihil illi respõdebat. ✶ Stabant autẽ principes sacerdotũ &
II scribæ acriter accusantes eum. ✶ Spreuit autẽ illũ Herodes
306 cum exercitibus suis, cumq; illusisset indutũ uestẽ splendida,
X remisit ad Pilatũ. Et facti sunt amici inter sese Pilatus & Herodes in eodem die: nam antea simultas inter eos intercesserat. Pilatus autẽ cõuocatis principibus sacerdotũ, & magi-
stratibus, ac plebe, dixit ad illos: Obtulistis mihi hũc hominẽ
307 IX quasi auertentẽ populũ: & ecce ego corã uobis interrogãs,
308 ✶ nullum crimen inuenio in homine isto ex ijs de quibus ac-
X cusatis eum, sed ne Herodes quidem: ✶ nam remisi uos ad illum: & ecce nihil dignum morte actum est ei. Emendatũ er-
309 go illum dimittam. ✶ Necesse autem habebat dimittere eis in
II festo unum. ✶ Exclamauit autem simul uniuersa turba, dicẽs:
310 I Tolle hunc, & dimitte nobis Barraban, qui erat propter sedi-
311 tionem quandam factam in ciuitate, & homicidium, conie-
I ctus in carcerem. ✶ Iterum autem Pilatus locutus est ad eos,
312 uolens dimittere IESVM. At illi clamabãt, dicentes: Cruci-
IX fige crucifige eũ. ✶ Ille autẽ tertio dixit ad illos: Quid enim
313 mali fecit hic? Nullum crimen capitale comperio in eo, casti-
I gatũ ergo dimittã illum. ✶ At illi instabant uocibus magnis:
314 postulantes ut crucifigeretur, & inualescebãt uoces eorum,
I ac summorum sacerdotum. ✶ Et Pilatus adiudicauit, ut fieret

quod

quod illi postulabãt. Dimisit autem illis eum, qui propter se-
ditionem & homicidiũ cõiectus fuerat in carcerẽ, quem po-
poscerãt: IESVM uero tradidit arbitrio eorũ. ✶Et cũ ab- 315
ducerent eum, apprehenderunt Simonem quẽdam Cyrenen I
sem, uenientem è rure, & imposuerũt illi crucem, ut portaret
post IESVM. ✶Sequebatur autẽ illũ multa turba populi ac 316
mulierũ, quæ plangebãt & lamentabantur eum. Cõuersus au X
tem ad illas IESVS, dixit: Filiæ Hierusalem, nolite flere sup
me, sed super uobismetipsis flete, & super filijs uestris: quoniã ec- Esa. 54.
ce uenient dies, in quibus dicẽt: Beatæ steriles, & uentres qui Oseæ. 10
non genuerunt, & ubera quæ non lactauerunt. Tunc incipi- 317
ent dicere montibus: Cadite super nos, & collibus operite nos. I
Quia si in humido ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? ✶Du 318
cebantur autem & alij duo facinorosi cum eo, ut interfice- I
rentur. ✶Et postq̃ uenerunt in locum, qui uocatur Caluaria. 319
ibi crucifixerunt eũ, ✶& facinorosos: unũ à dextris, alterũ à I
sinistris. ✶IESVS autem dicebat: Pater, remitte illis, nescium 320
enim quid faciãt. ✶Diuidentes uero uestimenta eius, miserũt X
sortem. ✶Et stabat populus spectãs: & deridebãt eũ princi 321
pes cũ eis, dicẽtes: Alios seruauit, seruet seipsum, si hic est il- I
le Christus, ille Dei electus. ✶Illudebãt aũt ei, & milites acce 322
dentes, & acetum offerentes ei, dicentes q̃: Si tu es ille rex Iu II
dæorum, saluũ te fac. ✶Erat autẽ & inscriptio scripta super 323
eũ literis Græcis, & latinis, & Hebraicis: Hic est rex Iudæo- II
rum. ✶Vnus autẽ de his qui erant suspensi facinorosorũ, cõ 324
uicia dicebat in eũ, dicens: Si tu es Christus, serua teipsum & I
nos. ✶Respõdens autem alter, increpabat eum, dicens: Ne ti 325
mes quidem tu Deũ, qd' in eadem damnatione es? Et nos qui- II
dem iuste: nam digna factis recipimus, hic uero nihil mali ge- 326
sit. Et dicebat ad IESVM: Domine, memẽto mei, cum uenc- X

327 ris in regnũ tuũ. Et dixit illi IESVS: Amẽ dico tibi, hodie mecũ
II eris in paradiſo. ✶ Erat autẽ ferè hora ſexta, & tenebræ
328 factæ ſunt ſup totã terrã uſq; ad horã nonã: & obſcuratus eſt
II ſol: ✶ & uelũ tẽpli ſciſſum eſt mediũ. ✶ Et cũ clamaſſet uoce
329 magna IESVS, ait: Pater, in manus tuas cõmendabo ſpiritum
I meũ. Et hæc cũ dixiſſet, expirauit. ✶ Cũ uidiſſet aũt Cẽturio,
Pſal. 30. qd' accidit, glorificauit Deũ, dicẽs: Vere hic homo iuſtus erat
330 ✶ Et oẽs turbæ eorũ, qui ſimul acceſſerãt ad ſpectaculũ iſtud
II & uiderãt quæ cõtingebant, percutientes pectora ſua, reuer
331 tebãtur. Stabãt aũt oẽs noti eius procul, & mulieres quæ ſe-
X cutæ eũ erãt à Galilæa, hæc uidẽtes. ✶ Et ecce uir nomine Io
332 ſeph, decurio, qui erat uir bonus ac iuſtus, hic non cõſenſerat
I cõſilio ac facto eorũ, oriũdus ab Arimathæa ciuitate Iudæo-
rũ, qui expectabat & ipſe regnũ Dei: hic acceſſit ad Pilatũ,
333 & poſtulauit corpus IESV: ✶ & depoſitũ inuoluit ſindoni,
I et poſuit illud in monumẽto qd' erat in lapide exciſum, in quo
334 nondũ quiſq; poſitus fuerat. ✶ Et dies erat paraſceue, & ſab
X batũ illuceſcebat. Subſecutæ aũt mulieres quæ cũ eo uenerãt
de Galilæa, uiderũt monumẽtũ, & quemadmodũ poſitũ erat
335 corpus eius. ✶ Reuerſæ uero, parauerũt aromata & unguẽ-
VIII ta, ac ſabbato quidem quieuerunt ſecundum præceptum.

CAPVT XXIIII.

336 ✶ No aũt ſabbatorũ profundo diluculo uenerũt ad mo
I numentũ, portãtes quæ parauerãt aromata, & nõnullæ cum
illis. Repererũt aũt lapidẽ reuolutũ à monumẽto: & ingreſ
ſæ, nõ inuenerũt corpus domini IESV. Et factũ eſt, dũ mente
cõſternatæ eſſent de hoc, ecce duo uiri ſteterunt iuxta illas in
337 ueſtibus fulgurãtibus. ✶ Cũ expauiſſent autẽ, & declinarent
II uultũ in terrã, dixerũt ad illas: Quid quæritis uiuentẽ cũ mor-
tuis?

tuis? Nõ est hic, sed surrexit. Recordamini ut dixerit uobis cũ adhuc in Galilæa esset, dicẽs: qd' oportuerit filium hoïs tradi in manus hominũ peccatorũ, & crucifigi, & die tertio resurgere. Et recordatæ sunt uerborũ eius, ✕ & regressæ à monumẽto, nũciauerũt hæc oĩa illis undecim, & cæteris omnibus. 338 II
Erat aũt Maria Magdalene, & Ioanna, & Maria Iacobi, & 339
cæteræ quæ cũ eis erãt, quæ dicebãt ad apostolos hæc. Et uisa X
sunt apud illos ceu deliramentũ uerba illarũ, neq; crediderũt illis. Petrus aũt surgẽs, cucurrit ad monumentũ: & prospiciens, uidit linteamina sola posita, et abijt, apud semetipsum mirans qd' acciderat. ✕ Et ecce duo ex illis ibãt eodẽ die in castellũ, qd' aberat spacio stadiorũ sexaginta ab Hierosolymis, 340
noïe Emaus: & ipsi cõfabulabãtur inter se de his oĩbus quæ acciderãt. Et factũ est dũ cõfabularẽtur ac disputarẽt, et ipse VIII
IESVS appropinquãs ibat unà cũ illis. Cæterũ oculi illorum tenebãtur, ne eũ agnoscerẽt. Et ait ad illos: Qui sunt hi sermones, quos cõfertis inter uos ambulãtes, & estis tristes? Ac respõdens unus, cui nomẽ Cleopas, dixit ei: Tu solus peregrinus es Hierosolymis, neq; cognouisti quæ facta sunt illic his diebus? Quibus ille dixit: Quæ? Et dixerũt ei. De IESV Nazaræno, qui fuit uir propheta, potẽs opere & sermone corã Deo & toto populo: & quomodo eum tradiderũt summi sacerdotes & principes nostri in cõdemnationem mortis, & crucifixerũt eũ. Nos aũt sperabamus eũ esse illũ qui redempturus esset Israël. Atqui super hæc oĩa tertius dies est hodie qd' hæc facta sunt. Sed & mulieres quædã ex nobis attonitos reddidere nos, quæ diluculo puenerũt ad monumentũ, & nõ inuento corpe eius uenerunt, dicẽtes se etiã uisionẽ angelorum uidisse, qui dicerẽt eũ uiuere. Et abierũt quidã eorũ, qui

erant

erãt nobiſcũ ad monumentũ, & ita repererũt ſicut mulieres dixerãt: ipſum uero nõ uiderũt. Et ipſe dixit ad eos: O ſtulti ac tardi corde ad credendũ in oĩbus quæ locuti ſunt pphetæ. Nõne hæc oportuit pati Chriſtũ, & intrare in gloriã ſuã? Et exorſus à Moſe & oĩbus prophetis, interpretabatur illis in oĩbus ſcripturis quæ de ipſo erãt. Et appropinquauerũt caſtello quò ibant, & ipſe præ ſe ferebat ſe longius ire. Et coëgerũt illũ, dicẽtes: Mane nobiſcũ, quoniã uergit ad ueſperã, & inclinatus eſt dies. Et intrauit ut maneret cũ illis. Et factũ eſt dũ accũberet cũ eis, accepit panẽ, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti ſunt oculi eorũ, & agnouerunt eũ, & ipſe euanuit à cõſpectu eorũ. Et dixerũt inter ſe: Nõne cor noſtrũ ardebat in nobis, dũ loqueretur nobis in uia, et aperiret nobis ſcripturas? Et ſurgentes eadem hora regreſſi ſunt Hieroſolymã, & inuenerũt cõgregatos undecim, et eos qui cũ illis erãt, dicẽtes: Surrexit dominus uere, & apparuit Simoni. Et illi narrabãt quæ geſta erant in uia: & quomodo
341 fuiſſet agnitus ipſis ex fractione panis. ✱ Dũ autẽ hæc loquũ-
IX tur, ſtetit IESVS ipſe in medio eorũ, & dicit eis: Pax uobis. Expauefacti uero & conterriti, exiſtimabãt ſe ſpiritũ uidere, & dixit eis: Quid turbati eſtis, & cogitatiões aſcendũt in cordibus ueſtris? Videte manus meas & pedes meos, qa ego ipſe ſum. Cõtrectate me & uidete, qa ſpũs carnẽ & oſſa nõ habet, ſicut me uidetis habere. Et cũ hæc dixiſſet, oſtẽdit eis
342 manus ac pedes. ✱ Adhuc autẽ illis nõ credentibus præ gau-
X dio & mirãtibus, dixit eis: Habetis hic aliqd edulij? At illi obtulerũt ei partẽ piſcis aſſi, & aliquid de fauo apiario. Et ac-
343 cepit, & in cõſpectu illorum comedit. ✱ Et dixit ad eos: Hæc
X ſunt uerba quæ locutus ſum ad uos, cũ adhuc eſſem uobiſcũ,

quod

Eſaiæ: 53.
Deut. 18.
Propheta ſuſcitabit uobis deus de fratribus ueſtris ſicut me ipſum

quod necesse foret impleri oĩa quæ scripta sunt in lege Mosi, & pphetis, & psalmis de me. Tunc aperuit illorũ mentẽ, ut intelligerẽt scripturas, & dixit eis: Sic scriptũ ẽ, & sic oportebat Christũ pati, & resurgere à mortuis tertio die, & prædicari noie eius pœnitentiã, ac remissionẽ peccatorũ in oẽs Gentes, initio facto ab Hierosolymis. Vos autẽ estis testes horũ. Et ecce ego mitto promissum patris mei sup uos. Vos aũt sedete in ciuitate Hierusalẽ, quo adusq; induamini uirtute ex alto. Eduxit aũt foras usq; in Bethaniã, & sublatis in altũ manibus suis, benedixit eis. Et factũ est dũ benediceret illis, recessit ab eis, ac ferebatur in cœlũ. Et ipsi adorato eo, regressi sunt Hierosolymã cũ gaudio magno, et erãt semp in templo, laudantes & benedicentes Deum. AMEN. Actuum. 2.

FINIS.

VITA SANCTI IOHANNIS PER D. HIERONYMVM.

IOHANNES APOSTOLVS, quem IESVS amauit plurimum, filius Zebedæi frater Iacobi Apostoli, quem Herodes post passionem domini decollauerat, nouissimus omniũ scripsit Euangeliũ, rogatus ab Asiæ episcopis aduersus Cerinthũ, aliosq; hæreticos, & maxime tunc Ebionitarũ dogma cõsurgens, qui asserunt Christũ ante Mariã

Mariam non fuisse. Vnde & compulsus est diuinã eius nati-
uitatẽ edicere. Sed & aliam caussam huius scripturæ ferũt:
quod cum legissẽt Matthæi, Marci, & Lucæ uolumina, pba-
uerit qdem textũ historiæ, & uera eos dixisse firmauerit, sed
unius tantũ anni, in quo & passus est post carcerẽ Iohannis
historiã texuisse. Prætermisso itaq; anno, cuius acta à tribus
exposita fuerãt, superioris tẽporis anteq̃ Iohãnes clauderetur
in carcerẽ, gesta narrauit: sicut manifestũ esse poterit ijs, qui
diligenter quatuor Euangeliorũ uolumina legerint. Quæ res
etiã διαφωνίαν, quæ uidetur Iohãnis esse cum cæteris, tollit.
Scripsit autẽ & unam epistolã, cuius exordiũ est: Quod fuit
ab initio, qd' audiuimus & uidimus oculis nostris: qd' perspe
ximus, & manus nostræ cõtrectauerũt de uerbo uitæ, quæ ab
uniuersis ecclesiasticis & eruditis uiris pbatur. Reliquæ aũt
duæ, quarũ principiũ est: Senior electæ dominæ & natis eius:
& sequentis: Senior Caio charissimo, quẽ ego diligo in ueri
tate: Iohannis præsbyteri asseruntur, cuius & hodie alterum
sepulchrum apud Ephesum ostẽditur: & nõnulli putãt duas
memorias eiusdẽ Iohãnis Euãgelistæ esse, sup quare cũ p or
dinẽ ad Papiã auditorẽ eius uentũ fuerit, disseremus. Quar-
todecimo igitur anno, secundã post Neronẽ persequutionẽ,
mouẽte Domitiano, in Patmos insulã relegatus, scripsit Apo
calypsim, quam interpretãtur Iustinus martyr, & Hirenæus.
Interfecto aũt Domitiano, & actis eius ob nimiã crudelitatẽ
à senatu rescissis, sub Pertinace pricipe redit Ephesum, ibi-
q; usq; ad Traianũ principẽ perseuerãs, totas Asiæ fundauit
rexitq; ecclesias, & confectus senio, sexagesimo octauo post
passionẽ domini anno, mortuus iuxta eãdẽ urbẽ sepultus est.

FINIS.

Euangeliũ

EVANGELIVM
SECVNDVM IOHANNEM.

✶ N PRINCIPIO ERAT SERMO & sermo erat apud Deum, & Deus erat ille sermo. Hic erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine eo factum est nihil, quod factum est: In ipso uita erat, & uita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet & tenebræ eam non apprehẽderũt. ✶ Erat homo missus à deo, cui nomen Iohannes. Hic uenit ad testificandũ, ut testaretur de luce, ut omnes crederent per ipsum. Non erat ille lux illa, sed missus erat, ut testaretur de luce. ✶ Erat lux illa, lux uera: quæ illuminat omnem hominẽ uenientẽ in mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mũdus eum non cognouit. ✶ In sua uenit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis ut fierent filios dei fieri, (uidelicet) his qui credidissent in nomen ipsius Qui non ex sanguinibus, neq; ex uolũtate carnis: neq; ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt. ✶ Et sermo ille caro factus est, & habitauit in nobis: & conspeximus gloriam eius, gloriam uelut unigeniti à patre: plenus gratia & ueritate: Iohãnes testificatur de ipso, & clamat, dicens: ✶ Hic erat de quo dicebam, qui cum me sequeretur, anteceſsit me: quia prior me erat. ✶ Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratiã, quia lex per Mosen data est: gratia et ueritas per IESVM Christum exorta est. ✶ Deũ nemo uidit unquam: Vnigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarra

1 III
2 III
3 III
4 X ✶
5 III
6 I
7 X
8 III

Rō 5. grā dei, et donū in grā unius hois Iesu Chri.

gratiã & gratia. ut diligit ite nos diligimus. uit sumus & fidem, ita hęc gratia sine fauore dei, nos aliter ex pilim, & diligit, et accepimus nos, et nostra oia, ãgli gratia. Veritas & veritas iustitia erudio & & spũ sum sanctificat corda nostra, et facit ea nostra, | ꝺ̃ nostra nouis vitę | nouũ lumen.

9 uit. ✶Et hoc est testimonium Iohannis, quando miserant Iu-
X dæi ab Hierosolymis sacerdotes & leuitas. ut interrogarent
eum: tu quis es? Et confessus est, & non negauit. Et cõfessus
✶ est (inquiens) non sum ego Christus. Et interrogauerũt eum
Quid ergo? Helias es tu? Et dicit: Non sum. Es tu propheta
ille? Et respondit: Non. Dixerunt ergo ei: Quis es, ut respon
sum demus ijs qui miserunt nos? Quid dicis de te ipso? Ait: ✶
10 Ego uox clamantis in deserto: dirigite uiam domini: sicut di-
I xit Esaias propheta: ✶Et qui missi fuerant, erãt ex pharisæ-
Esa. 40. is. Et interrogauerũt eum, ac dixerunt ei: Cur ergo baptizas,
11 si tu nõ es Christus, neq; Helias, neq; propheta? Respõdit eis
X Iohãnes, dicens: ✶Ego baptizo aqua: sed ĩ medio uestrũ stat,
12 quem uos nescitis. Ipse est qui cum me sequeretur, anteceßit
I me: cuius ego non sum dignus ut soluam corrigiam calciamẽ
13 ti. ✶Hæc in Bethabara facta sunt trans Iordanem, ubi Iohã
X nes baptizabat. Postero die uidet Iohannes IESVM uenien-
14 tem ad se, & ait: Ecce agnus ille dei, qui tollit peccatum mũ
I di. ✶Hic est de quo dicebam: Post me uenit uir, qui me ante-
15 ceßit: quia prior me erat, & ego nesciebam eum, sed ut mani
I festus fiat Israëli, propterea ueni ego aqua baptizans. ✶Et
testificatus est Iohannes, dicens: Vidi spiritum descendentem
specie columbæ de cœlo, & mansit super eum, & ego nõ no
ueram eum: sed qui misit me, ut baptizarem aqua, is mihi di-
xit: Super quem uideris spiritum descendentem ac manentẽ
super eum, hic est qui baptizat spiritu sancto. Et ego uidi, et
16 testificatus sum hunc esse filium dei. ✶Postero die iterum sta-
X bat Iohannes, & ex discipulis eius duo, & intuitus IESVM
ambulantem, dicit: Ecce agnus ille dei. Et audierunt eum duo
discipuli loquentẽ, & secuti sunt IESVM. Conuersus aũt IE

SVS,& cõspicatus eos sequẽtes se,dicit eis:Quid quæritis? Qui dixerũt ei:Rabbi,qd̃ dicitur,si interpreteris, magister, ubi habitas? Dicit eis:Venite & uidete. Venerunt,uiderũtq; ubi maneret. Et apud eum manserunt die illo:hora autẽ erat fermè decima. Erat Andreas frater Simonis Petri, unus ex duobus qui audierant à Iohanne,& secuti fuerãt eum. Reperit hic prior fratrẽ suũ Simonẽ,& dicit ei,inuenimus Messiã:qd̃ est,si interpreteris,unctus. Et adduxit eũ ad IESVM. ✶Intuitus eũ IESVS,dixit:Tu es Simon filius Iona,tu uocaberis Cephas:qd sonat,si interpreteris,lapis. ✶Postero die 17
uoluit IESVS exire in Galilæam,& repperit Philippum,& I
dicit ei:Sequere me. Erat aũt Philippus à Betsaida ciuitate 18
Andreæ & Petri. Reperit Philippus Nathanaël,& dicit ei: X
De quo scripsit Moses in lege & prophetæ, inuenimus IESVM filium Ioseph Nazarænum. Et dixit ei Nathanaël: A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus: Veni & uide. Vidit IESVS Nathanaël uenientem ad se,& dicit de eo:Ecce uere Israelita,in quo dolus non est. Dicit ei Nathanaël:Vnde me nosti? Respondit IESVS,& dixit ei: Priusquã te Philippus uocaret,cũ esses sub ficu,uidebam te. Respondit Nathanaël & ait ei:Rabbi,tu es ille filius dei, tu es ille rex Israël. Respondit IESVS,& dixit ei:Quia dixi tibi,uidebam te sub ficu,credis:maiora his uidebis. Et dicit ei:Amen amen dico uobis:posthac uidebitis cœlum apertum,& angelos dei ascendentes ac descendentes super filium hominis.

CAPVT. II.

ET die tertia nuptiæ fiebãt in Cana Galilææ,& erat mater IESV ibi. Vocatus est autem & IESVS,ac discipuli eius ad nuptias. Et ubi defecisset uinũ,dicit mater IESV ad

eum. Vinum non habent. Dicit ei IESVS: Quid mihi tecũ
est mulier? nondum uenit hora mea. Dicit mater eius mini-
stris. Quodcunq; dixerit uobis, facite. Erant autẽ ibi lapideæ
hydriæ sex positæ secundũ purificationem iudæorum, capien
tes singulæ metretas binas aut ternas. Dicit ei IESVS: Im-
plete hydrias aqua. Et impleuerunt eas usq; ad summũ. Et di
cit eis: Infundite nũc, & ferte architriclino: & tulerũt, Post
quam autem gustasset architriclinus aquã in uinum uersam,
neq; sciret unde esset, sed ministri sciebãt, q hauserant aquam
uocat sponsum, & dicit ei: Omnis homo primo loco bonũ ui
num ponit, & cũ inebriati fuerint, tunc id quod deterius est
Tu seruasti bonum uinũ usq; ad hoc tẽpus. Hoc ædidit initiũ
signorum IESVS in Cana Galilææ, & manifestauit gloriã
19 suam, & crediderũt in eum discipuli eius. ✶ Post hæc descẽ-
VII dit Capernaũ ipse & mater eius, & frater eius, & discipuli
20 eius, & ibi manserunt non multis diebus. ✶ Et in propinquo
I erat pascha Iudæorũ, & ascendit IESVS Hierosolymã. ✶ &
21 reperit in templo eos qui uendebant boues & oues & colũ
I bas, & numularios sedentes. Et cum feciſſet flagellum ẽ funi
culis, omnes eiecit è templo, oues simul ac boues, & numu-
lariorũ effudit æs, mensas q; subuertit. Et his q columbas uen
debant, dixit: auferte ista hinc, nec facite domũ patris mei,
22 domum mercatus. ✶ Recordati uero sunt discipuli eius, quod
X scriptũ est: Zelus domus tuæ exedit me. Respõderũt ergo Iu
23 dæi, & dixerunt ei. ✶ Quod signum ostẽdis nobis, quod ista
IIII facias? Respondit IESVS, & dixit eis: ✶ Destruite templum
24 hoc, & in tribus diebus erigam illud. Dixerunt ergo Iudæi:
X Quadraginta & sex annis extructum est templũ hoc, & tu
in tribus diebus eriges illud? At ille dicebat de templo corpo-

ris sui

ris sui. Cum ergo resurrexisset è mortuis, recordati sunt discipuli eius, quod hoc dixisset eis, & crediderunt scripturæ, & sermoni quem dixerat IESVS. Cum autè esset Hierosolymis in paschâ in die festo, multi crediderunt in nomen eius, uidentes signa eius quæ ædebat. Ipse autem IESVS non credebat semetipsum eis, eo quod ipse nosset omnes, nec opus haberet ut quisquam testaretur de homine. Ipse enim sciebat, quid esset in homine.

CAPVT. III.

ERat autem homo ex Pharisæis, Nicodemus nomine, princeps Iudæorum: hic uenit ad IESVM nocte, & dixit ei: Rabbi, scimus quod à deo ueneris magister. Nemo enim põt hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit deus cum eo. Respõdit IESVS, & dixit ei: Amen amen dico tibi, nisi quis natus fuerit è supernis, non potest uidere regnum dei. Dicit ad eũ Nicodemus: Quomodo potest homo nasci cũ sit senex? Nũ potest in uentrem matris suæ iterũ introire, ac nasci? Respondit IESVS: Amẽ amẽ dico tibi: nisi quis natus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnũ Dei. Quod natum est ex carne, caro est: & quod natũ est ex spiritu, spiritus est. Ne mireris, quod dixi tibi, oportet uos nasci è supernis. Spiritus ubi uult spirat, & uocẽ eius audis, sed nescis, unde ueniat, & quò uadat. Sic est omnis qui natus est è spiritu. Respondit Nicodemus, & dixit ei: Quomodo possunt hæc fieri? Respõdit IESVS, & dixit ei: Tu es ille magister Israëlis, et hæc ignoras Amen amen dico tibi: quod scimus loquimur, & qd' uidimus, testamur: & testimoniũ nostrũ non accipitis: Si terrena dixi uobis, & non creditis, quomodo si dixero uobis cœlestia credituri sitis? Et nemo ascendit in cœlũ, nisi q descẽdit è cœlo, fi

1.Iohan.4 lius hominis,qui est in cœlo/ Et sicut Moses exaltauit serpẽtẽ
in deserto,ita exaltari oportet filium hominis,ut omnis q̃ cre
dit in eum,non pereat,sed habeat uitã æternã/ Sic enim Deus
1.Iohann.4 dilexit mundũ,ut filium suum unigenitum daret:ut omnis qui
credit in eum, non pereat,sed habeat uitam æternã. Nõ enim
misit deus filium suum in mundum,ut condemnet mundum,
sed ut seruetur mundus per eum. Qui credit in eum,non cõ
demnatur. Qui uero non credit,iam condemnatus est, quia
non credidit in nomẽ unigeniti filij dei. Hæc est autem con=
demnatio,qd̃ lux uenit in mundum, & dilexerũt hoĩes magis
tenebras,quàm lucẽ. Erãt enĩ eorũ mala opera. Omnis enĩ
qui mala agit,odit lucem:nec uenit ad lucem, ne arguantur
opera ipsius. Qui autem operatur ueritatem,uenit ad lucem
ut cõspicua fiant facta ipsius,quod per Deum sint facta. Post
hæc uenit IESVS & discipuli eius in terram Iudæam, & il=
25 lic morabatur cum eis,ac baptizabat. ✶ Baptizabat autẽ &
III Iohannes in Aennon iuxta Salim:quia aquæ multæ erãt illic
26 & ueniebãt ac baptizabãtur. ✶ Nondũ enĩ cõiectus fuerat
Orta est quæ ℔ IIII Iohannes in carcerẽ. ✶ Orta est autẽ quæstio ex discipulis Io
27 hannis cum Iudæis de purificatione. Et uenerũt ad Iohannẽ,
X & dixerũt ei:Rabbi q̃ erat tecũ trans Iordanẽ,cui tu testimo
nium perhibuisti:ecce is baptizat, & omnes ueniunt ad eũ.
Respondit Iohãnes,& dixit:Non potest homo accipere qc=
quam.nisi fuerit ei datũ ẽ cœlo. Ipsi uos testes estis, qd̃ dixe=
28 rim:✶ non sum ego Christus,sed missus sum ante illũ. ✶ Qui
I habet sponsam,sponsus est,amicus aũt sponsi, q̃ stat & au=
29 dit eum,gaudio gaudet propter uocem sponsi,hoc ergo gau=
X diũ meũ impletũ est,illum oportet crescere,me uero minui.
Qui ẽ supernis uenit,supra omnes est. Qui ẽ terra ꝓfectus
est,

est, terrenus est, & è terra loquitur. Qui è cœlo uenit, supra Roma. 3.
oēs est, & qd' uidit & audiuit, hoc testatur, & testimoniū
eius nemo accipit. Qui accepit eius testimoniū: is obsigna-
uit, qd' deus uerax sit. Nā is quē misit deus, uerba dei loqtur.
Non enī huic ad mensurā dat deus spiritū. ✶ Pater diligit 30
filiū, & oīa dedit illi in manum. ✶ Qui credit filio habet ui- III
tam æternam: qui uero non credit filio, non uidebit uitā, sed 31
ira dei manet super eum. CAPVT IIII. X

VT ergo cognouit dominus audisse pharisæos q̄ IESVS
plures discipulos faceret, & baptizaret, q̄ Iohannes,
quanq̄ IESVS ipse non baptizaret, sed discipuli eius. ✶ re 32
liquit Iudæam, & abijt iterum in Galilæam. ✶ Oportebat VII
autem eum transire per Samariam. Venit ergo in ciuitatem 33
Samariæ, quæ dicitur Sichar. iuxta prædiū, qd' dedit Iacob X
Ioseph filio suo. Erat aūt ibi fons Iacob. IESVS ergo fatiga
tus ex itinere, sedebat sic sup fontē. Hora erat fermè sexta:
uenit mulier Samaritana, ut hauriret aquā. Dicit ei IESVS
Da mihi qd' bibam. Nam discipuli eius abierāt in ciuitatem,
ut cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: Quo
modo tu Iudæus cum sis, potum à me poscis, quæ sum mulier
Samaritana? Non enim cōmertium habent Iudæi cum Sama
ritanis. Respondit IESVS, & dixit ei: Si scires donū Dei,
& quis sit qui dicit tibi: Da mihi quod bibā, tu petisses ab eo,
& dedisset tibi aquam uiuam. Dicit ei mulier: Domine, neq;
quo haurias, habes, & puteus profundus est: unde ergo ha-
bes aquam illam uiuam? Num tu maior es patre nostro Ia-
cob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filij eius,
& pecora eius? Respondit IESVS, & dixit ei: Omnis
qui bibit ex aqua hac sitiet iterum. Quisquis autē biberit ex

aqua quam ego dabo ei, nõ sitierit in æternum: sed aqua quã ego dabo ei fiet in eo fons aquæ salientis in uitã æternã. Dicit illi mulier: Domine, da mihi istã aquã, ut non sitiã, neq; ueniã huc ad hauriendum. Dicit ei IESVS: Vade, uoca uirũ tuũ, & ueni huc. Respondit mulier, & dixit ei: Non habeo uirũ. Dicit ei IESVS: Bene dixisti, nõ habeo uirũ. Quinq; enim uiros habuisti, & nunc quem habes, nõ est tuus uir. Hoc uere dixisti. Dicit ei mulier: Domine, uideo quod ꝓpheta es tu. Patres nostri in monte hoc adorauerunt, & uos dicitis, qd' Hierosolymis ẽ locus, ubi opteat adorare. Dicit ei IESVS: Mulier crede mihi: uenit hora quãdo neq; in mõte hoc, neq; Hierosolymis adorabitis patrem. Vos adoratis qd' nescitis, nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudæis est. Sed uenit hora & nunc est, quando ueri adoratores adorabunt patrem spiritu ac ueritate. Nã & pater tales quærit, q adorent ipsum. Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, spiritu ac ueritate oportet adorare. Dicit ei mulier: Scio qd' Messias uẽturus est, qui dicitur Christus: cũ ergo uenerit ille, nobis nunciabit oĩa. Dicit ei IESVS: Ego sum qui loquor tibi. Et continuo uenerunt discipuli eius, & mirabantur, q, cum muliere loquerctur. Nemo tamen dixit: quid quæris, aut cur loqueris cũ ea? Reliquit ergo hydriam suam mulier, & abijt in ciuitatem, & dicit illis hoĩbus: Venite: uidete hoĩem, qui dixit mihi oĩa quæcunq; feci: num hic est ille Christus? Exierunt ergo è ciuitate, & ueniebant ad eũ. Interea rogabãt eũ discipuli, dicẽtes: Rabbi: comede. Ille aũt dixit eis: Ego cibũ habeo comedendũ, quem uos nescitis. Dicebãt ergo discipuli inter se: Nunquis attulit ei qd' ederet? Dicit eis IESVS: Meus cibus est, ut faciã quod uult is qui misit me, & pficiam opus eius.

Nónne

Nónne uos dicitis: adhuc quatuor menses sunt, & messis ue-
niet? Ecce dico uobis, attollite oculos uestros, et uidete regio
nes: quoniã albæ sunt iã ad messem. Et qui metit, mercedẽ ac
cipit: & cõgregat fructũ in uitã æternã: ut & qui seminat, si
mul gaudeat, & qui metit. In hoc enĩ est sermo uerus, quod
alius est qui seminat, & alius est q̃ metit. Ego misi uos ad me
tendum, qd' uos nõ laborastis. Alij laborauerunt, & uos in la
bores eorũ introistis. Ex ciuitate aũt illa multi crediderũt in
eum Samaritanorũ, propter sermonẽ mulieris testificantis,
qd' dixisset sibi oĩa quæcunq; fecisset. Cum uenissent ergo ad
illum Samaritani, rogauerũt eũ, ut apud se maneret: & man-
sit ibi duos dies. Ac multo plures crediderũt propter sermo-
nem ipsius: & mulieri dicebant: Iam nõ propter tuã orõnẽ
credimus, ipsi enĩ audiuimus, et scimusq; hic ẽ uere seruator
mundi Christus. ✶ Post duos aũt dies exijt inde, & abijt in 34
Galilæam. Ipse enĩ IESVS testatus est, quod ✶ prophęta II
in sua patria honorẽ nõ haberet. Cũ ergo uenisset in Galilæã 35
exceperũt eũ Galilæi, cum oĩa uidissent, q̃ fecerat Hieroſoly I
mis in die festo, & ipsi enĩ uenerãt ad diẽ festum. ✶ Venit er 36
go IESVS iterũ in Cana Galilææ, ubi fecerat ex aqua uinũ X
✶ Et erat quidã regulus, cuius filius infirmabatur Capernaũ. 37
Hic cum audisset q̃ IESVS aduenisset à Iudæa in Galilæã, III
abijt ad eum, & rogabat eũ ut descenderet, ac sanaret ipsius
filium: siquidẽ is agebat animã. Dixit ergo IESVS ad eum:
Nisi signa & prodigia uideritis, non creditis. Dicit ad eum
regulus: Domine, descende priusq̃ moriatur filius meus. Di-
cit ei IESVS: Vade filius tuus uiuit. Credidit homo sermo-
ni quẽ dixerat ei IESVS, & ibat. Iam aũt eo descendẽte,
serui occurrerũt ei, et nunciauerũt, dicẽtes: Filius tuus uiuit.

Sciscitatus est ergo horam ab eis, in qua melius habuisset. Et dixerunt ei: Heri hora septima reliqt eũ febris. Cognouit ergo pater, qđ illa hora erat, in qua dixisset sibi IESVS: filius tuus uiuit, & credidit ipse & domus eius tota. Hoc iterũ secundũ signũ ædidit IESVS cũ uenisset à Iudæa ĩ Galilæã.

CAPVT V.

POst hæc erat dies festus Iudæorum, & ascẽdit IESVS Hierosolymã. Est aũt Hierosolymis pbatica piscina, q̃ noĩatur Hebraice Bethesda, quinq; porticus habẽs: in ijs iacebat multitudo magna languentiũ, cæcorũ, claudorũ, aridorũ, expectantium aquæ motum. Angelus enim descendebat certo tpe in piscinam, & turbabat aquam. Itaq; qui primus descendisset post turbationem aquæ, sanus fiebat, à quocunq; detinebatur morbo. ✶ Erat autẽ quidam homo illic, qui triginta & octo annos morbo tenebatur. Hunc cum uidisset IESVS decumbentem, & cognouisset quod iam multum temporis morbo teneretur, dicit ei: Vis sanus fieri? Respondit ei languidus: Domine, hominem non habeo, ut cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam. Sed interim dum ego uenio, iam alius ante me descendit: Dicit ei IESVS: Surge, tolle grabbatum tuum, & ambula. Et statim sanus factus est homo ille, & sustulit grabbatum suum, & ambulabat. ✶ Erat autem sabbatum in die illo. Dicebant ergo Iudæi ei, qui sanatus fuerat: Sabbatum est, non licet tibi tollere grabbatum. Respondit eis: Qui me sanum fecit, is mihi dixit, tolle grabbatum tuum, & ambula. Interrogauerunt ergo eum: Quis est ille homo, qui dixit tibi: Tolle grabbatum, & ambula? Is autẽ qui sanus fuerat effectus nesciebat quis esset. IESVS enim subduxit se, quod turba esset eo in loco. Postea reperit

38 I

39 X

eum

eum IESVS in templo, & dixit illi: Ecce sanus factus es, ne
post hac pecces, ne quid deterius tibi contingat. Abijt ille ho
mo, & nunciauit Iudæis, quod IESVS esset, à quo sanatus
fuisset. Ac propterea persequebantur Iudæi IESVM, &
quærebant illum occidere, quod ista fecisset in sabbato. IE=
SVS autem respondit eis: Pater meus ad hoc usq; temporis
operatur, & ego operor. Propterea ergo magis quærebant
eum Iudæi interficere, quia non solum soluisset sabbatũ, sed
& patrem suum dixisset Deum, æqualem se faciens Deo. Re
spondit itaq; IESVS: & dixit eis: Amen amen dico uobis,
non potest filius à se facere quicquam nisi quid uiderit patrẽ
facientem. Quæcunq; enim ille fecerit, hæc itidem & filius
facit. Pater enim diligit filium, & oĩa demonstrat ei quæ ipse
facit, & maiora ijs demonstrabit ei opa, ut uos miremini. Si
cut enim pater suscitat mortuos & uiuificat, sic et filius quos
uult, uiuificat. Neq; enim pater iudicat quenq̃, sed omne iudi
cium dedit filio: ut oẽs honorent filiũ, sicut honorant patrẽ.
* Qui non honorat filium, non honorat patrẽ qui misit illũ.
* Amen amen dico uobis, qui sermonem meũ audit, & cre= 40
dit ei qui misit me, habet uitam æternam: & in cõdemnatio= I
nem non uenit, sed transiuit à morte in uitam. Amen amen 41
dico uobis, qd' uenit hora & nũc est, quando mortui audiẽt X
uocem filij dei, & qui audierint, uiuent. Sicut enim pater ha
bet uitam in semetipso, sic dedit & filio habere uitam in se=
metipso, & potestatẽ dedit ei iudicãdi quoq; quia filius hoĩs
est. Nolite mirari hoc: quia uenit hora, in qua oẽs qui in mo
numentis sunt, audient uocem eius, & prodibũt: qui bona fe
cerunt, in resurrectionem uitæ, qui uero mala egerunt, in re=
surrectionẽ condemnationis. Non possum ego ex me ipso fa

ccre

cere quicq̃. Sicut audio, iudico, & iudiciũ meum iustum est.
42 ✶ Quia nõ quæro uoluntatẽ meã, sed uoluntatẽ eius qui mi-
I sit me, patris. ✶ Si ego testimoniũ phiberem de meipso, testi
43 monium meum non esset uerũ: Alius est qui testimonium phi
X bet de me, & scio uerum esse testimonium, quod testifica-
tur de me. Vos misistis ad Iohannẽ, & is testimoniũ reddidit
ueritati. Ego aũt non ab hoïe testimonium accipio, sed hæc
dico, ut uos salui sitis: Ille erat lucerna ardens & lucens, uos
autem uoluistis ad tempus exultare in luce eius. At ego testi-
monium habeo maius testimonio Iohannis. Opera enim quæ
dedit mihi pater ut pficiam ea, ipsa inquam opa quæ ego fa-
44 cio, testificãtur de me. q̃ pater miserit me. Et qui misit me pa
III ter, ipse testificatus est de me. ✶ Neq; uocem eius unquã au-
45 distis, neq; speciem eius uidistis: ✶ & sermonem eius non ha
X bet is in uobis manentem, quia quem misit ille, huic uos non
creditis. Scrutamini scripturas, quia uos uidemini uobis in
ipsis uitã æternã habere: & illæ sunt, quæ testificãtur de me:
nec uultis uenire ad me, ut uitã habeatis. Gloriam ab hoïbus
non accipio, sed cognoui uos, q̃ dilectionem dei nõ habeatis
in uobis. Ego ueni noïe patris mei, nec recipitis me. Si alius
uenerit noïe suo, illum recipietis. Quomodo uos potestis cre
dere, qui gloriã à uobis inuicem accipitis: & gloriã quæ à so
lo Deo proficiscitur, non quæritis? Nolite putare, quod ego
accusaturus sim uos apud patrem. Est qui accusat uos Moses
in quo uos speratis. Si enim credidissetis Mosi, credidissetis
utiq; mihi: de me enim ille scripsit. Si autem illius scriptis nõ
creditis, quõ uerbis meis credetis? CAP. VI.

Scrutamini scripturas

45 POst hæc abijt IESVS trans mare Galilææ, qd' est Ti-
I beriadis, ✶ & sequebatur eum turba multa, quia uide-
bant

bant eius signa quæ faciebat sup his qui infirmabantur. ✶ Su 47
bijt aũt in montem IESVS, & ibi sedebat cũ discipulis suis. III
✶ Instabat aũt pascha dies festus Iudæorum. ✶ Cum sustulis- 48
set ergo oculos IESVS, & uidisset q̃ multa turba ueniret I
ad se, dicit ad Philippum: Vnde ememus panes, ut edant isti? 49
Hoc aũt dicebat tentans eum: ipse enim sciebat quid esset fa I
cturus. Respõdit ei Philippus: Ducentorum denariorum pa-
nes non sufficiunt eis, ut unusquisq; pusillum quippiam acci
piat. Dicit ei unus ex discipulis ipsius, Andreas frater Simo-
nis Petri: Est puer unus hic, q̃ habet quinq; panes ordeaceos,
& duos pisces: sed hæc quid sunt inter tam multos? Dixit aũt
IESVS: Facite ut hoïes discũbãt. Erat aũt gramen multũ
in eo loco. Discubuerunt ergo uiri numero fermè quinquies
mille. Accepit aũt panes IESVS: cumq; gratias egisset, di-
stribuit discipulis: discipuli uero discumbẽtibus. Similiter &
ex piscibus quantum uolebant. Vt aũt impleti sunt, dicit disci
pulis suis: Colligite quæ superfuerunt fragmenta, ne quid pe
reat. Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos
fragmentorum ex quinq; panibus ordeaceis, quæ superfue-
rant his qui comederant. ✶ Illi ergo hoïes cum uidissentq̃d' 50
IESVS fecerat signum, dicebant: Hic est uere propheta ille X
qui uenturus est in mundum. IESVS ergo cum cognouisset
quod uenturi essent, ac rapturi ipsum, ut facerent ipsum re-
gem, secessit iterum in montem ipse solus. ✶ At ubi iam ue- 51
spera esset, descenderunt discipuli eius ad mare, & cõscensa IIII
naui, uenerunt traiecto mari ad oppidum Capernaũ. Iamq;
tenebræ erant, nec uenerat ad eos IESVS. Mare aũt uen
to magno flante intumescebat. Cum remigassent ergo fermè
stadia uiginti quinq;, aut triginta, uidẽt IESVM ambulantẽ

super

ſuper mare, & appropinquantẽ naui, ac timuerunt. Ille aũt dicit eis: Ego ſum, nolite timere. Voluerunt ergo recipere eũ
52 in nauim, & ilico nauis appulerat terræ ad quã ibãt. ✳ Poſte
X ro die turba quæ ſtabat trans mare, ut uidit, qđ nauicula alia nõ eſſet ibi, niſi una illa in quã ingreſſi fuerant diſcipuli eius, & quod non introiſſet cum diſcipulis ſuis IESVS in nauiculam, ſed ſoli diſcipuli eius abiiſſent: aliæ uero ſuperuenerũt nauiculæ à Tyberiade iuxta locum ubi comederant panem, poſteaq̃ gratias egiſſet dominus. Cum ergo uidiſſet turba, qđ IESVS nõ eſſet ibi, neq; diſcipuli eius, aſcenderũt & ipſi in nauiculas, & uenerunt Capernaum, quærentes IESVM & cum inueniſſent eum trans mare, dixerũt ei: Rabbi, quando huc ueniſti? Reſpondit eis IESVS, & dixit: Amen amen dico uobis, quæritis me, non quia uidiſtis ſigna, ſed quia comediſtis de panibus, & ſaturati eſtis. Operamini non cibum qui perit, ſed qui pmanet in uitam æternam, quem filius hois dabit uobis: hunc enim pater conſignauit Deus. Dixerunt ergo ad eum: Quid facimus, ut operemur opera Dei? Reſpondit IESVS, & dixit eis: Hoc eſt opus Dei, ut credatis in eũ
53 quem miſit ille. ✳ Dixerunt ergo ei: Quod ergo tu facis ſi-
IIII gnum, ut uideamus & credamus tibi? quid operaris? ✳ Pa-
54 tres noſtri manducauerunt manna in deſerto, ſicut ſcriptum
X eſt: Pamen de cœlo dedit eis ad edendum. Dixit ergo eis IE-
Pſal.77. SVS: Amen amen dico uobis, non Moſes dedit uobis illum panem de cœlo, ſed pater meus dat uobis panem de cœlo uerum. Panis enim Dei eſt qui de cœlo deſcendit, & dat uitam mundo. Dixerunt ergo ad eum: Domine, ſemper da nobis panem iſtum. Dixit autem eis IE-
55 SVS: Ego ſum panis uitæ. ✳ Qui uenit ad me, non eſu-
I riet: &

riet: & qui credit in me, non sitiet unquã. Sed dixi uobis, qđ
etiã uidistis me, nec creditis. Omne qđ dat mihi pater, ad me
ueniet, & eum q uenerit ad me, nõ eijcio foras. ✶ Quia de=
scendi de cœlo, ut faciã nõ qđ ego uolo, sed qđ uult is qui mi= 58
sit me. ✶ Hæc est aũt uolũtas eius qui misit me patris, ne qđ X
perdã ex oĩbus quæ dedit mihi, sed resuscitem illa in nouissi= 57
mo die. Hæc est aũt uoluntas eius qui misit me, ut oĩs qui ui= I
det filium & credit in eum, habeat uitã æternã, & ego susci= 58
tabo eum in nouissimo die. Murmurabant ergo Iudæi de illo X
quod dixisset: ego sum panis ille, qui de cœlo descendi. Et di=
cebãt: ✶ Nónne hic est IESVS filius Ioseph, cuius nos no 59
uimus patrẽ & matrem? Quomodo ergo dicit hic, de cœlo I
descendi? Respondit ergo IESVS & dixit eis: Nolite mur 60
murare inter uos. Nemo potest uenire ad me, nisi pater, qui X
misit me, traxerit eum, & ego suscitabo eum in nouissimo
die. Est scriptum in prophetis: & erunt omnes docti à Deo.
✶ Omnis ergo qui audiuit à patre & didicit, uenit ad me: nõ 61
qđ patrem uiderit quisquã, nisi is qui est à Deo, hic uidit pa= III
trem. ✶ Amen amen dico uobis, qui confidit mihi, habet ui= 62
tam æternam. ✶ Ego sum panis ille uitæ. ✶ Patres uestri co X
mederunt manna in deserto, et mortui sunt. Hic est panis ille 63
de cœlo descendens, ut ex ipso edat aliquis, & non moriatur. I
✶ Ego sum panis uiuus qui de cœlo descendi: ✶ si quis ede= 64
rit ex hoc pane, uiuet in æternum. Et panis quem ego dabo, X
caro mea est: quam ego dabo p mundi uita. ✶ Decertabãt er 65
go Iudæi inter se, dicentes: Quomodo potest hic nobis carnẽ I
illam suam dare ad edendũ: Dixit ergo eis IESVS: ✶ Amen 66
amen dico uobis, nisi ederitis carnem filij hominis, & bi= X
beritis eius sanguinem, non habetis uitam in uobis. Qui edit 1. Cor. 11.

meam

meam carnem & bibit meum sanguinem, habet uitam æter-
67 nam: & ego suscitabo eum in nouissimo die. ✶ Caro enim
I mea uere est cibus: & sanguis meus uere est potus. ✶ Qui
68 edit meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet,
X & ego in illo. Sicut misit me uiuens pater, & ego uiuo pro
pter patrem, ita & qui ederit me, uiuet ipse quoq; propter
me. Hic est panis ille qui de cœlo descendit: non sicut come-
derunt patres uestri manna, & mortui sunt, qui ederit hunc
panem, uiuet inæternum. Hæc dixit in synagoga docẽs in Ca
pernaum. Multi ergo his auditis ex discipulis eius, dixerũt:
Durus est hic sermo. Quis potest eum audire? Sciens autem
IESVS apud semetipsum quod murmurarent de hoc disci-
69 puli ipsius, dixit eis: Hoc uos offendit? ✶ Quid igitur si uide
I ritis filium hominis ascendentem eò ubi erat prius? ✶ Spi-
70 ritus est qui uiuificat, caro non prodest quicquam. ✶ Verba
IIII quæ ego loquor uobis, spiritus & uita sunt. Sed sunt quidam
71 ex uobis qui non credunt. ✶ Nouerat enĩ ab initio IESVS
X qui essent non credentes, & quis proditurus esset ipsum.
72 ✶ Et dicebat: Propterea dixi uobis, quod nemo potest ueni-
IIII re ad me, nisi fuerit ei datum à patre meo. Ex eo tempore
73 multi discipulorum eius desciuerunt eo relicto, nec amplius
X cum illo ambulabãt. Dixit ergo IESVS ad duodecim: Num
74 & uos uultis abire? Respondit ergo ei Simon Petrus: Domi
I ne, ad quẽ ibimus? uerba uitæ æternæ habes, ✶ & nos credi
75 mus & cognouimus q; tu es Christus filius dei uiui. ✶ Respõ
X dit ei IESVS: Nónne ego uos duodecim elegi, & ex uobis
unus diabolus est? Dicebat autẽ de Iuda Simonis Iscariota.
Hic enĩ erat ꝓditurus eum, cum esset unus ex duodecim.

CAPVT VII.

Versabatur

VErſabatur IESVS poſt hæc in Galilæa: non enim uolebat in Iudæa uerſari, quia quærebant eum Iudæi interficere. Erat autem in propinquo dies feſtus Iudæorũ ſcenopegia. Dixerunt igitur ad eum fratres eius: Tranſi hinc, & uade in Iudæam, ut & diſcipuli tui uideant opera tua quæ facis. Nemo quippe in occulto facit aliquid, & quærit ipſe palàm eſſe. Si hæc facis, declara teipſum mũdo. Nãne fratres quidem eius credebant in eũ. Dicit ergo eis IESVS: tẽpus meũ nondum adeſt, tempus autẽ ueſtrũ ſemper eſt paratum. Non poteſt mũdus odiſſe uos, me autem odit quia ego teſtimonium fero de illo, quod opera eius mala ſint. Vos aſcẽdite ad diem feſtum hunc. Ego nondũ aſcẽdo ad feſtũ hoc, quia meũ tempus nondum impletum eſt. Hæc autem cum dixiſſet illis, manſit in Galilæa. Vt autem aſcenderunt fratres eius, tunc et ipſe aſcendit ad feſtum, non manifeſte, ſed uelut in occulto. Iudæi ergo quærebãt eum in feſto, & dicebãt: Vbi eſt ille? Et murmur multum erat in turbis de eo. Quidã enĩ dicebant, bonus eſt, alij autẽ dicebant nõ, ſed ſeducit turbam. Nemo tamen palàm loquebatur de illo propter metũ Iudæorum. Cum autẽ iam dimidiũ feſti peractũ eſſet, aſcendit IESVS in templum ac docebat. Et mirabantur Iudæi dicentes: Quomodo hic literas ſcit, cum non didicerit? Reſpondit eis IESVS, & dixit: Mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui miſit me. Si quis uoluerit uoluntati eius obtemperare, cognoſcet de doctrina utrum ex deo ſit an ego à me ipſo loquar. Qui à ſemetipſo loquitur, gloriam propriã quærit. Qui autẽ quærit gloriã eius q miſit ipſum, hic uerax eſt, & iniuſticia in illo non eſt. Nonne Moſes dedit uobis legem, & tamen nemo ex uobis factis præſtat legem? Quid me quæritis interficere? Reſpondit turba,

Vnũ opus

ba,& dixit:Dæmonium habes. Quis te quærit interficere? Respondit IESVS, & dixit eis: Vnum opus feci, & omnes miramini. Propterea Moses dedit uobis circuncisionem, nõ quia ex Mose sit, sed ex patribus, & tamen in sabbato circũciditis hominẽ. Si circũcisionem accipit homo in sabbato, ut non soluatur lex Mosi, mihi indignamini, quod totũ hominẽ sanum fecerim sabbato? Nolite iudicare secundũ aspectum. sed iusto iudicio iudicate. Dicebant ergo quidam ex Hierosolymitanis: Nónne hic est quẽ quærunt interficere? Atqui ecce palàm loquitur, & nihil ei dicunt: Num uere cognouerunt principes, hunc esse uere Christum? Sed hunc nouimus unde sit: Christus aũt cum uenerit nemo scit unde sit. Clamabat ergo IESVS, in templo docẽs, ac dicens: Et me nostis, & unde sim nostis: & à meipso nõ ueni, sed est uerax qui misit me
76 ✶ quem uos non nouistis. Ego uero noui eum, quia ab ipso
III sum, & ille me misit. ✶ Quærebant ergo eũ apprehendere,
77 & nemo misit in illum manus, quia nondũ uenerat hora eius
I ✶ De turba autem multi crediderunt in eũ, & dicebant: Chri
78 stus cum uenerit, num signa plura ædet ijs quæ hic ædidit? Au
X dierunt pharisæi turbam murmurantẽ de illo hæc, ✶ & mise
79 runt pharisæi ac principes sacerdotum ministros, ut appre-
I henderent eum. ✶ Dixit ergo eis IESVS: Adhuc pusillum tẽ
80 poris uobiscum sum, & abeo ad eum qui me misit. Quæretis
IX me, nec inuenietis. Et ubi ego sum, eò uos nõ potestis uenire.
81 ✶ Dixerunt ergo Iudæi inter sese: Quò hic iturus est, quod
X nos nõ inuenietmus eũ? Nũ in dispersionẽ gentium iturus est, & docturus gentes? Quis est hic sermo quẽ dixit: quæretis me & non inuenietis, & ubi ego sum eò uos nõ potestis uenire? In nouissimo autem die magno festi stabat IESVS & clama-

batz dicẽs

bat,dicēs:Si qs sitit,ueniat ad me & bibat. Qui credit in me
sicut dicit scriptura:Flumina de uentre eius fluēt aquæ uiuæ.
Hoc autē dixit de spiritu,quem accepturi erant credētes in
ipsum.Nondū enim erat spiritus sanctus,quia IESVS non
dum erat glorificatus.✶ Multi ergo de turba cū audissēt hūc §2
sermonem,dicebāt:Hic est uere propheta. Alij dicebāt: Hic VII
est Christus. Quidā autē dicebant:✶ Num à Galilæa ueniet §3
Christus?Nónne scriptura dicit,qđ ex semine Dauid, & dē VII
Bethleem castello,ubi erat Dauid ueniet Christus? Dissensio Mich.5.
itaq; orta est in turba propter eum.Quidam autē ex ipsis uo §4
lebant apprehendere eum,sed nemo coniecit in eum manus X
uenerunt ergo ministri ad pontifices & pharisæos,& dixe= §5
runt eis illi:Quare non adduxistis illum?Responderunt mini I
stri:Nunquā sic locutus est hō,sicut hic homo.✶ Respōderūt §6
ergo eis pharisæi:Nū & uos seducti estis?Nunquis ex prin= X
cipibus credidit in eum,aut ex pharisæis?Sed turba hæc quæ
non nouit legem,execrabiles sunt.Dicit Nicodemus ad eos,
is qui uenerat ad eum nocte,qui unus erat de numero eorum
Num lex nostra iudicat hominē,nisi prius audierit ab ipso,et
cognouerit quid faciat?responderunt, & dixerunt ei: Num
& tu Galilæus es?Scrutare & uide,qđ à Galilæa propheta
non surrexerit.Et profectus est unusquisq; in domum suam.

CAPVT. VIII.

IESVS autem perrexit in mōtem oliuarum,& diluculo ite
rum uenit in templum,cunctus q; populus uenit ad eum,et
sedens docebat eos. Adducūt aūt ad eum scribæ & pharisæi
mulierem in adulterio deprehensam,& cū statuissent eā in
medio,dicūt ei:Magister, hæc mulier deprehensa est in ipso
adulterio.In lege aūt Moses præcepit nobis,ut huiusmodi la

pidarentur. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant tentantes eũ, ut possent accusare eũ. IESVS aũt inclinans se deorsum, digito scribebat in terra. Cũ ergo perseuerarẽt interrogare, erexit se, & dixit eis: Qui uestrũ immunis est à peccato, primus in illam lapidẽ iaciat. Et iterũ se inclinans scribebat in terra. Audientes autẽ hæc, singulatim alius post alium exibãt, initio facto à senioribus, & relictus est solus IESVS, & mulier in medio stans. Cũ autẽ erexisset se IESVS, & neminem uideret præter mulierem, dixit ei: Mulier, ubi sunt illi tui accusatores? Nemo te condemnauit? Quæ dixit: Nemo domine. Dixit aũt IESVS: Nec ego te condẽno. Vade & post hac ne peccaueris. Iterũ ergo IESVS locutus est eis, dicens: Ego sum lux mundi, Qui sequitur me nõ ambulabit in tenebris, sed habebit lumẽ uitæ. Dixerũt ergo ei pharisæi: Tu de te ipso testificaris, testimoniũ tuum non est uerum. Respõdit IESVS, & dixit eis: Et si ego testimoniũ perhibeam de meipso, uerum est testimoniũ meum: quia scio unde ueni, & quò uado: uos autẽ nescitis unde uenio, & quò uado. Vos secũdũ carnem iudicatis, ego non iudico quenquam: Porrò & si iudicem ego, iudiciũ meum uerum est: quia solus nõ sum, sed ego & qui misit me pater. Quin & in lege uestra scriptũ est, qđ
Deut. 17. duorum hominum testimonium uerum est. Ego sum qui testimonium fero de me ipso, & testimonium fert de me qui misit me pater. Dicebant ergo ei: Vbi est pater tuus? Respõdit IE-
87 SVS: ✶ Neq; me nostis, neq; patrẽ meũ. Si me nouissetis, &
III patrẽ meũ nouissetis. Hæc uerba locutus est IESVS in gaza
88 phylatio, docẽs in tẽplo. ✶ Et nemo apprehendit eũ: quia nõ
I dum uenerat hora eius. Dixit ergo eis iterum IESVS: ✶ Ego
89 uado, & quæretis me, & in peccato uestro moriemini: quò

ego

ego uado,uos nõ poteſtis uenire. Et dicebat eis: uos ab īfernis eſtis, ego de ſupernis ſum. Vos de mundo eſtis, ego nõ ſum de hoc mundo. Dixi ergo uobis, quod moriemini in peccatis ueſtris. Si enī nõ crediderit is quod ego ſum, moriemini in peccatis ueſtris. Dicebant ergo ei: Tu quis es? Et dicit eis IESVS In primis quod & loquor uobis. Multa habeo quæ de uobis loquar ac iudicem: ſed qui miſit me, uerax eſt: & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo. Non cognouerãt qd' de patre eis locutus eſſet. Dixit ergo eis IESVS: Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoſcetis quod ego ſum, & quod ex meipſo facio nihil, ſed ita ut docuit me pater hæc loquor. Et qui mẽ miſit, mecum eſt. Non reliquit me ſolũ pater, quia ego q̃ placita ſunt ei, facio ſemper. Hæc illo loquẽte, multi crediderunt in eũ. Dicebat ergo IESVS ad eos qui crediderant ipſi Iudæos: Si uos manſeritis in ſermone meo, uere diſcipuli mei eſtis: & cognoſcetis ueritatem, & ueritas liberos reddet uos. Reſponderũt ei: Semen Abrahæ ſumus, neq; cuiquã ſeruiuimus unquã, quomodo tu dicis, liberi reddemini? Reſpõdit eis IESVS: Amẽ amẽ dico uobis, quod omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Seruus autem non manet in domo in æternũ, filius manet in æternũ. Si ergo uos filius liberos reddiderit, uere liberi eſtis. Scio qd' ſemẽ Abrahæ eſtis. ſed quæritis me interficere, qa ſermo meus nõ habet locũ ī uobis. Ego quod uidi apud patrẽ meũ loquor, & uos quod uidiſtis apud patrem ueſtrum, facitis. Reſponderunt & dixerunt ei: pater noſter Abraham eſt. Dicit eis IESVS: Si filij Abrahæ eſſetis, opera Abrahæ faceretis. Nunc autem quæritis me interficere hominem, qui ueritatem uobis locutus ſum, quam audiui à deo: Hoc Abraham non fecit. Vos facitis opera patris ueſtri.

Dixerunt itaq; ei: Nos è ſtupro non ſumus nati. Vnũ patrem habemus deum. Dixit eis IESVS: Si deus pater ueſter eſſet diligeretis utiq; me. Ego enim ex deo proceſsi, & ueni. Neq; enĩ à meipſo ueni, ſed ille me miſit. Quare loquelam meã nõ agnoſcitis? quia non poteſtis audire ſermonẽ meum. Vos ex patre diabolo eſtis, & deſiderijs patris ueſtri uultis obſequi. ille homicida erat ab initio, & in ueritate non ſtetit: quia non eſt ueritas in eo. Cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur: quia mendax eſt, atq; eius rei pater. Ego autem quia ueritatem dico, nõ creditis mihi. Quis ex uobis arguit me de peccato? Porrò ſi ueritatẽ dico, quare uos nõ creditis mihi? Qui ex deo eſt, uerba Dei audit. Propterea uos non auditis, qa ex Deo nõ eſtis. Reſponderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos, quod Samaritanus es tu, & dæmonium habes: Reſpondit IESVS: Ego dæmonium non habeo, ſed honeſto patrem meum, & uos ignominia affeciſtis me. Ego autem non quæro gloriam meam: eſt qui quærat & iudicet. Amen amen dico uobis, ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non uidebit in æternum. Dixerunt ergo illi Iudæi: Nunc cognouimus quod dæmoniũ habes. Abraham mortuus eſt & prophetæ, & tu dicis: ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, non guſtabit mortem in æternum. Nunquid tu maior es patre noſtro Abrahã, q mortuus eſt? Et prophetæ mortui ſunt. Quem teipſum tu facis? Reſpondit IESVS: Si ego glorifico meipſum, gloria mea nihil eſt. Eſt pater meus q glorificat me, quem uos dicitis deum ueſtrum eſſe, & tamẽ non cognouiſtis eum, ego autem noui eum. Et ſi dixero, quod nõ noui eum, ero ſimilis ueſtri, mendax. Sed noui eum, & ſermonem eius ſeruo. Abraham pater ueſter exultauit ut uideret

diem

diem meũ, & uidit, atq; gauisus est. Dixerunt ergo Iudæi ad eum. Quinquaginta annos nondũ habes, & Abrahã uidisti? Dixit eis IESVS: Amen amen dico uobis, anteq̃ Abraham nasceretur, ego sum. Tollebant ergo lapides, ut iacerent in eum. IESVS autem abscondit se, & exiuit è templo.

CAPVT IX

ET præteriens IESVS, uidit hoiem cæcum à natiuitate & interrogauerunt eum discipuli eius, dicẽtes: Rabbi, quis peccauit, hic, an parẽtes eius, ut cæcus nasceretur? Respondit IESVS: Neq; hic peccauit, neq; parentes eius, sed ut manifestentur opera dei in illo. Me oportet operari opa eius qui misit me, donec dies est. Venit nox quando nemo potest operari. Quamdiu fuero in mundo, lux sum mundi. Hoc cum dixisset, exput in terram, & fecit lutũ exsputo, & illeuit lutum sup oculos cæci, & dixit ei: Vade, laua in piscina Siloæ, quod si interpreteris, sonat missus. Abijt ergo & lauit, & uenit uidens. Itaq; uicini, & qui uiderant eum prius quod mendicus esset, dicebant: Nónne hic est qui sedebat, & mendicabat? Alij dicebant, hic est: alij rursus, similis est ei. Ille dicebat: ego sum. Dicebant ergo ei: Quomõ apti sunt tibi oculi? Respondit ille, & dixit: Ille hõ qui dicitur IESVS lutum fecit, & inunxit oculos meos, & dixit mihi: Vade ad piscinã Siloæ, & laua. Vt aũt abij ac laui, uisum recepi. Dixerunt ergo ei: Vbi est ille? Ait, nescio. Adducunt ad pharisæos eũ, q dudum cæcus fuerat. Erat aũt sabbatum, cum lutum faceret IESVS, & aperiret oculos eius. Iterum ergo interrogabãt eũ & pharisæi, quomodo uisum recepisset. Ille aũt dixit eis: Lutum mihi imposuit super oculos, & laui & uideo: Dicebant ergo ex pharisæis quidam: Non est hic homo à Deo, quia

ſabbatum non obſeruat. Alij autẽ dicebant: Quomõ põt ho mo peccator hæc ſigna edere? Et diſſentio erat inter eos. Di cunt cæco iterũ: Tu quid dicis de illo, quia aperuit tibi ocu los tuos? Ille aũt dixit: Propheta eſt. Non crediderũt ergo Iu dæi de illo, qd' cæcus fuiſſet, & uiſum recepiſſet, donec uoca uerunt parentes eius qui uiſum receperat, & interrogaue runt eos dicentes: Hic eſt filius ueſter, quẽ uos dicitis cæcũ na tum eſſe? Quomodo ergo nunc uidet? Reſponderũt eis parẽ tes eius, & dixerunt: Scimus q, hic eſt filius noſter, & quod cæcus natus eſt, quomodo aũt nunc uideat, neſcimus, aut quis eius aperuerit oculos, nos neſcimus. Ipſe ætatẽ habet, ipſum interrogate, ipſe de ſe loquetur. Hæc dixerunt parentes eius quod timerẽt Iudæos. Iam enim conſpirauerãt Iudæi, ut ſi qs eum confiteretur eſſe Chriſtum, è ſynagoga eijceretur. Pro pterea parentes eius dixerunt, ætatem habet, ipſum interro gate. Vocauerunt ergo rurſum hoiem, qui fuerat cæcus, & dixerunt ei: Da gloriam Deo. Nos ſcimus q, hic homo pecca tor eſt. Reſpondit ergo ille & dixit: An peccator ſit, neſcio, unum ſcio, quod cæcus cum fuerim, nunc uideam. Dixerũt ergo illi iterũ: Quid fecit tibi? Quomõ aperuit tibi oculos? Reſpondit eis: Dixi uobis iam, nec audiſtis, cur iterum uultis audire? Num & uos uultis diſcipuli eius fieri? Cõuitiati ſunt ergo ei, & dixerũt: Tu diſcipulus illius eſto, nos aũt Moſi di ſcipuli ſumus. Nos ſcimus quod Moſi loquutus eſt Deus, hũc aũt neſcimus unde ſit. Reſpõdit ille homo, & dixit eis: In hoc enim mirabile quiddã eſt, quod uos neſciatis unde ſit, & ta men aperuit meos oculos. Scimus aũt q, peccatores Deus nõ audit, ſed ſi quis dei cultor eſt, & uoluntati ipſius obtempe rat, hunc audit. A ſæculo non eſt auditum quod quis aperue rit ocu

rit oculos cæci nati. Nisi esset hic à Deo, nõ potuisset facere quicquã. Respondérunt & dixerunt ei: In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. Audiuit IESVS quod eiecissent eum foras, cumq; inuenisset eum, dixit ei: Tu credis in filium Dei? Respõdit ille, & dixit: Quis est domine, ut credã in eum? Et dixit ei IESVS: Et uidisti eũ, & qui loquitur tecũ, ipse est. At ille ait: Credo domine, & adorauit eum. Et dixit ei IESVS. In iudicium ego in hunc mundum ueni, ut qui non uident, uideant, & qui uident, cæci fiant. Et audierunt quidã ex phariſæis hæc, qui cum ipſo erãt & dixerunt ei: Num & nos cæci ſumus? Dixit eis IESVS Si cæci eſſetis, non haberetis peccatum. Nunc uero dicitis, uidemus, idcirco peccatum ueſtrum manet.

CAPVT X.

AMen amen dico uobis, qui non intrat poſtium in ſtabulum ouiũ, ſed aſcendit aliũde, ille fur eſt & latro. Qui aũt intrat p oſtiũ, paſtor eſt ouium. Huic oſtiarius aperit, & oues uocẽ eius audiũt. Et pprias oues uocat noĩatim, & educit eas. Et cum pprias oues emiſerit, ante eas uadit, & oues illum ſequuntur, quia nouerunt uocem eius. Alienum aũt non ſequentur, ſed effugient ab eo, quia non nouerunt uocem alienorum. Hoc puerbium dixit eis IESVS, illi aũt non cognouerunt, quæ eſſent quæ loqueretur eis. Dixit ergo eis iterum IESVS: Amen amen dico uobis, ego ſum oſtiũ ouium. Oẽs quotquot ante me uenerunt, fures ſunt & latrones, ſed non audierunt eos oues. Ego ſum oſtiũ, p me ſi quis introierit, ſeruabitur, & ingredietur, & egredietur, & paſcua inueniet. Fur non uenit, niſi ut furetur & mactet ac pdat. Ego ueni ut uitam habeant, & abundantius habeãt. Ego ſum paſtor ille

bonus. Bonus pastor aiam suã dat p ouibus. Mercennarius aũt, & q non est pastor, cuius nõ sunt oues ppriæ, uidet lupũ uenientẽ, ac deserit oues, fugitq;, & lupus rapit ac dispergit oues: Mercẽnarius aũt fugit, quia mercennarius est, & oues nõ sunt illi curæ. Ego sum pastor ille bonus, et cognosco oues
90 meas, et cognoscor à meis. ✶ Sicut nouit me pater, ita et ego
III noui patrẽ, ✶ & aiam meã pono p ouibus. ✶ Et alias oues
91 habeo, quæ nõ sunt ex hoc ouili: illas quoq; oportet me addu
IIII cere, et uocẽ meã audiẽt, & fiet unũ ouile, unus pastor. Pro-
92 pterea me pater diligit, quia ego pono aiam meã, ut iterũ su
X mã eam. Nemo tollit eã à me, sed ego pono eã à me ipso. Po testatẽ habeo ponendi eã, & potestatẽ habeo rursus sumẽdi eam, hoc mandatum accepi à patre meo. Dissentio igitur iterum facta est inter Iudæos propter sermones hos. Dicebant aũt multi ex ipsis: dæmonium habet, & insanit, quid eum auditis? Alij dicebant: Hæc uerba non sunt dæmonium habẽtis. Num dæmonium potest cæcorum oculos aperire? Facta sunt autem encænia Hierosolymis, & hyems erat, & ambulabat IESVS in tẽplo in porticu Salomonis. Circundederũt ergo eũ Iudæi, & dicebãt ei: Quousq; aiam nostrã suspendis? Si tu es Christus dic nobis ingenue. Respondit eis IESVS: Dixi uobis, nec creditis. Opa quæ ego facio noïe patris mei, hæc testimoniũ reddunt de me. Sed uos nõ creditis, quia non estis ex ouibus meis, quẽadmodũ dicebam uobis: Oues meæ uocem meã audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me, & ego uitã æternã do eis, nec peribũt inæternũ, neq; rapiet eas quisquã de manu mea. Pater meus qui dedit mihi, maior oĩbus est, & nemo potest rapere de manu patris mei. Ego & pater unũ sumus. Sustulerũt ergo rursum lapides Iudæi,

ut la-

ut lapidarēt eū. Respōdit eis IESVS: Multa bona opa ostē
di uobis ex patre meo, propter qđ eorū operū me lapidatis?
Responderūt ei Iudæi, dicētes: Ob bonū opus nō lapidamus
te, sed ob blasphemiā: & quia tu homo cum sis, facis teipsum
deum. Respondit eis IESVS: Nónne scriptū est in lege ue=
stra: Ego dixi, dij estis? Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei Psal. 81.
factus est: & non potest solui scriptura de eo, quē pater san
ctificauit & misit in mundū. Vos dicitis me blasphemare, qđ
dixerim filius Dei sum? Si non facio opera patris mei, noli=
te credere mihi: sin uero facio, & si mihi non credatis, ope=
ribus credite, ut cognoscatis & credatis, q̄ pater in me est,
& ego in eo. ✶ Quærebant iterū eum apprehendere, ✶ & 93
exiuit de manu eorū: & abijt iterum trans Iordanem in eum IIII
locum, ubi fuerat Iohannes baptizās primum, mansitq̄; illic. 94
Et multi uenerunt ad eum, ac dicebant: Iohannes quidem si= I
gnum ædidit nullum. Omnia aūt quæcunq̄; dixit Iohannes de
hoc, uera erant, & crediderunt multi illic in eum.

CAPVT XI

AEgrotabat aūt quidā noīe Lazarus Bethanienſis à ca=
stello Mariæ et Marthæ huius ſororis. Maria aūt erat
ea quæ unxit dominū unguēto, & exterſit pedes eius capillis
ſuis: cuius frater Lazarus ægrotabat Miſerunt ergo ſorores
eius ad eū, dicētes: Domine, ecce quē amas ægrotat. Audiēs
aūt IESVS, dixit: Infirmitas hæc non est ad mortē, ſed pro
gloria Dei, ut glorificetur filius Dei per eam. Diligebat autē
IESVS Martham & ſororem eius & Lazarum. Vt ergo
audiuit quod ægrotaret, tum quidē temporis manſit in eodē
loco duobus diebus. Deide poſt hoc dicit diſcipulis: Eamus
in Iudæam iterum. Dicunt ei diſcipuli: Rabbi, modo quære=
bant te

bant te Iudæi lapidare, et iterũ uadis illuc? Respõdit IESVS Nónne duodecim sunt horæ diei? Si qs ambulauerit in die, nõ offendit, qa luc ẽ huius mũdi uidet. Si qs aũt ambulauerit ī nocte, offendit: quia lux nõ est in eo. Hæc ait, & post hæc dicit eis: Lazarus amicus noster dormit, sed uado ut à somno excitem eũ. Dixerũt ergo discipuli eius: Domĩe, si dormit, saluus erit. Dixerat aũt IESVS de morte eius: at illi putauerũt, q̃ de dormitione somni diceret. Tũc ergo IESVS dixit eis manifeste: Lazarus mortuus est, & gaudeo propter uos, ut credatis, qd' nõ fuerim ibi. Sed eamus ad eum. Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didymus, ad discipulos: Eamus & nos ut moriamur cum eo. Venit itaq; IESVS et inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem. Erat aũt Bethania iuxta Hierosolymã ferè stadijs quindecĩ. Multiq; ex iudæis uenerũt ad Martham ac Mariam, ut consolarẽtur eas de fratre suo. Martha ergo ut audiuit q̃ IESVS ueniisset, occurrit illi: Maria uero domi desidebat. Dixit ergo Martha ad IESVM: Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Sed et nũc, scio q̃ quæcũq; poposcris à Deo, daturus tibi sit Deus. Dicit illi IESVS: Resurget frater tuus. Dicit ei Martha: Scio q̃ resurget in resurrectiõe in nouissimo die. Dicit ei IESVS. Ego sum resurrectio & uita: q̃ credit in me, etiam si mortuus fuerit, uiuet, & oĩs q̃ uiuit, & credit in me, nõ morietur in æternũ, Credis hoc? Ait illi: Etiã domine. Ego credo, q̃ tu sis Christus ille filius Dei, q̃ in mundũ uenturus erat. Et cũ hæc dixisset, abijt & uocauit Mariã sororẽ suã clanculũ, dicens: Magister adest, & uocat te. Illa ut audiuit, surgit cito, & uenit ad eũ. Nondũ aũt uenerat IESVS in castellũ, sed erat in eo loco, ubi occurrerat ei Martha. Iudæi ergo q̃ erant

cum ea

cũ ea in domo & consolabãtur eã: cũ uidissent Mariã, q̃ cito surrexisset & exisset, secuti sunt eã, dicẽtes: Vadit ad monumentũ, ut ploret ibi. Maria ergo cũ uenisset eò ubi erat IESVS, uidens eũ, accidit ad pedes eius, & dicit ei: Domine, si fuisses hic, nõ esset mortuus frater meus. IESVS ergo ut uidit eã plorantẽ, et Iudæos, q̃ uenerãt cũ ea plorãtes, infremuit spiritu, & turbauit seipsum, et dixit: Vbi posuistis eũ? Dicunt ei: Domine ueni et uide. Lachrymatus est IESVS. Dixerũt ergo Iudæi: Ecce quõ amabat eũ. Quidã aũt ex ipsis dixerũt: Non poterat hic q̃ aperuit oculos cæci, facere, ut & hic non moreretur? IESVS ergo rursum fremẽs in semetipso, uenit ad monumentũ. Erat aũt spelũca, & lapis impositus erat ei. Ait IESVS: Tollite lapidẽ. Dicit ei Martha soror eius qui mortuus fuerat: Domĩe, iã olet, quadriduanus est enĩ. Dicit ei IESVS: Nõne dixi tibi, qd' si credideris, uisura esses gloriam Dei? Sustulerũt ergo lapidẽ à loco, ubi is q̃ mortuus fuerat, erat positus. Iesus aũt attollẽs sursum oculos, dixit: Pater gratias ago tibi, quoniã audisti me. Ego autem sciebam quod semp me audis, sed ꝓpter turbã q̃ circũstat, dixi, ut credãt q̃ tu me miseris. Atq; hæc cum dixisset, uoce magna clamauit: Lazare ueni foras. Et ꝓdijt q̃ fuerat mortuus, manus & pedes habens reuinctos fascijs sepulchralibus: et facies illius sudario erat obuincta. Dicit eis IESVS: Soluite eũ, & sinite abire. Multi ergo ex Iudæis q̃ uenerãt ad Mariã, & uiderant q̃ fecisset IESVS, crediderũt in eũ. Quidã aũt ex ipsis abierunt ad pharisæos, & dixerunt eis, q̃ fecisset IESVS. Congregauerunt ergo pontifices, & pharisæi conciliũ, ac dicebant: Quid facimus, qa hic hõ multa signa ædit? Si pmiserimus eũ sic, oẽs credẽt ei. Venientq; Romani, & tollent tum

locum

locũ nostrũ,tũ gentẽ.Vnus aũt ex ipsis Caiphas noĩe,cũ esset pontifex anni illius,dixit eis:Vos nescitis quicq̃,nec ppenditis qd̃ expedit nobis,ut unus hõ moriatur p̃ populo, ac nõ tota gens pereat.Hoc aũt à semetipso nõ dixit:sed cũ esset põtifex anni illius,uaticinatus ẽ,q̃ IESVS moriturus esset pro gente:& nõ tantum pro gente,sed ut filios Dei qui erant dis-
95 perſi congregaret in unũ. ✶ Ab illo ergo die cõsultabant in
II uicem,ut interficerent eum. IESVS ergo iam nõ p̃ palàm ambulabat inter Iudæos, sed abijt illinc in regionẽ iuxta desertũ,in ciuitatẽ q̃ dicitur Ephraim, & ibi uersabatur cũ di-
96 scipulis suis.✶ Instabat aũt pascha Iudæorũ. ✶ Et ascende-
I runt multi Hierosolymã è regione ante pascha, ut purifica-
97 rẽt se. Quærebãt ergo IESVM,& colloquebãtur iter se,in
X tẽplo stãtes.Quid uidetur uobis,q̃ nõ uenerit ad diẽ festum? Dederant aũt põtifices & pharisæi præceptum,ut si quis cognouisset ubi esset,indicaret,ut cõprehenderent eum.

CAPVT XII.

IESVS ergo ante sex dies paschæ uenit Bethaniã,ubi Lazarus fuerat mortuus, quẽ suscitauit à mortuis. Fecerunt aũt ei cœnã ibi, & Martha ministrabat. Lazarus uero unus
a 98 erat de numero discumbentiũ cũ eo. ✶ Maria ergo accepit
V libra unguẽti nardi pistic æ præciosæ,et unxit pedes IESV, & extersit pedes eius capillis suis, domus aũt impleta est ex
b 98 odore unguẽti. ✶ Dicit ergo unus ex discipulis eius Iudas Si-
IIII monis Iscariotes,q̃ erat eũ p̃diturus: Quare hoc unguentũ nõ uenijt trecentis denarijs & datũ est egenis? Dixit aũt hoc non quod pauperes illi curæ essent,sed quia fur erat, ac marsupium habebat,eaq̃; quæ mittebantur,portabat. Dixit ergo IESVS:Sine illam,in diẽ sepulturæ meæ seruauit istud.Pau-

peres

peres enim semp habetis uobiscum,me uero non semp habe
tis. ✶ Cognouit ergo turba multa ex Iudæis q; illic esset, & 99
uenerunt non propter IESVM tantũ, sed ut Lazarũ quoq; X.
uiderent,quẽ suscitauerat à mortuis. Consultabãt aũt princi
pes sacerdotũ,ut & Lazarum interficerẽt,quia multi ꝓpter
illum abibãt ex Iudæis,et credebãt in IESVM. Postero die
turba multa quæ uenerat ad diẽ festum, cũ audissent q; ueni=
ret IESVS Hierosolymã,✶ acceperũt ramos palmarũ,& 100
processerunt obuiam ei,& clamabãt: Hos anna, benedictus I
qui uenit in noĩe domini rex Israël. ✶ Nactus aũt IESVS 101
asellam,sedit sup eã,sicut scriptũ est: Noli timere filia Sion, VII
ecce rex tuus uenit sedens sup pullũ asinæ. ✶ Hæc aũt nõ co= 102
gnouerunt discipuli eius primum,sed quãdo glorificatus est X
IESVS,tũc recordati sunt, qd' hæc essent scripta de eo,& Esai.62.
qd' hæc fecissent ei. Testificabatur igitur turba,q̃ erat cũ eo, Zacha.9.
quãdo Lazarũ uocauit de monumẽto,et suscitauit eũ à mor
tuis. ꝓpterea & obuiã uenit ei turba, qd' audierant eũ ædi=
disse hoc signũ. Pharisæi ergo dixerũt inter se. Videtis qd' ni
hil ꝓficitis? Ecce mũdus post eũ abijt. Erãt aũt qdam Græci
ex his,q ascenderãt,ut adorarẽt in festo. Hi ergo accesserunt
ad Philippũ qui erat à Bethsaida Galilææ,& rogabãt eũ di=
centes: Domine,uolumus IESVM uidere. Venit Philippus
et dicit Andreæ: Andreas rursum et Philippus dicũt IESV. 103
IESVS aũt respõdit eis,dicẽs: ✶ Venit hora ut glorificetur IIII
filius hoĩs. ✶ Amen amen dico uobis,nisi granũ frumẽti deie 104
ctum in terrã,mortuum fuerit,ipsum solũ manet. Si uero mor X
tuum fuerit,multum fructum affert. ✶ Qui amat animã suã, 105
perdet eam. Et qui odit animã suam in hoc mundo,in uitam III
æternam custodiet eam. ✶ Si quis mihi ministrat, me se= 106
quatur. X

quatur. Et ubi sum ego, illic & minister meus erit. Si qs mihi
107 ministrauerit, cohonestabit eum pater. ✶ Nunc ãia mea tur
IIII bata est. ✶ Et quid dicã? Pater, seruato me ex hora hac. Sed
108 ꝓpterea ueni in horã hanc. Pater, illustra nomẽ tuum. Venit
X ergo uox de cœlo, dicens: Et illustraui, & rursus illustrabo.
Turba ergo quæ stabat & audierat, dicebat tonitruũ esse fa-
ctũ. Alij dicebant: Angelus ei locutus est. Respondit IESVS
& dixit: Non ꝓpter me hæc uox uenit, sed ꝓpter uos. Nunc
iudicium est mundi huius. Nunc princeps mundi huius eijcie
tur foras. Et ego si exaltatus fuero à terra, oẽs traham ad me
ipsum. Hoc aũt dicebat, significans qua morte esset moritu-
rus. Respõdit ei turba: Nos audiuimus ex lege, q̃ Christus ma
net in æternum, & quomõ tu dicis, oportet exaltari filiũ ho-
minis? Quis est iste filius hoïs? Dixit ergo eis IESVS: Ad-
huc ad breue tẽpus lumen uobiscum est. Ambulate donec lu
cem habetis, ne uos tenebræ occupent. Et qui ambulat in te-
nebris, nescit quo uadat. Dum lucẽ habetis, credite in lucem,
ut filij lucis sitis. Hæc locutus est IESVS, ac digressus ab-
scõdit se ab eis. Cũ aũt tã multa signa fecisset corã eis, nõ cre
Esai. 53. debant in eum, ut sermo Esaiæ ꝓphetæ impleretur quẽ dixit:
Domine, quis credidit sermoni nostro, & brachiũ domini cui
109 reuelatum est? ✶ Propterea nõ poterant credere, quia iterũ
Esa. 6. dixit Esaias: Excæcauit oculos eorũ, & indurauit cor eorũ,
ne uideant oculis & ne intelligant corde, & conuertantur,
110 & sanem eos. ✶ Hæc dixit Esaias, quando uidit gloriam eius
X & locutus est de eo. Verũtamen etiam ex principibus multi
crediderunt in eum, sed propter pharisæos non confitebantur, ne è synagoga eijcerentur. Dilexerunt enim gloriam ho
minum magis quàm gloriam Dei. IESVS autem clamauit

& dixit

& dixit: ✱ Qui credit in me, nõ credit in me, sed in eum qui misit me. Et qui uidet me, uidet eũ qui misit me. ✱ Ego lux in mundum ueni, ut omnis qui credit in me, in tenebris nõ maneat. Et si quis audierit uerba mea, & nõ crediderit, ego nõ iudico eum. Non enim ueni, ut iudicẽ mundum, sed ut seruem mundũ. Qui reijcit me, nec accipit uerba mea, habet qui iudicet ipsum. Sermo quẽ locutus sum, ille iudicabit eum in extremo die, quia ego ex meipso nõ sum locutus, sed q misit me pater, ipse mihi mandatum dedit, quid dicã, & quid loquar. Et scio quod mandatum eius uita æterna est. Quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi pater, sic loquor. CAP. XIII.

ANte festum aũt paschæ sciens IESVS quod uenisset hora ipsius, ut transiret ex hoc mũdo ad patrẽ, cũ dilexisset suos qui erãt in mũdo, usq; ad finem dilexit eos. Et cœna facta, ✱ cũ diabolus iam immisisset in cor Iudæ Simonis Iscariotæ ut proderet eũ ✱ Sciẽs IESVS quod omnia dedisset sibi pater in manus, ✱ & quod à Deo exisset, & ad Deũ iret, surgit à cœna, & ponit uestimenta, & cum accepisset linteum, præcinxit se. Deinde misit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorũ, & extergere linteo, quo erat præcinctus. Venit ergo ad Simonem Petrum, & dicit ei Petrus: Domine tu mihi lauas pedes? Respondit IESVS, & dixit ei: Quod ego facio, tu nescis nunc, scies aũt postea. Dicit ei Petrus: Nõ lauabis pedes meos in æternũ. Respõdit ei IESVS: Si nõ lauero te, nõ habes partẽ mecũ. Dicit ei Simon Petrus: Domine non tantũ pedes meos, sed & manus & caput. Dicit ei IESVS: Qui lotus est, non opus habet, nisi ut pedes lauet, sed est mũdus totus. Et uos mũdi estis, sed nõ omnes. Sciebat enĩ quis nam esset qui proderet ipsum. Propterea dixit, non estis

mundi omnes: Postquã ergo lauisset pedes eorum, receptisq;
uestibus suis accubuisset, iterũ dixit eis: Scitis q̃d fecerim uo-
116 bis? ✶ Vos uocatis me magistrũ ac dominum, & bene dicitis:
III sum etenim. Si ergo ego laui pedes uestros dominus & magi
t 17 ster, uos quoq; debetis inuicẽ alij aliorũ lauare pedes. ✶ Ex-
X emplum enim præbui uobis, ut quemadmodũ ego feci uobis,
118 ita & uos faciatis. ✶ Amẽ amẽ dico uobis, non est seruus ma-
III ior domino suo, neq; legatus maior est eo q̃ legauit ipsum. ✶
119 Si hæc nouistis, beati estis, si feceritis ea. Nõ de omnibus uo-
X bis loquor, ego scio quos elegerim. Sed ut adimpleatur scri-
psal. 40. ptura: Qui edit mecũ panẽ, sustulit aduersũ me calcaneũ suũ
120 Nũc dico uobis priusquã fiat, ut cũ factũ fuerit, credatis q̃d
I ego sim. ✶ Amẽ amẽ dico uobis, q̃ recipit quemcũq; miserο,
me recipit. Qui aũt me recipit, recipit eũ q̃ me misit. Cũ hæc
121 dixisset IESVS, turbatus est spiritu, & testificatus est, dixitq;:
IIII ✶ Amẽ amen dico uobis, quod unus ex uobis proditurus est
122 me. ✶ Aspiciebant ergo se inuicẽ discipuli, hæsitantes de quo
I diceret. Erat aũt unus ex discipulis IESV recũbens in sinu ip
123 sius, nimirũ is quẽ diligebat IESVS. Innuit ergo huic Simon
X Petrus ut sciscitaretur quis esset de quo loqueretur, Itaq; cum
recubuisset ille super pectus IESV, dicit ei: Domine, quis est?
Respõdit IESVS: Ille est, cui ego intinctum panẽ porrexe
ro. Et cum intinxisset panẽ, dedit Iudæ Simonis Iscariotæ. ✶
124 Et post offulã ingressus est in eum satanas. ✶ Dicit igitur ei
IX IESVS: Quod facis, fac citius. Hoc autẽ nemo intelligebat
125 discumbẽtiũ, ad quid dixisset ei. Quidã enĩ putabant, quia lo
X culos habebat Iudas, q̃d dixisset ei IESVS, eme ea quæ opus
sunt nobis ad diem festum: aut egenis ut aliquid daret. Cũ er-
go accepisset ille offulã, exiuit continuo. Erat aũt nox. Cum

ergo

ergo exisset, dixit IESVS: Nunc glorificatus est filius homi
nis, & deus glorificatus est per eũ. Si deus glorificatus est per
eum, & deus glorificabit eum per se, & cõtinuo glorificabit
eum. Filioli adhuc paulisper uobiscũ sum. Quæretis me, & si
cut dixi Iudæis: quò ego uado, uos nõ potestis uenire: ita &
uobis dico nunc: Præceptũ nouũ do uobis, ut diligatis uos mu
tuo, sicut dilexi uos, ut & uos diligatis uos mutuo. In hoc co=
gnoscent omnes, quod discipuli mei sitis, si charitatẽ habue=
ritis inter uos mutuã. Dicit ei Simon Petrus: Domine, quò ua
dis? Respondit ei IESVS: Quò ego uado non potes me nunc
sequi, sequeris aũt postea. Dicit ei Petrus: Domine, quare nõ
possum te sequi nunc? ✶ Animã meam pro te ponã. Respon= 126
dit ei IESVS: Animã tuam pro me pones? Amen amen dico I
tibi, non canet gallus, donec me ter negaueris.

CAPVT XIIII.

ET ait discipulis suis: Ne turbetur cor uestrũ. Creditis 127
in deum, & in me credite. In domo patris mei mansiões X
multæ sunt. Quod si secus esset, dixissem uobis, uado paratu=
rus uobis locum. Et si abiero ad parandũ uobis locum: iterũ
ueniã & assumã uos ad me ipsum, ut ubi sum ego, & uos si=
tis, & quò ego uado, scitis, & uiã scitis. Dicit ei Thomas: do
mine, nescimus quò uadis: & quomodo possumus uiã scire?
Dicit ei IESVS: Ego sum uia, & ueritas, & uita. Nemo uenit Vita
ad patrẽ, nisi per me. Si cognouissetis me, & patrẽ meũ uti=
q; cognouissetis. Et nũc cognoscitis eũ, & uidistis eum. Dicit
ei Philippus: Domine, ostẽde nobis patrẽ, & sufficit nobis. di
cit ei IESVS: Tãto tẽpore uobiscũ sum & nõ cognouisti me?
Philippe, q uidit me, uidit patrẽ. Et quomodo tu dicis. ostẽde
nobis patrẽ? Non credis, quod ego in patre sum, & pater in

me? Verba quæ ego loquor uobis, à meipso nõ loquor. Pater aũt in me manẽs, ipse facit opera. Credite mihi, quod ego in patre sum, & pater in me, alioqui propter ipsa facta credite mihi. Amen amẽ dico uobis: qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora his faciet, quia ego ad patrẽ uado. ✶ Et quicqd petieritis nomine meo, hoc faciã, ut glori-
128 ficetur pater per filiũ. Si quid petieritis per nomẽ meũ, ego
IIII faciam. Si diligitis me, præcepta mea seruate, Et ego rogabo patrẽ, & aliũ consolatorem dabit uobis, ut maneat uobiscũ in æternũ, spiritum ueritatis: quem mundus non potest accipere: quia non uidet eum, nec nouit eum. Vos aũt cognoscitis eum, quia apud uos manet, & in uobis erit. Nõ relinquã uos orphanos, ueniam ad uos. Adhuc pusillũ & mundus me iã nõ uidet: uos autẽ uidetis me. Quia ego uiuo, & uos uiuetis In illo die uos cognoscetis, quod ego sum ī patre meo, & uos in me. & ego in uobis. Qui habet præcepta mea, & seruat
129 ea, ille est q diligit me. ✶ Qui aũt diligit me, diligetur à patre
I meo: & ego diligã eũ, & apariã ei meipsum. ✶ Dicit ei Iu-
130 das, nõ ille Iscariotes: Domine, quid factũ est, qđ manifestatu-
X rus es nobis teipsum, & nõ mundo? Respondit IESVS, & dixit eis: Si quis diligit me, sermonẽ meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & mãsionẽ apud eũ
131 faciemus. Qui nõ diligit me, sermones meos nõ seruat: ✶ &
I sermo quem auditis, nõ est meus, sed eius qui misit me patris.
132 ✶ Hæc loquutus sum uobis, apud uos manẽs. Paracletus autẽ
X ille, qui est spiritus sanctus, quẽ (spiritũ) mittet pater nomine
✶ meo, ille uos docebit omnia, & suggeret uobis omnia quæcunq; dixi uobis. Pacẽ reliquo uobis, pacem meam do uobis, nõ quomodo mundus dat ego do uobis. Ne turbetur cor uestrum,

strum,neq; formidet.Audistis qđ ego dixi uobis:uado,& uenio ad uos.Si diligeretis me,gauderetis utiq;, qđ dixerim, uado ad patrẽ,quia pater maior est me.Et nunc dixi uobis priusquam fiat,ut cum factum fuerit,credatis.Posthac nõ multa loquar uobiscum. Venit enĩ princeps mundi huius,& in me nõ habet quicquã.Sed ut cognoscat mundus,quod diligo patrem.Et sicut mandatum dedit mihi pater,sic facio. Surgite eamus hinc.

CAPVT XV.

EGo sum uitis uera,& pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentẽ fructum,tollit, & omnem qui fert fructum.purgat ut fructum copiosiorem afferat.Iam uos mundi estis propter sermonem,quem loquutus sum uobis manete in me,& ego in uobis.Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso,nisi manserit in uite, sic nec uos nisi in me manseritis. Ego sum uitis,uos palmites. Qui manet in me,& ego in eo,hic fert fructum multum,quia sine me nihil potestis facere.Si quis in me nõ manserit,eiectus est foras sicut palmes,& exaruit,& colligũt eos,& in ignẽ cõijciunt, & ardent.✶Si manseritis in me,& uerba mea in uobis manserint,quicquid uolueritis petetis,& fiet uobis.✶ In hoc glorificatus est pater meus,ut fructũ copiosum afferatis,& efficiamini mei discipuli.Sicut dilexit me pater,ita & ego dilexi uos. Manete in dilectione mea.Si præcepta mea seruaueritis,manebitis in dilectione mea,sicut & ego patris mei præcepta seruaui,& maneo in eius dilectiõe.Hæc loquutus sum uobis,ut gaudiũ meũ in uobis maneat, & gaudium uestrum impleatur.Hoc est præceptum meum,ut diligatis uos inuicẽ sicut dilexi uos.✶Maiorẽ hac dilectionẽ nemo habet, ut qs animã suam ponat pro amicis suis.✶Vos amici mei estis,si feceritis

133 IIII 134 X 135 IIII 136 X

ceritis quæcũq; ego præcipio uobis. Non posthac uos dico
seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos autẽ
dixi amicos, quia oĩa quæ audiui à patre meo, nota feci uo-
bis. Nõ uos me elegistis, sed ego elegi uos, & cõstitui uos ut
137 eatis & fructum afferatis, & fructus uester maneat: ✶ ut qc
IIII quid petieritis patrem noĩe meo, det uobis. ✶ Hæc præcipio
138 uobis, ut diligatis uos mutuo. Si mundus uos odit, scitis q̃ me
X priusq̃ uos odio habuerit. Si de mundo fuissetis, mundus quod
suum est diligeret. Quia uero de mundo nõ estis, sed ego sele
gi uos de mundo, propterea odit uos mundus. Memẽtote ser
139 monis, quem ego dixi uobis: ✶ Nõ est seruus maior domi no
III suo: ✶ Si me pſecuti sunt, & uos pſequentur. Si sermonem
140 meum seruauerunt, & uestrum seruabunt. ✶ Sed hæc oĩa fa
X cient uobis ꝓpter nomen meum: ✶ quia nõ nouerunt eum q̃
141 misit me. ✶ Si non uenissem & loquutus fuissem eis, pecca-
I tum non haberẽt. Nunc aũt nõ habẽt qd' prætexant peccato
142 suo. ✶ Qui me odit, is & patrẽ meũ odit. ✶ Si opa nõ feci-
III sem inter eos, quæ nemo alius fecit, peccatum nõ haberent.
143 Nunc aũt & uiderunt & oderunt, non solum me, uerumetiã
X patrem meum. Sed hoc accidit ut cõpleatur sermo, qui in le-
144 ge eorum scriptus est: Odio habuerunt me gratis. Cum autẽ
I uenerit paracletus, quem ego mittam uobis à patre, spũs ueri
145 tatis, qui à patre procedit, ille testimonium phibebit de me.
X Quin & uos testes estis, quia ab initio mecum estis.
Psal. 24.

CAPVT XVI.

146 H✶Aec locutus sum uobis, ut ne quid offendamini. Alie
I nos à synagogis facient uos. Sed uenit tẽpus ut quis-
quis interficiat uos, uideatur cultum præstare deo. Et hæc fa-
cient uobis, quia non nouerunt patrem, neq; me. Sed hæc lo

cutus

cutus sum uobis,ut cũ uenerit tẽpus illud, reminiscamini eorum,qd' ego dixerim uobis. ✶ Hæc aũt uobis ab initio nõ dixi,quia uobiscum eram. Nunc aũt uado ad eum qui misit me, & nemo ex uobis interrogat me quo uadã. Sed quia hæc locutus sum uobis,mœstitudo impleuit cor uestrum. Sed ego ueritatẽ dico uobis,expedit uobis,ut ego uadã. Si enĩ nõ abiero, cõsolator ille nõ ueniet ad uos. Sin aũt abiero, mittã eum ad uos. Et cũ uenerit ille,arguet mundũ de peccato,& de iustitia,& de iudicio. De peccato quidẽ,quia nõ credunt in me. De iustitia uero,quia ad patrem uado,& posthac nõ uidetis me. De iudicio aũt,qa princeps huius mundi tã iudicatus est. Ad hæc,multa habeo quæ uobis dicã,sed nõ potestis portare nũc. Cũ aũt uenerit ille,q est spũs ueritatis,ducet uos in oẽm ueritatẽ. Non enĩ loquetur à semetipso, sed quæcunq; audierit,loquetur,& quæ futura sunt annũciabit uobis. Ille me glorificabit,quia de meo accipiet,& annunciabit uobis. ✶ Oĩa quæcunq; habet pater,mea sunt. ✶ Propterea dixi, quod de meo accipiet,& annunciabit uobis. Pusillum & non uidetis me,& iterum pusillũ et uidebitis me, qa ego uado ad patrẽ. Dixerunt ergo quidã ex discipulis eius inter se: Quid est hoc qd' dicit nobis,pusillũ & nõ uidetis me,& rursus pusillũ & uidebitis me,& qa ego uado ad patrẽ? Dicebãt ergo: Quid est hoc, qd' dicit pusillum ? Nescimus qd loquatur. Cognouit autẽ IESVS,q uellent ipsum interrogare,& dixit eis. De hoc quæritis inter uos,quod dixi,pusillum & nõ uidetis me, & iterum pusillum & uidebitis. Amen amen dico uobis,plorabitis & lamentabimini uos,mundus contra gaudebit. Vos autem mœrore afficiemini: sed mœror uester uertetur in gaudium. Mulier cum parit,dolorem habet,quia uenit hora eius.

147 148 111 149

Cum aũt peperit puerũ,iã nõ meminit anxietatis, propterea q; gaudeat hoiem esse natũ in mũdo. Et uos igitur nũc quidẽ mœrorẽ habetis: sed iterum uidebo uos: & gaudebit cor uestrum, & gaudium uestrum nemo tollit à uobis. Et in illo die me nõ interrogabitis quicq;

Luce. iii. 150 ✶ Amen amẽ dico uobis, quæcũq; petieritis patrẽ in noĩe meo, dabit uobis. ✶ Hactenus nõ petistis quicquã in noĩe meo Petite & accipietis: ut gaudiũ uestrum sit pfectum. ✶ Hæc p ꝓuerbia locutus sum uobis Ve-

IIII 151 X niet tempus, cum iam nõ p ꝓuerbia loquar uobis, sed palàm de patre meo annunciabo uobis: in illo die in noĩe meo petetis Et non dico uobis, q; ego rogaturus sim patrem p uobis. Ipse enĩ pater amat uos, qa uos me amastis: & credidistis q; à Deo exiuerim Exiui à patre, & ueni in mundũ, iterum relinquo mundũ, & uado ad patrẽ. Dicũt ei discipuli eius: Ecce nũc apte loqueris, nec ꝓuerbiũ ullũ dicis. Nũc scimus, q; scis oĩa: nec opus est tibi, ut q; te ĩterroget. Per hoc credimus, q; à Deo existi. Respõdit eis IESVS: Nũc creditis. ✶ Ecce in

152 IIII stat tempus, et iam uenit, ut dispergamini unusquisq; in sua. 153 X ✶ Meq; solum relinquatis: & tamẽ nõ sum solus, quia pater mecũ est. Hæc locutus sum uobis, ut in me pacẽ habeatis: In mũdo afflictionẽ habetis, sed bono aĩo sitis, ego uici mundũ.

CAPVT XVII.

HAec locutus est IESVS, & sublatis oculis in cœlũ, dixit: Pater, uenit hora, glorifica filiũ tuũ, ut & filius tuus glorificet te. Sicut dedisti ei potestatẽ oĩs carnis, ut quot quot dedisti ei, det eis uitã æternã. Hæc est autẽ uita æterna, ut cognoscant te solum Deum uerũ, & quẽ misisti IESVM Christum. Ego te glorificaui sup terrã, opus cõsummaui, qd dedisti mihi ut facerẽ. Et nũc glorifica me tu pater, apud te-

metipsum

metipsum gloria, quam habui priusq̃ hic mundus esset apud te. Manifestaui nomen tuũ hoĩbus, quos dedisti mihi de mundo. Tui erant & mihi eos dedisti, & sermonẽ tuũ seruauerunt. Nunc cognouerunt, qđ oĩa quæcunq; dedisti mihi abs te sunt. Quia uerba quæ dedisti mihi, dedi eis: & ipsi acceperunt, & cognouerunt uere, quod à te exiui: & crediderũt quod tu me misisti: Ego pro eis rogo. Non pro mundo rogo sed pro ijs quos dedisti mihi, quia tui sunt. Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt & glorificatus sum in eis. Et iam non sum in mundo, & hi in mundo sunt, & ego à te uenio Pater sancte, serua eos per nomen tuum, quos dedisti mihi: ut sint unum sicut & nos. Cum essem cum eis in mundo, & ego seruabam eos nomine tuo. Quos dedisti mihi, ego custodiui & nemo ex eis periit, nisi filius ille perditus, ut scriptura compleretur. Nunc autem ad te uenio & hæc loquor in mundo, ut habeant gaudium meum impletum in semetipsis. Ego tradidi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit: quia nõ sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo. Non rogo ut tollas eos è mundo, sed ut serues eos á malo. De mundo nõ sunt, sicut & ego non sum de mundo. Sanctifica eos p ueritatem tuam. Sermo tuus ueritas est. Sicut tu me misisti in mundum, ita & ego misi eos in mundum, & pro eis ego sanctifico meipsum, ut sint & ipsi sanctificati p ueritatem. Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro ijs, qui crediturí sunt p sermonem eorum in me: ut omnes unũ sint, sicut tu pater in me, & ego in te: ut & ipsi in nobis unum sint, ut credat mundus quod tu me miseris: & ego gloriam quam dedisti mihi dedi eis ut sint unum, sicut & nos unum sumus. Ego in eis, & tu in me, ut sint consummati in unum, & ut cognoscat mun-

dus,quod tu me misisti.& dilexisti eos,sicut & me dilexisti.
Pater,quos dedisti mihi,uolo,ut,ubi sum ego,& illi sint mecum:ut uideant gloriam meam,quam dedisti mihi,quia dile-
154 xisti me ante conditum mundũ. ✶ Pater iuste,& mundus te
III non cognouit:ego autẽ te cognoui & ij cognouerunt qd' tu
155 me miseris.✶ Et notum feci eis nomen tuum,& notũ faciã:
X ut dilectio qua dilexisti me,in ipsis sit,& ego in ipsis.

CAPVT XVIII.

HAec cũ dixisset IESVS✶ egressus est cum discipu-
156 lis suis trans torrentẽ Cedron: ubi erat hortus, in quẽ
I introiuit ipse & discipuli eius.✶ Nouerat aũt & Iudas,qui
157 pdebat eũ,locũ:quia frequenter IESVS cõuenerat illuc cũ
X discipulis suis.✶ Iudas ergo cũ accepisset cohortẽ & à pon
158 tificibus ac pharisæis ministros, uenit illuc cũ laternis ac faci
I bus & armis.✶ IESVS itaq; sciens oĩa quæ uẽtura erãt su
159 per se,processit,ac dixit eis:Quẽ quæritis? Responderũt ei,
X IESVM Nazarænum.Dicit eis IESVS:ego sum. Stabat autẽ & Iudas,qui prodebat eum,cum ipsis.Vt ergo dixit eis, ego sum,abierunt retrorsum,& ceciderunt in terrã. Iterũ ergo interrogauit eos:Quẽ quæritis?Illi aũt dixerũt: IESVM Nazarænum. Respondit IESVS:Dixi uobis,q; ego sum. Si ergo mẽ quæritis,sinite hos abire.Vt cõpleretur sermo quem
160 dixerat:Ex ijs quos dedisti mihi: nõ pdidi quenquã. ✶ Simon
I ergo Petrus cũ haberet gladium,eduxit eũ,& pcussit põtifi
161 cis seruum,& abscidit auriculã eius dextrã.Erat aũt nomen
I seruo Malchus. Dicit ergo IESVS Petro:Immitte gladium
162 tuum in uaginã.✶ An nõ bibã poculum qd' dedit mihi pater?
I Cohors igitur & tribunus ac ministri Iudæorũ cõprehenderunt IESVM & ligauerunt eum,✶ & abduxerunt eũ ad

Annam

Annam primum: erat enī socer Caiphæ, q̄ erat pontifex anni illius. Erat aūt Caiphas is q̄ cōsilium dederat Iudæis, q̄ expediret unū hoīem mori p̄ popl'o. ✶ Sequebatur aūt IESVM Simon Petrus, ✶ & alius discipulus. Discipulus aūt ille erat notus pōtifici, & introuit cū IESV in atriū pōtificis. ✶ Petrus autē stabat ad ostium foris. ✶ Exiuit ergo discipulus ille alter, q̄ erat notus pōtifici, & dixit ostiariæ, & introduxit Petrum. ✶ Dixit ergo Petro ancilla ostiaria: Num et tu ex discipulis es hoīs istius? Dicit ille: Non sum. ✶ Stabāt autē serui & ministri, qui prunas congesserant, quia frigus erat, & calefaciebāt se. Erat aūt cum eis & Petrus stans & calefaciēs se. Pōtifex ergo interrogauit IESVM de discipulis suis & de doctrina ipsius. Respondit ei IESVS. ✶ Ego palàm locutus sum mundo, ego semp̄ docui in synagoga, & in templo, quò oēs Iudæi conueniunt, & in occulto locutus sum nihil. ✶ Quid me interrogas? Interroga eos qui audierūt, quid locutus sim ipsis: Ecce hi sciunt quæ dixerim ego. ✶ Hæc autē cum dixisset, unus assistens ministrorū dedit alapā IESV, dicens: Siccine respondes pontifici? ✶ Respōdit ei IESVS: Si male locutus sum, testificare de malo, sin bene, cur me cædis. ✶ Et misit eū Annas uinctū ad Caiaphā pontificē. ✶ Stabat autē Simon Petrus & calefaciebat se. Dixerunt ergo ei: Num & tu ex discipulis eius es? Negauit ille & dixit: Non sum. Dicit ei unus ex seruis pōtificis cognatus eius, cuius abscíderat Petrus auriculā: Nónne ego te uidi in horto cū illo? Iterū ergo negauit Petrus, & statim gallus cecinit. ✶ Ducūt ergo IESVM à Caiapha in prætoriū. ✶ Erat aūt mane, & ipsi nō introierūt in prætoriū, ne cōtaminarētur, sed ut ederēt pascha. Exiuit ergo pilatus ad eos foras, & dixit: Quam accusa-

163 X
164 IIII
165 X
166 I
167 X
168 I
169 X
170 I
171 X
172 I
173 X
174 I
175 I
176 I
177 X

accusationem affertis aduersus hoiem hunc? Responderunt & dixerunt ei: Si non esset hic nocens, haud quaquã tibi tradidissemus eum. Dicit ergo eis Pilatus: Accipite eum uos, & secundum legem uestrã iudicate eũ. Dixerunt ergo ei Iudæi: Nobis non licet interficere quenq̃. Vt sermo IESV implere
278 tur, quem dixit, significans qua morte esset moriturus. ✶ In-
I troiuit ergo iterũ in prætoriũ Pilatus, & uocauit IESVM,
279 & dixit ei. Tu es ille rex Iudæorũ? ✶ Respõdit IESVS: A
X temetipso tu hoc dicis, an alij dixerunt tibi de me? Respõdit Pilatus: Num ego Iudæus sum? Gens tua & põtifices tradiderunt te mihi. Quid feciſti? Respondit IESVS: Regnũ meũ non est ex hoc mundo. Si ex hoc mũdo esset regnũ meũ, ministri mei utiq; decertarent, ne traderer Iudæis. Nunc aũt re-
280 gnum meũ non est hinc. ✶ Dixit itaq; ei Pilatus, ergo rex es
IIII tu? Respondit IESVS: Tu dicis, q. rex sum ego. ✶ Ego in
281 hoc natus sum, & ad hoc ueni in mundũ, ut testimoniũ ferã
X ueritati. Oĩs q̃ ẽ ex ueritate, audit uocẽ meã. Dicit ei Pilatus:
282 Quid est ueritas? Et cũ hoc dixisset, iterũ ꝓdijt ad Iudæos, et
IX dicit eis. ✶ Ego nullã inuenio in eo cauſsã. ✶ Est aũt cõsue-
283 tudo uobis, ut unũ dimittã uobis in paſcha. Vultis ne ergo di-
IIII mittã uobis illũ regẽ Iudæorũ? ✶ Clamauerũt rurſum oẽs, di-
284 centes: Non hũc ſed Barraban. Erat aũt Barrabas latro.
I

CAPVT XIX.

285 T✶Vnc ergo apprehẽdit Pilatus IESVM, & flagella-
IIII uit, & milites plectentes coronã de ſpinis, impoſuerũt capiti eius, & ueſte purpurea circundederunt eum, ac dicebant. Aue rex Iudæorum. Et dabant ei alapas. Exiuit iterum Pilatus foras, & dicit eis: Ecce adduco uobis eũ foras, ut co-
286 gnoſcatis q. nullam in eo cauſſam inuenio. ✶ Exiuit ergo IE-
IX SVS

SVS foras, gestans spineam coronã, & purpureum palliũ, 187
& dicit eis: Ecce homo. ✶ Cum ergo uidissent eum pontifi= IIII
ces & ministri, clamabãt, dicẽtes: Crucifige, crucifige. ✶ Di 188
cit eis Pilatus: Accipite eũ uos, et crucifigite: ✶ ego enim nõ I
inuenio in eo causſam. ✶ Reſponderũt ei Iudæi: Nos legẽ ha 189
bemus, & ſecundũ legem noſtram debet mori, quia filiũ Dei X
ſe fecit. Cum ergo audiſſet Pilatus hunc ſermonem magis ti= 190
muit. Et ingreſſus eſt prætoriũ iterũ, ✶ & dicit ad IESVM IX
Vnde es tu? IESVS aũt reſponſũ non dedit ei. ✶ Dicit ergo ei 191
Pilatus: Mihi nõ loq̃ris? neſcis q̃ poteſtatẽ habeã crucifigẽ X
di te, & poteſtatẽ habeã abſoluẽdi te? Reſpõdit Ieſus: Nõ ha 182
beres poteſtatẽ aduerſũ me ullã, niſi tibi datũ eſſet è ſupnis. IIII
Propterea q̃ me tradidit tibi, maius peccatũ hẽt. Et ex eo q̃re 193
bat Pilatus abſoluere eum. Iudæi autem clamabant, dicẽtes: X
Si hunc abſolueris, non es amicus cæſaris. Quicunq; ſe re=
gem facit, contradicit cæſari. Pilatus autẽ cum audiſſet hunc
ſermonem, produxit foras IESVM, ſedítq; pro tribunali in
loco qui dicitur Lithoſtrotos, Hebraice autem Gabbatha.
Erat autem paraſceue paſchæ, hora fermè ſexta, & dicit Iu 194
dæis: Ecce rex ueſter. ✶ Illi autem clamabant: Tolle, tolle, I
crucifige eum. ✶ Dicit eis Pilatus: regem ueſtrum crucifigã? 195
Reſponderunt pontifices: Non habemus regem niſi Cæsarẽ. X
✶ Tunc ergo tradidit eum illis, ut crucifigeretur. ✶ Accepe 196
runt autem IESVM, & abduxerunt, atq; is baiulans cru= I
cem ſuam, exiuit in eum, qui dicitur Caluaria, locum Hebrai 197
ce autem Golgotha, ubi crucifixerunt eum: ✶ & cum eo I
alios duos hinc & hinc, medium autem IESVM. ✶ Scri= 198
pſit autem & titulum Pilatus, & poſuit ſuper crucem. Erat I
autem ſcriptum. IESVS Nazarenus Rex Iudæorum. 199

✶ Hunc I

200 X ✶ Hunc ergo titulū multi Iudæorū legerūt, qa ppe ciuitatē erat locus, ubi crucifixus ē IESVS. Et erat scriptū Hebraice, et Græce, et Latine. Dicebāt ergo Pilato pōtifices Iudæorū: Noli scribere: rex Iudæorū, sed qd' ille dixerit, rex sū Iu-
201 I dæorū. Respōdit Pilatus: Quod scripsi, scripsi. ✶ Milites ergo cū crucifixissent IESVM, acceperūt uestimēta eius, et fecerūt q̄tuor ptes, unicuiq; militi partē, et tunicā. Erat autē tunica incōsutilis, à summo cōtexta p totū. Dixerūt ergo iter se: Ne scīdamus eā, sed sortiamur de illa cuius sit. Vt scriptu-
Psal. 31. ra īpleretur, dicēs: Partiti sunt uestimēta mea sibi, & in uestē
202 X meā miserūt sortē. Et milites quidē hæc fecerunt. ✶ Stabant aūt iuxta crucē IESVS mater eius, & soror matris eius Maria uxor Cleophæ, & Maria Magdalene. Cū uidisset ergo IESVS matrē ac discipulū astantē quē diligebat, dicit matri suæ: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eā discipulus in sua. Postea sciens IESVS, q̄ oīa iam cōsummata essent, ut cōsummaretur scriptura, dicit: Sitio. Vas igitur erat positū aceto plenū.
203 IIII ✶ Illi uero impleuerunt spongiā aceto & hysopo, & imposītā admouerūt ori eius. Cū ergo accepisset IESVS acetū,
204 I dixit: Consummatū est, ✶ & inclinato capite tradidit spūm.
205 X ✶ Iudæi ergo quoniā parasceue erat, ut nō remanerēt in cruce corpa sabbato (erat enī magnus dies ille sabbati) rogauerunt Pilatū ut frangerētur eorū crura, ac tolerētur. Venerūt ergo milites, & primi quidē fregerunt crura, & alterius q crucifixus est cū eo. Ad IESVM aūt cum uenissent, ut uiderunt eum iam mortuū, nō fregerunt eius crura: sed unus militum lācea latus eius fodit, et cōtinuo exiuit sanguis & aqua. Et qui uidit testimoniū phibuit, & uerū est testimoniū eius.

Et ille

Et ille scit q̃ uera dicit, ut & uos credatis. Facta sunt enim hæc, ut scriptura impleretur: Os nõ cõminuetis ex eo. Et rursus alia scriptura dicit: Videbunt in quẽ pupugerunt. ✶ Post hæc aũt rogauit Pilatũ Ioseph Arimathiẽsis, qui erat discipulus IESV, sed occultus ꝓpter metum Iudæorum, ut tolleret corpus IESV: idq̃ ꝑmisit Pilatus. ✶ Venit aũt & Nicodemus, qui uenerat ad IESVM nocte primum, ferens mixturã myrrhæ & aloës ad libras fermè centum. ✶ Acceperunt ergo corpus IESV, & obuinxerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire. Erat aũt in eo loco ubi crucifixus est, hortus, & in horto monumentũ nouũ, in quo nondum quisq̃ positus erat. Ibi ergo ꝓpter parasceuen Iudæorũ, q̃ in propinquo esset monumentum, posuerunt IESVM.

Exod. 12 Zach. 12. 206 I 207 X 208 I

CAPVT XX

✶ PRimo uero die sabbatorum Maria Magdalene uenit mane, cũ adhuc tenebræ essent, ad monumentũ, uidetq̃ lapidẽ sublatum à monumẽto. ✶ Currit ergo & uenit ad Simonem Petrum, & ad alterum illũ discipulum, quẽ amabat IESVS, & dicit illis: Sustulerũt dominũ è monumento, & nescimus ubi posuerint eum. Exijt ergo Petrus, & ille alius discipulus, & uenerũt ad monumentũ. Currebãt aũt duo simul, & ille alius discipulus præcucurrit citius Petro, uenitq̃ prior ad monumentũ. Et cũ se iclinasset, uidit posita linteamina, non tamẽ introiuit. Venit ergo Simon Petrus sequens eũ, & introiuit in monumentũ. Et uidet linteamina posita, & sudarium quod fuerat sup caput eius, non cum linteaminibus positum, sed separatim inuolutũ in unũ locum. Tunc ergo introiuit & ille alius discipulus, qui uenerat prior ad monumẽtum, uidit q̃ & credidit. Nondum enim nouerant scripturam,

209 I 210 X

ram, q. oportuisset eũ à mortuis resurgere. Abierũt ergo rursus discipuli ad semetipsos. ✶ Maria aũt stabat ad monumen
211 I tũ foris plorãs. Dũ ergo fleret, inclinauit se in monumentũ, & uidet duos angelos amictos albis, sedẽtes unũ ad caput, et alterũ ad pedes illic, ubi posuerãt corpus IESV. ✶ Dicũt ei illi:
212 X Mulier qd ploras? Dicit eis: Sustulerũt dominũ meũ, nec scio ubi posuerũt eũ. Hæc cũ dixisset, cõuersa est retrorsum, & uidet IESVM stantẽ, nec sciebat q. IESVS esset. Dicit ei IESVS, Mulier qd ploras? Quem quæris? Illa existimãs q. hortulanus esset, dicit ei: Domine, si tu asportasti eũ, dicito mihi ubi posueris eũ, & ego eũ tollã Dicit ei IESVS: Maria. Conuersa illa, dicit ei: Rabboni, qd' dicitur magister. Dicit ei IESVS: Noli me tãgere. Nondũ em ascendi ad patrẽ meũ. Sed uade ad fratres meos, & dic eis: Ascẽdo ad patrẽ meũ, et patrẽ uestrũ, et deũ meũ et deũ uestrũ. Venit Maria Magdalene, annũcians discipulis, q. uidisset dominũ, & ea dixisset sibi. ✶ Cũ ergo uespera esset die illo q erat unus sabbatorũ, &
213 X fores essẽt clausæ, ubi erãt discipuli cõgregati, ppter metũ Iudæorũ, uenit Iesus, stetitq; ĩ medio, & dicit eis: Pax uobis. Et cũ hæc dixisset, ostẽdit eis manꝰ ac latus suũ. Gauisi sũt ergo
214 X discipuli uiso dño. Dixit ergo eis iterũ: Pax uobis. ✶ Sicut misit me pater, ita et ego mitto uos. Hæc cũ dixisset, flauit ĩ eos,
215 & dicit eis: Accipite spũm sanctũ. ✶ Quorũcunq; remiseri-
VII tis peccata, remittũtur eis: quorũcunq; retinueritis, retenta
216 sũt. ✶ Thomas aũt unus ex duodecim, q. dicitur Didymus, nõ
X erat cũ eis quãdo uenit Iesus. Dixerũt ergo ei alij discipuli: Vidimus dominũ. Ille aũt dixit eis: Nisi uidero ĩ manibus eius uestigiũ clauorũ, et mittã digitũ meũ in uestigiũ clauorũ, &
217 mittam manũ meã in latus eius, nõ credã. ✶ Et post dies octo
IX iterum

iterum erant discipuli eius intus, & Thomas cũ eis, uenit IESVS ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit: Pax uobis. Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuũ huc, & uide manus meas, & admoue manũ tuã, & immitte in latus meũ, & noli esse incredulus, sed credens. ✶ Respondit Thomas, & dixit 218
ei: Dominus meus, & deus meus. Dicit ei IESVS: Quia uidisti me Thoma, credidisti: beati q non uiderũt & crediderũt. Multa quidẽ & alia signa fecit IESVS in cõspectu discipulorũ suorũ, quæ nõ sunt scripta in libro hoc: hæc aũt scripta sunt ut credatis, q IESVS est Christus ille filius dei, & ut credentes uitã habeatis per nomẽ eius. Ad phrip. 2.

CAPVT. XXI.

POstea manifestauit se iterũ IESVS ad mare Tiberiadis, manifestauit autẽ sic. Erãt simul Simon Petrus & Thomas, q dicitur Didymus: & Nathanaël, qui erat à Cana Galilææ, & filij Zebedæi, alijq; ex discipulis eius duo. Dicit eis Simõ Petrus: Vado piscatũ: Dicũt ei: Venimus & nos tecum. Exierũt & ascẽderũt in nauim statim, et illa nocte nihil cepe rũt. Mane aũt tã facto, stetit IESVS in littore, nõ tamẽ cognouerũt discipuli, qd' IESVS esset. Dicit eis IESVS: Pueri, num q̃d obsonij habetis? Responderũt ei: Nõ, ✶ At ille dicit eis: Mit 219
tite in dexterã nauigij partẽ rete, & inuenietis. Miserũt ergo IX
et tã nõ ualebãt illud trahere præ multitudine piscium. ✶ Dicit 220
ergo discipulus ille, quẽ diligebat IESVS Petro: Dominus est X
Simõ ergo Petrus cũ audisset qd' dominus esset, tunica succinxit se (erat enĩ nudus) et misit se in mare. Alij aũt discipuli nauigiolo uenerũt, nõ enĩ lõge aberãt à terra, sed circiter cubitis ducẽtis trahẽtes rete piscium. ✶ Vt ergo descenderũt in terrã, uiderũt prunas positas, & piscẽ superpositũ, & panem. 221
Dicit eis IESVS: Afferte de piscibus quos prendidistis nũc IX

222 IX ✶Ascẽdit Simõ Petrus, & traxit rete in terrã plenũ magnis
piscibus centũ quinquaginta tribus. Et cũ tot eßẽt, nõ est scis-
223 IX sum rete. ✶Dicit ei IESVS, Venite prãdete. ✶Et nemo disci-
pulorũ audebat interrogare eũ, dicẽs: Tu qs es? Cũ scirent qd'
224 X dominus esset. ✶Venit itaq; IESVS, & accepit panẽ, & dat
eis & piscẽ similiter. ✶Hac iã tertia uice manifestatus est IE
225 IX SVS discipulis suis, cũ resurrexisset à mortuis. Cũ ergo pran
dissent, dicit Simoni Petro IESVS: Simon Iohãnis diligis me
226 X plus his? Dicit ei: Etiã domine, tu scis quod amẽ te. Dicit ei:
227 IX ✶Pasce agnos meos. ✶Dicit ei rursus iterũ: Simõ Ioãnis di
ligis me? Ait illi: Etiã domine, tu scis quod amẽ te. ✶Dicit ei:
228 X Pasce oues meas. ✶Dicit ei tertio, Simõ Iohãnis amas me? In
doluit Petrus, qd' dixisset sibi tertio, amas me? dixitq; ei: Domi
ne, tu oĩa nosti, tu scis qd' amẽ te. ✶Dicit ei IESVS: Pasce
229 IX oues meas: ✶Amẽ amẽ dico tibi, cũ esses iunior, cingebas te
& ambulabas, quò uolebas, cũ aũt senueris, extẽdes manus
230 X tuas, & alius te cinget, & ducet quò nõ uis. Hoc aũt dixit
significãs qua morte glorificaturus esset deũ. Et cũ hoc dixis
231 IX set, dicit ei: Sequere me. Cõuersus Petrus, uidet illũ discipulũ
quẽ diligebat IESVS, sequẽtẽ. q & recubuit in cœna sup pe-
232 X ctus eius, & dixit: Domine, quis est ille q tradit? hunc ergo cũ
uidisset Petrus, dicit IESV: Domine, hic aũt quid? Dicit ei IE
SVS: Si eũ uelim manere donec ueniã, quid ad te? Tu me se-
quere. Exijt ergo sermo iste inter fratres, qd' discipulus ille nõ
moreretur. Et nõ dixerat ei IESVS, nõ moritur, sed si eum
uelim manere donec ueniã, quid ad te? Hic est discipulus ille
qui testimoniũ perhibet de his, & scripsit hæc. Et scimus qd'
uerum est testimoniũ eius. Sunt autem et alia multa quæ fecit
IESVS, quæ si scribantur per singula, nec ipse, opinor, mũ
dus caperet eos qui scriberentur libros.

ACTA APOSTOLORVM. CAPVT. I.

VPERIORE QVIDEM VOLVmine diximus Theophile, de omnibus quæ cœpit IESVS tũ facere, tũ docere, ad eũ usq; diẽ, quo postquam impartitus in hoc ipsum spiritum sanctum, mandata dedisset, quos delegerat apostolis, sursum assumptus est, quibus etiã se ipsum exhibuerat uiuentẽ, posteaquã supplicio fuisset affectus, tdq; compluribus argumentis, dum per dies quadraginta conspicitur ab illis, ac loquitur eis de regno dei & congregans illos in idem loci, præcepit eis ne discederent Hierosolymis, sed ut expectarẽt promissum patris, de quo inquit, audistis ex me, quoniã Iohãnes baptizauit quidem aqua uos autem baptizabimini spiritu sctõ post dies hosce nõ multos. Illi igitur ubi conuenissent, percontabantur illum, dicentes: Domine num in tempore hoc restituis regnum Israëli? Dixit aũt ad illos: Non est uestrum nosse tempora & articulos temporum, quos pater in sua ipsius cõstituit potestate, sed accipietis uirtutem, posteaquã spiritus sanctus aduenerit super uos, & eritis mihi testes, non solum Hierosolymis, uerũ etiã in uniuersa Iudæa, Samariaq;, deniq; usque ad extrema terræ. Atq; hæc loquutus, uidentibus ijsdem, in altum sublatus est & nubes subduxit illum ab oculis eorum. Cumq; essent defixis in cœlũ oculis, eunte illo, ecce uiri duo astiterunt illis amicti uestibus albis, qui & dixerũt: Viri Galilæi, quid statis intuentes in cœlũ? Hic IESVS qui assumptus est à uobis in cœ-

lum, sic ueniet quẽadmodũ uidistis eum euntẽ in cœlum. Tũc reuersi sunt Hierosolymã à mõte, qui uocatur Oliueti, q̃ ab est ab Hierosolymis iter sabbati. Et cum introissent, ascenderunt in cœnaculũ ubi manſitabant & Petrus & Iacobus, & Iohãnes & Andreas, Philippus & Thomas. Bartholomæus & Matthæus, Iacobus Alphæi & Simon Zelotes, & Iudas Iacobi frater. Hi omnes perseuerabãt unanimiter ĩ deprecatione & obsecratiõe cũ mulieribus, & Maria matre IESV, cumq̃ fratribus illius. Et in diebus his exurgens Petrus in medio discipulorũ dixit (eratq̃ turba hominũ simul ferè centũ uiginti:) Viri fratres, oportuit impleri scripturã hãc, quã præ dixit spiritus sanctus per os Dauid de Iuda, q̃ fuit dux ijs, qui comprehenderunt IESVM: quia cooptatus erat in numerũ nostrum, & sortitus erat partẽ ministerij huius. Et is quidem parauit agrũ ex mercede iniquitatis, suspensus q̃ crepuit medius, & effusa sunt omnia uiscera eius. Et innotuit oĩbus habitantibus Hierosolymæ. ✶ Ita ut appellaretur ager ille lingua illis uernacula Aceldama: hoc est ager sanguinis, Scriptũ est enĩ in libro psalmorũ: ✶ Fiat commoratio eius deserta, & non sit qui habitet in ea: ✶ Et episcopatũ eius accipiat alter. Oportet igitur ut ex his uiris, qui nobiscum uersati sunt toto tempore, quo dominus IESVS perpetuam uitæ consuetudinẽ egit nobiscũ: exorsus à baptismo Iohãnis ad eũ usq̃ diẽ, quo receptus est à nobis: unus quispiã cõstituatur, qui sit unà nobiscum testis resurrectiõis eius. Et statuerunt duos, Ioseph qui uocatur Barsabas, qui cognominatus est iustus, & Matthiam Et facta precatione, dixerũt: Tu domine, qui corda nosti omnium, ostende utrũ elegeris ex his duobus, ut accipiat sortem ministerij huius & apostolatus, unde præuaricatus excidit Iudas,

Math. 25.
Psal. 68.
Psal. 108.

das, ut abiret in locum suũ. Et dederunt sortes eorũ, et cecidit sors super Matthiã, & cooptatus est ad numerum undecim apostolorum.

CAPVT. II.

ET cum complerẽtur dies pentecostes, erant omnes una nimiter in eodẽ loco: & factus est repente dẽ cœlo soni tus, tanquã impetu uenientis flatus uehemẽtis, & repleuit to tam domũ, ubi erant sedẽtes. Et uisæ sunt illis dissectæ linguæ uelut igneæ, seditq; super singulos eorũ: ac repleti sunt oẽs spi rituſancto, cœperũtq; loqui alijs linguis, prout spiritus ille da bat eloqui illis. Erant aũt Hierosolymis habitantes Iudæi, ui ri religiosi ex omni natiõe earũ, quæ sub cœlo sunt. Is rumor cum increbuisset, conuenit multitudo, & cõfusa est, quod au diret unusquisq; lingua sua illos loquẽtes. Stupebant aũt oẽs, ac mirabantur, dicentes inter sese: Nónne ecce oẽs isti q lo quuntur Galilæi sunt? Et quõ nos audimus eos sua quisq; lin gua in qua nati sumus? Parthi & Medi & Elamitæ et habita tores Mesopotamiæ, Iudææq;, & Cappadociæ, Põti, & Asiæ Phrygiæ, & Pamphyliæ, Aegypti, & partiũ Lybiæ, eius quæ est finitima Cyrenæ, & aduenæ Romani, Iudæiq; & Proselyti, Cretes, & Arabes, audimus eos loquẽtes nostris linguis ma gnifica dei. Stupebãt aũt omnes, ac mirabãtur inter se dicen tes: Quidnã uult hoc esse? alij aũt irridẽtes, dicebant: Musto expleti sunt isti. Stans autẽ Petrus cum undecim, extulit uocẽ suã, ac locutus est eis: Viri Iudæi, & qui habitatis Hierosoly mis uniuersi, hoc uobis notum sit, & auribus percipite uerba mea. Nõ enĩ sicut uos existimatis, hi ebrij sunt, cũ sit hora diei tertia. Sed hoc est quod dictũ est per prophetã Ioẽl. Et erit in. Ioel. nouissimis diebus, dicit deus, effundã de spiritu meo sup oẽm

carnem. Et prophetabunt filij uestri, & filiæ uestræ: iuuenes uestri uisiones uidebunt, et seniores uestri somnia somniabunt. Et quidem super seruos meos, et super ancillas meas in diebus illis effundã de spiritu meo, et prophetabũt, et dabo ꝓdigia in cœlo superne, & signa in terra inferne, sanguinẽ & ignẽ & uaporẽ fumi. Sol cõuertetur in tenebras, & luna in sanguinẽ, anteq̃ ueniat dies ille domini magnus atq; illustris. Et futurũ est: ut omnis quicũq; inuocauerit nomẽ domini, seruetur. Viri Israëlitæ, audite uerba hæc: IESVM Nazarænũ uirũ exhibitũ à Deo erga uos uirtutibus et prodigijs & signis, quæ fecit per illũ Deus in medio uestri, sicut & ipsi scitis, hũc definito cõsilio & præscientia Dei traditũ, cũ accepissetis ꝑ manus iniquorũ, crucifixũ interemistis, quẽ Deus suscitauit solutis doloribus mortis, quatenus impossibile erat teneri illum ab ea. Psal. 15. Dauid enim dicit de eo: Prouidebã dominum corã me sẽper: quoniã à dextris est mihi, ne cõmouear. Propter hoc lætatũ est cor meũ. et exultauit lingua mea: insuper et caro mea requiescet in spe. Quoniam nõ derelinques animã meã in inferno, nec sines ut sanctus tuus uideat corruptionẽ. Notas mihi feciſti uias uitæ: replebis me iucũditate cũ facie tua. Viri fratres, quãdoquidẽ licet libere dicere apud uos de patriarcha Dauid. ✻ Quod et defunctus est, & 3. Reg. 2. sepultus est, & sepulchrũ eius est apud nos usq; in hodiernũ Psal. 131. diẽ. Propheta igitur cũ esset, et sciret, q̃ iureiurãdo iurasset sibi Deus, futurũ ut de fructu lũbi ipsius, quãtũ ad carnẽ Christus exoriretur, ac sederet sup sedẽ eius, præscius locutus est de resurrectiõe Christi, qd' nõ derelicta sit in inferno anima eius, neq; caro eius, uiderit corruptionẽ. Hũc IESVM susçitauit Deus, cuius oẽs nos sumus testes. Dextera igitur Dei exalta-

exaltatus, & promissione spiritussancti accepta à patre effudit hoc quod nũc uos uidetis et auditis. Nõ enim Dauid ascẽdit in cœlos, sed dicit ipse. ✻ Dixit dominus domino meo, sede à dextris mihi, donec ponã inimicos tuos, scabellũ pedum tuorũ. Certo sciat ergo tota domus Israël, qđ dominũ et Christũ fecerit Deus, hũc IESVM quẽ uos crucifixistis. His aũt auditis, cõpuncti sũt corde, et dixerũt ad Petrum ac reliquos apostolos: Quid faciemus uiri fratres? Petrus ait ad illos: Delictorũ pœnitentiã agite, et baptizetur unusquisq; uestrũ in nomine IESV Christi in remissionẽ peccatorũ, & accipietis donũ spiritussancti. Vobis enim facta est repromissio et filijs uestris, & omnibus qui longe sũt, quoscũq; aduocauerit dominus Deus noster. Alijsq; uerbis plurimis testificatus est et exhortatus est eos, dicẽs. Seruemini à generatione ista prava. Qui ergo libẽter acceperũt sermonẽ eius baptizati sũt, & accesserũt in die illo animæ circiter ter mille. Erant autẽ perseuerãtes in doctrina apostolorũ, & cõmunicatione, & fractione panis et precationibus. Obortus est aũt omni animæ timor, multaq; prodigia & signa per Apostolos ædebantur. Omnes autẽ qui credebant erant cõiuncti, & habebant omnia cõmunia. Possessionesq; et substãtias uendebãt, ac diuidebãt illa omnibus, prout cuiq; opus erat. Et quotidie perdurãtes unanimiter in tẽplo, et frãgentes per singulas domos panẽ, inuicẽ sumebãt cibum, cũ exultatione & simplicitate cordis laudãtes Deũ, et habẽtes gratiam, apud omnẽ plebẽ. Dominus aũt addebat qui salui fierẽt quotidie, cõgregationi.

Psal. 109.

Parti pariu mensi domini

CAPVT. III.

Simul autẽ Petrus et Iohannes ascẽdebant in templum, ad

horam precationis nonam. Et quidã uir, qui erat claudus ex utero matris suæ baiulabatur, quẽ ponebãt quotidie ad portã templi, quæ dicitur speciosa, ut peteret eleemosynã ab introeuntibus in templũ. Is cũ uidisset Petrum ac Iohãnem ingressuros in templũ, rogabat ut eleemosynã acciperet. Defixis autem in eum oculis Petrus cũ Iohanne, dixit: Aspice in nos. At ille intendebat in eos, sperans se aliquid accepturũ ab eis. Petrus autem dixit: Argentũ & aurũ non est mihi, quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine IESV Christi Nazaræni surge, & ambula. Et apprehensa manu eius dextra, erexit eũ. Protinus autem consolidatæ sunt plantæ illius ac tali. Et exiliens stetit & ambulabat, intrauitq; cũ illis in templũ inambulans & saliens ac laudans Deum. Et uidit eum totus populus ambulantẽ ac laudantem Deũ. Agnouerũtq; illum, qđ ipse esset is, qui ad eleemosynã sederat ad speciosam portã templi. Et impleti sunt admiratione & stupore super eo, qđ contigerat illi. Cũ teneret autem qui sanatus fuerat claudus Petrum & Iohannẽ, cucurrit totus populus ad eos in porticu, quæ appellatur Solomonis, stupefactus. Quo uiso Petrus respondit ad populũ: Viri Israëlitæ, quid miramini sup hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra uirtute aut pietate effeceri-mus ut hic ambularet? Deus Abrahã, & Isaac, & Iacob, deus patrũ nostrorũ glorificauit filiũ suum IESVM, quem uos tradidistis, ac negastis in cõspectu Pilati, cũ ille iudicasset esse ab soluendũ. ✶ Vos autem sanctũ & iustũ negastis, & postulastis, ut uirum homicidã donaret uobis, autorem uero uitæ interfecistis, quem Deus suscitauit à mortuis, cuius nos testes sumus, & per fiduciã nominis eius hunc quem uidetis ac nostis consolidauit nomen ipsius, & fides quæ per eũ est, dedit ei integrita-

Restauratio claudi

Matt. 27. Mar. 15. Luc. 23. Ioban. 18.

tegritatem istam in cõspectu omniũ uestrum. Et nunc fratres scio quòd per ignorãtiã feciſtis, ſicut & principes uestri. Deus autem quæ prænunciauerat per os omniũ prophetarum Esaie. 53
ſuorũ. Chriſtũ paſſurũ, impleuit ſic. ✶ Pœniteat uos igitur & Eccle. 17.
conuertimini ut deleantur peccata uestra, ut cum uenerint Matth. 4.
tempora refrigerationis à conſpectu domini, & miſerit eum Marc. 1.
qui ante prædicatus eſt uobis IESVM Chriſtum, quem oportet quidẽ cœlũ accipere uſq; in tempora reſtitutiõis omniũ
q̃ locutus eſt Deus per os omniũ ſanctorũ ſuorũ à ſæculo prophetarũ. Moſes quidẽ ad patres dixit: ✶ Prophetã ſuſcitabit Deute. 18.
uobis dominus Deus ueſter de fratribus ueſtris, mei ſimilem: Audietis eum iuxta omnia quæcunq; locutus fuerit uobis. Futurum eſt autem, ut omnis anima quæ non audierit prophetã illũ, exterminetur è populo. Quin & omnes prophetæ à Samuẽle, ac deinceps quotquot locuti ſunt etiã annunciauerũt dies iſtos. Vos eſtis filij prophetarũ ac teſtamenti, quod teſtatus eſt Deus erga patres noſtros, dicens ad Abraham. ✶ Et in Gene. 12
ſemine tuo benedictionẽ conſequentur omnes familiæ terræ. Vobis primum Deus, cum ſuſcitaſſet filium ſuũ IESVM, miſit eum benedicentem uobis: ita ut unuſquiſq; ueſtrũ conuerteret ſe ab iniquitatibus ſuis.

CAPVT IIII.

LOquentibus autẽ illis ad populũ, ſupuenerũt illis ſacerdotes ac magiſtratus templi, & Saducæi moleſte ferentes, quòd docerent populũ & annũciarent in nomine IESV, reſurrectionẽ ex mortuis, & iniecerũt eis manus, poſuerũtq; eos in cuſtodiã in poſterũ diem. Nam erat iam ueſpera. Multi uero eorũ qui audierant ſermonem, crediderunt, & factus eſt numerus utrorũ circiter quinq; milia. Factum eſt autẽ po-

ſtero die, ut congregarentur principes eorũ, & ſeniores, & ſcribæ Hieroſolymis, & Annas princeps ſacerdotũ, & Caiaphas, & Iohãnes, & Alexander, & quotquot erant de genere pontificio. Et cum ſtatuiſſent eos in medio, interrogabãt. Qua uirtute, aut quo nomine feciſtis hoc uos? Tũc Petrus repletus ſpiritu ſancto, dixit ad eos: principes populi & ſeniores Iſraël, ſi nos hodie examinamur, de eo quod bene fecerimus homini infirmo, qua ratione iſte ſaluus factus ſit, notũ ſit omnibus uobis, & toti plebi Iſraël, quod per nomen IESV
Matth. 21. Chriſti Nazaræni, quẽ uos crucifixiſtis, quẽ deus ſuſcitauit à
Mar. 12. mortuis, per hunc iſte aſtat coram uobis ſanus. ✶ Hic eſt la-
Lucæ. 10 pis ille qui reiectus eſt à uobis ædificãtibus, qui factus eſt ca-
1. Petri. 2. put anguli, nec eſt in alio quoquã ſalus. Nec enĩ aliud nomen eſt ſub cœlo datũ inter homines, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Videntes aũt Petri in dicẽdo libertatẽ ac Iohannis, compertóq; quod homines eſſẽt illiterati & idiotæ, admirabãtur, & agnoſcebant eos, quod cũ IESV fuiſſent, hominem autem uidentes ſtantem cũ eis, qui ſanatus fuerat, nihil poterãt contradicere, iuſſis aũt illis è conſilio ſecedere, conferebãt inter ſeſe, dicentes: Quid faciemus hominibus iſtis? Nã conſpicuum ſignũ æditum eſſe per eos, omnibus habitãtibus Hieroſolymis manifeſtũ eſt, nec poſſumus inficiari. Sed ne amplius diuulgetur in populum minaciter interminemur eis, ne poſthac loquantur in nomine hoc ulli hominum. Et accerſitis illis, præceperunt, ne omnino loquerentur, neq; docerent in nomine IESV. At Petrus & Iohannes reſpondentes, dixerunt ad eos: An iuſtum ſit in cõſpectu Dei uos potius audire, quàm Deũ, iudicate. Nõ enim poſſumus quæ uidimus et audiuimus, non loqui. At illi additis minis, dimiſerunt eos, nihil

inueni-

inueniētes, qua ratione punirēt eos propter populum: quia omnes glorificabāt Deū super eo quod acciderat. Annorum enī erat amplius quadraginta homo, in quo æditū fuerat signū istud sanationis. Dimissi autē uenerūt ad suos, & annunciauerūt quæcunq; sibi principes sacerdotū & seniores dixerāt. Qui cū audissent, unanimiter attollebāt uocē ad Deum, dixerūtq;: Domine, tu es Deus, qui fecisti cœlū ac terrā, mare, et omnia quæ in eis sūt, qui per os Dauid pueri tui dixisti: Psal. 2. Quare fremuerūt gētes, & populi meditati sūt inania? Astiterūt reges terræ, & principes conuenerūt in unū aduersus dominum, & aduersus Christū eius. Cōuenerunt enim uere aduersus sanctū filium tuū IESVM, quē unxerat Herodes simul & Pontius Pilatus cū gentibus et populis Israēl, ad faciendū quæcunq; manus tua, & cōsilium tuū prius decreuerat ut fierēt. Et nūc domine aspice in minas eorū: & da seruis tuis, ut cum omni fiducia loquātur sermonē tuū: manum tuā porrigēdo in hoc, ut sanatio et signa & prodigia ædantur per nomē sancti filij tui IESV. Et cū orassent illi, motus est locus in quo erāt congregati: & repleti sūt omnes spiritu sancto, & loquebātur sermonē Dei cum fiducia. Multitudinis aūt credentiū erat cor unū & anima una: nec quisquā aliquid eorum quæ possidebat, suū esse dicebat: sed erāt illis omnia communia. Et uirtute magna reddebāt apostoli testimoniū resurrexionis domini IESV, & gratia magna erat super omnes illos. Neq; enim quisquā egens erat inter illos. Quotquot enim possessores agrorū, aut ædium erant, uendentes afferebant precia eorum quæ uendita fuerant, & ponebant ad pedes apostolorū. Distribuebatur autem singulis prout cuiq; opus erat. Ioses uero, qui cognominatus est Barnabas

nabas ab Apostolis: quod est, filius consolationis, Leuites, Cyprius genere, cum haberet agrũ, uẽdidit eum, & attulit precium, & posuit ad pedes Apostolorum.

CAPVT V.

VIr autem quidã nomine Ananias cum Saphira uxore sua uendiderat possessionem, et sepofuerat de precio, conscia etiam uxore sua, & allatam partem aliquã ad pedes apostolorũ posuit. Dixit autem Petrus: Anania, cur impleuit satanas cor tuum, ut mentireris spiritui sancto, & fraudares de precio agri? Nónne prorsus tibi manebat, & uenundatus in tua erat potestate? Quare posuisti in corde tuo rem istã? Nõ es mentitus hominibus, sed Deo. Audiens autem Ananias hæc uerba, collapsus expirauit. Et ortus est timor magnus super omnes qui audierunt hæc. Surgẽtes autem iuuenes amouerunt cum, elatumq; sepelierũt. Interceßit aũt fermè horarum triũ interuallũ, uxor quoq; ipsius nesciens qd' factũ fuerat, introiuit. Respondit autem ei Petrus: Dic mihi, num tanti agrũ uendidistis? At illa dixit: Etiam, tanti. Petrus autẽ ait ad eam: Cur conspiraßis inter uos, ut tentaretis spiritũ domini? Ecce pedes eorũ qui sepelierũt uirũ tuũ, ad ostiũ adsunt, & efferent te. Confestim autem concidit ad pedes eius, & expirauit. Ingressi autẽ iuuenes, repererũt illã mortuã, & extulerunt ac sepelierũt iuxta uirũ suũ. Et ortus est timor magnus sup uniuersam cõgregationẽ, & super omnes qui audiebant hæc. Per manus autẽ apostolorũ ædebãtur signa ac prodigia multa in populo. Et erant unanimiter omnes in porticu Solomonis. Cæterorũ aũt nemo audebat se cõiungere illis, sed magnificabat eos populus, magis aũt accrescebat credentiũ domino multitudo uirorũ simul ac mulierũ, ita ut in plateas exportarent

portarent infirmos & ponerent in lectulis ac grabatis, ut uenientis Petri uel umbra obumbraret aliquê illorũ. Conueniebat autê & multitudo uicinarũ ciuitatũ Hierosolymã, afferens ægros ac uexatos à spiritibus immundis, qui sanabãtur omnes. Exurgens autem princeps sacerdotũ, & omnes qui cum illo erant, quæ est factio Sadduceorũ, repleti sunt æmulatione, & iniecerunt manus in Apostolos, & posuerũt eos in custodia publica. Sed angelus domini per noctem aperuit ianuas carceris, eductisq; illis, dixit: Ite & stantes loquamini in tẽplo populo oĩa uerba uitæ huius. Illi uero cum hæc audissent, intrauerũt diluculo in templũ, ac docebãt. Aduenies autẽ princeps sacerdotum, & qui cum eo erant, cõuocauerũt concilium & uniuersum seniorũ ordinem filiorũ Israël, miseruntq; ad carcerem qui adducerent eos. Cũ autem uenissent ministri, nec repperissent illos in carcere, reuersi nunciauerunt, dicentes: Carcerẽ quidem inuenimus clausum cum omni diligẽtia, & custodes foris stantes ante ianuas. Cũ aperuissemus aũt, neminem intus repperimus. Vt autem audierunt hos sermones, & sacerdos, & magistratus templi, principesq; sacerdotũ, ambigebant de illis, quid nam hoc futurũ esset. Aduenies aũt quidã nunciauit eis: Ecce, uiri quos posueratis in carcere, sunt in tẽplo stantes, ac docentes populũ. Tunc abijt magistratus cũ ministris, & adduxit illos sine ui. Timebant enim populũ, ne lapidarentur. Et cum adduxissẽt illos, statuerunt in cõcilio. Et interrogauit eos princeps sacerdotum, dicens: Nónne etiam atq; etiam præcepimus uobis, ne doceretis in nomine isto? Et ecce replestis Hierosolymam doctrina uestra, & uultis inducere super nos sanguinẽ hominis istius. Respondens autem Petrus & apostoli, dixerunt;

obedire deo

runt. Obedire oportet Deo magis quàm hominibus. Deus patrum nostrorũ suscitauit IESVM, quem uos interemistis, suspendentes in ligno. Hunc principẽ & seruatorem Deus exaltauit dextera sua, ad dandam pœnitentiã Israẽli, remissionemq; peccatorum, ac nos sumus ei testes horum quæ dicimus, insuper autem & spiritus sanctus, quẽ dedit Deus obedientibus ipsi, Hæc autẽ cum audissent, dissecabantur, & cõsultabant ut interficerent illos. Surgens autẽ quidam in concilio pharisæus, nomine Gamaliẽl, legis doctor, in precio habitus apud totũ populum, iussit ut paulisper secederẽt foras apostoli. Dixitq; ad illos: Viri Israëlitæ, attendite uobis super hominibus istis, quid acturi sitis. Ante hos enim dies extitit Theudas, dicens se esse aliquem, cui adhæsit numerus uirorum circiter quadringentorum, qui occisus est: & omnes qui credebant ei, dissipati sunt, & redacti ad nihilum. Post hunc extitit Iudas Galilæus in diebus professionis, & auertit populum multũ post se, & ipse perijt, & omnes quotquot parucrãt ei, dispersi sũt. Et nũc dico uobis abstinete ab hominibus istis, & sinite illos. Quoniã si est ex hominibus cõsilium aut opus hoc dissoluetur: Sin ex deo est, nõ potestis dissoluere ne quando et deo repugnare reperiamini. In huius autẽ sẽtiam pedibus itũ est à cæteris, & cũ aduocassẽt apostolos, cæsis præceperũt, ne loquerẽtur in nomine IESV, & dimiserũt eos. Et illi quidẽ ibant gaudẽtes à cõspectu concilij, quod digni habiti essẽt, ut pro nomine eius cõtumelia afficerẽtur Et quotidie in templo & in singulis domibus non cessabant docere & annũciare IESVM Christũ.

Gamaliel

CAPVT VI

IN diebus aũt illis crescente numero discipulorum, ortũ est murmur

murmur Græcorum aduersus Hebræos, eo quód despiceren
tur in ministerio quotidiano uiduæ ipsorum. Cæterum duode
cim illi, cum iussissent adesse multitudinem discipulorũ, dixe-
runt: Non est placitũ, ut nos derelicto sermone dei ministre-
mus mensis, circũspicite ergo fratres, uiros ex uobis specta-
tæ probitatis septẽ, plenos spũ sancto & sapiẽtia quibus de-
legabimus hoc negocij. Nos uero deprecationi et administrã
do sermoni incumbemus. Et placuit hic sermo corã tota mul
titudine. Et elegerũt Stephanum uirũ plenum fide ac spiritu
sancto, & Philippum, & Prochorũ, & Nicanorem, & Ti
monem, & Parmenam, & Nicolaum proselytum Antioche
num. Hos statuerunt inconspectu apostolorũ, & cum oras-
sent, imposuerũt eis manus. Et sermo dei crescebat, ac multi
plicabatur numerus discipulorum. Hierosolymis ualde, mul-
taq; turbá sacerdotũ obediebat fidei. Porró Stephanus ple-
nus gratia ac fortitudine ædebat prodigia & signa magna in
populo. Exorti sũt aũt quidam è synagoga, quæ appellatur
Libertinorũ, & Cyrenensiũ, alexandrinorũ, & Cilicũ, &
Asianorũ, disputãtes cum Stephano, nec poterãt resistere sa-
pientiæ, & spiritui qui loquebatur. Tunc subornarũt uiros,
qui dicerẽt: Audiuimus eũ dicentẽ uerba cõtumelioſa in Mo
sen ac deum. Cõmoueruntq; plebẽ et seniores, et scribas atq;
inuadentes corripuerũt eũ, & adduxerũt in conciliũ, statu-
eruntq; falsos testes, qui dicerẽt: Homo iste non cessat loqui
uerba cõtumelioſa aduersus locũ sanctũ hunc & legẽ Audi
uimus enim eũ dicentẽ: IESVS Nazarænus iste demolietur
locũ hunc, et mutabit instituta quæ tradidit nobis Moses. Et
intuentes eum omnes qui sedebant in concilio, uiderunt fa-
ciem eius tanquam faciem angeli.

CAPVT

CAPVT VII.

DIxit aũt princeps ſacerdotũ: Num hæc ita ſe habent? At ille ait: Viri fratres & patres, audite: Deus gloriæ apparuit patri noſtro Abrahæ, cũ eſſet in Meſopotamia, pri-
Gene. 21 uſquàm moraretur in Charram, & dixit ad illum. ✶ Exi de terra tua & de cognatione tua, & veni in terrã quamcunq; monſtrauero tibi. Tunc exijt è terra Chaldæorũ, & habitauit in Charram. Et inde poſtq; mortuus eſt pater eius, tranſtulit illum in terrã hanc, in qua nunc uos habitatis. Et non dedit illi hæreditatem in ea, ne veſtigium quidem pedis, & repromiſit illi eã ſe daturũ poſſidendã, & ſemini eius poſt ipſum,
Gene. 15. cum non haberet filium. ✶ Locutus eſt aũt Deus ſic, q̃ futurum eſſet ſemen eius inquilinũ in terra aliena, quoaq; ſeruituti illud ſubiecturi eſſent, & male tractaturi annis quadringẽtis. Et gentẽ, cuicunq; ſeruierint, iudicabo ego, dixit Deus. Et poſt hæc exibũt, & ſeruient mihi in loco hoc. Et dedit illi teſtamentũ circunciſionis, atq; hic genuit Iſaac: & circunci dit eum in die octauo, et Iſaac genuit Iacob, & Iacob genuit duodecim patriarchas. Et patriarchæ inuidia moti, Ioſeph uendiderũt in Aegyptũ. Et erat deus cum eo, & eripuit eum ex oĩbus afflictionibus eius, & dedit ei gratiã & ſapientiam corã Pharaone rege Aegyptiorũ. Et cõſtituit eum præfectũ ſuper Aegyptũ, et ſuper totã domum ſuã. Venit autem fames in uniuerſã terrã Aegypti & Chanaan, & afflictio magna, nec inueniebãt cibos patres noſtri. Cum audiſſet autẽ Iacob
Gene. 45. eſſe frumẽta in Aegypto, miſit patres noſtros primũ. ✶ Et cũ iterũ miſiſſet eos, agnitus eſt Ioſeph à fratribus ſuis, et innotuit Pharaoni genus Ioſeph. miſſo aũt nuncio Ioſeph, accerſiuit Iacob patrẽ ſuũ, omnemq; cognationẽ ſuam in animabus

mabus septuagintaquinq;. & descendit Iacob in Aegyptũ, ✶ defunctusq; est ipse & patres nostri, & translati sunt in Sychem, et positi sũt in sepulchro, quod emit Abraham precio argenti à filijs Emor filij Sychem. Cumaũt appropinquaret tẽpus promissionis, de qua iurauerat deus Abrahæ, ✶ creuit populus & multiplicatus est in Aegypto, donec exortus est alius rex, qui nõ nouerat Ioseph. Hic circũuentẽs genus nostrũ, afflixit patres nostros, ut exponerẽt infãtes suos, ne fœtus essẽt uitales. ✶ Eodẽ tempore natus est Moses, & fuit gratus deo, q nutritus est tribus mẽsibus in domo patris: Expositũ aũt illum sustulit filia Pharaonis, & nutriuit eũ sibi uice filij. Et eruditus est Moses omni sapiẽtia Aegyptiorũ, & erat potẽs in factis et in dictis. Vt uero expletũ est ei quadraginta annorũ tẽpus, subijt in cor eius, ut inuisẽret fratres suos filios Israël. Et cũ uidisset quẽdam iniuria affici, defẽdit eũ, & ultus est uicem eius, qui affligebatur, percusso Aegyptio. Existimabat aũt intelligere fratres suos, quod deus per manũ ipsius daret salutẽ illis. At illi non intellexerũt. Et sequẽti die cõspectus est illis litigãtibus, & redegit eos in concordiã, dicens: Viri, fratres estis, cur uos inuicẽ lædítis? Cæterũ is qui iniuriã faciebat proximo, repulit eũ, dicens: Quis te constituit principẽ ac iudicẽ super nos? Nunquid interficere me tu uis, quemadmodũ interfecisti heri Aegyptiũ? Fugit aũt Moses ad dictũ hoc, et factus est aduena in terra Madian, ubi generauit filios duos. Et expletis annis quadraginta, apparuit illi in deserto mõtis Sina angelus domini in flãmeo incendio rubi. Moses aũt ut conspexit, admiratus est uisũ. Porrò cum accederet ut attenderet, facta est ad eũ uox domini: Ego sũ deus patrũ tuorum, deus Abrahã, deus Isaac, & deus Iacob.

Gen. 45.

Exo. 1.

Exo. 2.

Tremefactus aũt Moſes,nõ audebat attendere. Dixit aũt illi
Exo.3. dominus:✱Solue calciamẽtũ pedum tuorũ. Locus enĩ in quo ſtas,terra ſancta eſt. Vidi,uidi,inquã,afflictionẽ populi mei qui eſt in Aegypto: & gemitũ eorum audiui, & deſcendi ut eruam eos. Nunc uenito,& mittã te in Aegyptũ. Hunc Moſen quẽ negauerunt,dicentes:quis te conſtituit principem & iudicẽ:hunc,inquã,deus principẽ & redẽptorẽ miſerat per manum angeli,qui apparuerat illi in rubo. Hic eduxit illos, ædens prodigia & ſigna in Aegypto,& in rubro mari,& in deſerto annis quadragĩta. Hic eſt Moſes qui dixit filijs Iſraël:
Deute.18. ✱Prophetã ſuſcitabit uobis deus ueſter è fratribus ueſtris,ſimilẽ mei,illũ audietis. Hic eſt qui fuit in congregatione in ſolitudine cum angelo,qui loquebatur ei in monte Sina, & cũ patribus noſtris,qui accepit ſermonẽ uiuũ,ut daret nobis,cui noluerũt obedire patres noſtri,ſed repulerunt & auerſi ſunt
Exod.32. corde ſuo in Aegyptũ,dicẽtes ad Aaron:✱ Fac nobis deos q præcedant nos. Moſi enim huic qui eduxit nos de terra Aegypti,neſcimus quid acciderit. Et uitulũ fecerunt in diebus illis & obtulerũt hoſtiam ſimulacro,& lætabantur ſuper operibus manuũ ſuarum. Conuertit ſe aũt deus, & tradidit eos, ut colerẽt militiã cœli:ſicut ſcriptum eſt in libro prophetarũ:✱
Amos.5. Num uictimas & hoſtias obtuliſtis mihi annis quadraginta in deſerto,domus Iſraël? Et ſuſcepiſtis tabernaculũ Moloch & ſydus dei ueſtri Remphã,figuras quas feciſtis ad adorãdũ eas. Et transferã uos ultra Babylonẽ. Tabernaculũ teſtimonij fuit patribus noſtris in deſerto, ſicut ordinauerat illis, loquens ad Moſen,ut faceret illud ſecundũ formam.quã uide-
Exod.25. rat. Quod & induxerunt,qui ſucceſſerũt,patres noſtri,cũ IESV in poſſeſſionẽ gentiũ:quas expulit deus à facie patrũ noſtrorum

strorum usq; ad dies Dauid: qui inuenit gratiam corã deo, & petijt ut inueniret tabernaculũ deo Iacob. Solomon aũt ædificauit illi domũ: sed nõ is est excelsissimus q in manufactis tẽplis habitet: sicut propheta dicit: ✠ Cœlum mihi sedes est, terra autẽ scabellũ pedũ meorum. Quã domũ ædificabitis mihi dicit dominus: aut quis locus requietionis meæ est? Nõne manus mea fecit hæc omnia? Duri ceruice, & incircũcisi corde & auribus, uos semp spiritui sancto resistitis: sicut patres uestri, ita & uos. Quẽ prophetarũ nõ sunt persecuti patres uestri? Et occiderunt eos, qui pronunciabant de aduentu iusti illius, cuius uos nunc proditores & occisores fuistis: qui accepistis legẽ p dispositiones angelorũ, nec seruastis. Audiẽtes aũtẽ hæc, dissecabãtur cordibus suis, & stridebãt dẽtibus suis ĩ eũ. Cũ autẽ esset plenus spiritu sancto, intentis in cœlũ oculis, uidit gloriã dei, & IESVM stantẽ à dextris dei. Et ait: Ecce uideo cœlos apertos, & filiũ hominis stantẽ à dextris dei. Exclamantes aũt uoce magna, continuerũt aures suas, & impetum fecerũt unanimiter in eũ. Et eiectũ eũ è ciuitate lapidabãt, ac testes deposuerunt uestimẽta ad pedes adulescẽtis, qui uocabatur Saulus. Et lapidabãt Stephanũ inuocantẽ ac dicẽtẽ: Domine IESV, suscipe spiritũ meũ. Positis autẽ genibus, clamauit uoce magna. Domine, ne statuas illis peccatũ hoc. Et cum hoc dixisset, obdormiuit. 1. Reg. 6. Esa. 66.

CAP. VIII.

SAulus aũt consenserat in necẽ eius. Facta est autem in illo die persecutio magna aduersus ecclesiã, quæ erat Hierosolymis, & omnes dispersi sunt per regiones Iudeæ & Samariæ, præter Apostolos. Curauerunt autẽ unà Stephanum uiri religiosi, fecerunt q; planctũ magnum super eum. Saulus uero deuastabat ecclesiã, per singulas domos intrans, trahẽs q;

Univ. Bibl. München

uiros ac mulieres, tradebat in custodiã. Illi igitur dispersi p agrabant, annũciantes sermonẽ dei. Philippus aũt peruenit in ciuitatẽ Samariæ, ac prædicabat illis Christum: Intendebãt aũt turbæ his, quæ à Philippo dicebãtur, unanimiter audientes & uidẽtes signa quæ ædebat. Spiritus enim inmũdi é multis quiab illis tenebãtur, exibãt, clamãtes uoce magna. Multi aũt paralytici et claudi sanati sũt. Et factũ est gaudium magnum in illa ciuitate. Vir aũt quidam nomine Simon, qui ante in ea ciuitate artẽ exercuerat magicã, ac gentẽ dementauerat Samariæ, dicẽs se esse quempiã magnum: cui auscultabãt illi à minimo usq; ad maximũ, dicentes: Iste est uirtus dei, quæ uocatur magna. Auscultabãt autẽ ei, propterea quod multo tempore magicis artibus demẽtasset eos. Cũ uero credidissent Philippo euãgelizãti de regno dei, deq; nomine IESV Christi, baptizabantur uiri simul ac mulieres. Tũc Simon & ipse credidit, & cum baptizatus esset, adhærebat Philippo. Vidẽsq; signa et uirtutes fieri, stupens ammirabatur. Cũ aũt audisset apostoli qui erant Hierosolymis, qd' recepisset Samaria sermonẽ dei, miserũt ad eos Petrũ ac Iohannem, qui cum descendissẽt, orauerũt pro ipsis, ut acciperent spiritũ sanctũ. Nõdum enim in quenquã illorũ illapsus fuerat, sed baptizati tantũ erant in nomine Christi IESV. Tunc imponebant manus super illos, accipiebãtq; spiritũ sanctũ cum uidisset aũt Simon, quod per impositionem manuum apostolorũ daretur spiritus sanctus, obtulit eis pecunias, dicẽs: Date & mihi potestatẽ istam, ut cuicunq; imposuero manus, accipiat spiritũ sanctũ. Petrus aũt dixit ad eum: Pecunia tua tecũ sit in perditionẽ quoniã donum dei existimasti pecunijs parari. Nõ est tibi pars neq; sors in ratiõe hac, cor enim tuũ non est rectum

coram

corã deo. Reſipiſce igitur ab iſta malicia tua, & roga deũ ſi forte remittatur tibi cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis, et colligatione iniqtatis uideo te eſſe. Reſpondens aũt Simõ, dixit: Precemini uos pro me apud dominũ, ne quid ueniat ī me horũ quæ dixiſtis. Et illi quidẽ teſtificati et locuti ſermonẽ dei, reuerſi ſũt Hieroſolymã, & multis oppidulis Samaritanorũ euãgelizabãt. Angelus aũt domini locutus eſt ad Philippũ, dicens: Surge, et uade meridiẽ uerſus, ad uiam, quæ deſcẽdit ab urbe Hieroſolimorũ ad ciuitatẽ Gazã, hæc eſt deſerta. Et ſurgens abijt, & ecce uir Aethiops, Eunuchus præfectus Cãdaces reginæ Aethiopũ, quẽ præfecerat uniuerſæ Gazæ ſuæ, uenerat adoraturus Hieroſolimã, et reuertebatur ſedens ſuper currũ ſuũ, legebatq; Eſaiã prophetã. Dixit aũt ſpiritus Philippo: Accede, & adiunge te ad currum iſtũ. Accurrẽs aũt Philippus, audiuit eum legentẽ Eſaiã Prophetam, et dixit: Intelligis ne quæ legis? At ille ait: Quinã enim poſſim, niſi aliquis dux uiæ mihi fuerit? Rogauitq; Philippũ, ut aſcenderet, ſederetq; ſecũ. Argumẽtum aũt ſcripturæ quã legebat, erat hoc: Tanquã ouis ad occiſionẽ ductus eſt, et ſicut agnus corã tondente ſe mutus, ſic non aperuit os ſuũ. In humilitate ipſius, iudiciũ eius ſublatũ eſt. Generationẽ autẽ eius qs enarrabit? Quoniã tollitur de terra uita eius. Reſpõdens aũt Eunuchus Philippo, dixit: Obſecro te, de quo pphe ta dicit hoc, de ſe, an de alio quopiã? Apertẽs aũt Philippus os ſuã, et incipiens à ſcriptura iſta, predicauit illi IESVM. et dum irẽt per uiã, uenerũt ad quandã aquã. Et ait Eunuchus: Ecce aqua, quid uetat quò minus baptizer? Dixit aũt Philippus: Si credis ex toto corde, licet. Et reſpondẽs, ait: Credo filium dei eſſe IESVM Chriſtũ. Et iuſſit ſiſti currũ, ac deſcẽderunt

Eſaiæ. 53.

rũt ambo in aquã. Philippus simul et Eunuchus, et baptizauit eum. Cum autem ascendissent ex aqua, spiritus domini rapuit Philippum, nec amplius uidit eum Eunuchus. Ibat enim per uiam suam gaudens. Philippus autẽ repertus est Azoti, & pertransiens euangelizabat ciuitatibus cunctis, donec ueniret Cæsaream.

CAPVT IX.

SAulus aũt adhuc spirans minas ac cædem aduersus discipulos domini, accessit ad principem sacerdotum & petijt ab eo epistolas, quas perferret Damascum ad synagogas ut si quos inuenisset eius uiæ seu uiros seu mulieres, uinctos duceret Hierosolymam. Et cum iter faceret, cõtigit ut appropinquaret Damasco. Et subito circũfulgurauit eum lux de cœlo, collapsusq; in terrã, audiuit uocem, dicentẽ sibi: Saul Saul, quid me persequeris? Dixit autẽ: Quis es domine? Dominus autem dixit: Ego sum IESVS, quem tu persequeris. Durũ est tibi contra stimulos calcitrare. Is tremens ac stupens dixit: Domine, quid me uis facere? Et dominus ad eum: Surge & ingredere ciuitatem, & dicetur tibi, quid te oporteat facere. Viri autem illi qui erant ei comites itineris, stabant attoniti, audientes quidem uocem neminem tamen uidentes. Surrexit autem Saulus è terra, apertisq; oculis neminẽ uidebat. Sed manu ducentes illum, introduxerunt Damascum. Et erat tribus diebus non uidens, ac non comedit, neq; bibit. Erat autem quidam discipulus Damasci, nomine Ananias, & dixit ad illum per uisum dominus: Anania. Et ille ait: Ecce ego domine. Et dominus ad eum: Surge & uade in uicum qui uocatur rectus, & quære in domo Iudæ Saulum nomine Tarsensem: Ecce enim orat. Et uidit per uisum uirũ Ananiã nomine introëuntem, & imponentẽ sibi manũ ut uisum reciperet. Respõdit autẽ Ananias: Domine, audiui ex multis de uiro

hoc, quanta mala fecerit sanctis tuis Hierosolymæ. Et hoc loco habet potestatē à principibus sacerdotū, uinciēdi oēs qui inuocant nomē tuū. Dixit autē ad eū dominus: Vade, quoniā organū electum est mihi iste, ut portet nomen meū corā gentibus et regibus ac filijs Israël. Ego enī ostēdā illi quāta oporteat eum pro nomine meo pati. Et abijt Ananias, et introuit in domum, & imponens ei manus, dixit Saul frater dominus misit me, qui apparuit tibi in uia qua uenichas, ut uisum recipias, & implearis spiritu sctō. Et cōfestim decidērunt ab oculis eius tanquā squamæ, & uisum recepit, & surgēs baptizatus est. Cumq; cœpisset cibū, corroboratus est. Fuit aūt Saulus cū discipulis, q erāt Damasci, per dies aliquot. Et cōtinuo in synagogis prædicabat Christū, quod is esset filius Dei. Stupebant autē omnes qui eū audiebāt, ac dicebant: Nónne hic est qui expugnabat Hierosolymis eos, qui inuocabant nomē istud? Et huc ad hoc uenit, ut uinctos illos duceret ad principes sacerdotū? Saulus aūt multo magis cōualescebat, & cōfūdebat Iudæos, qui habitabant Damasci, affirmās quod is esset Christus. Expletis aūt diebus cōpluribus, inierunt inter se Iudæi consiliū, ut illū occiderent. Sed intellectæ sunt Saulo insidiæ eorū. Asseruabātq; portas die ac nocte, ut eū interficerēt 2. Cor. 11.
Accipientes autē eum discipuli nocte, * per murum demiserunt, summittentes in sporta. Cum autē Saulus uenisset Hierosolymam, tentabat se iungere discipulis, & omnes timebāt eū, nō credentes, qd' esset discipulus. Barnabas aūt apprehensum illum, duxit ad Apostolos, ac narrauit illis, quomodo in uia uidisset dominū, & qd' locutus esset ei, & quomō in Damasco fortiter egisset in nomine IESV. Et erat cum illis uersans Hierosolymis, cū fiducia loquens in nomine domini

IESV. loquebaturq; et disputabat aduersus Græcos: Illi uero quærebãt occidere eũ, Quod cũ cognouissent fratres. deduxerunt eũ Cæsareã. & emiserũt Tarsum. Igitur ecclesiæ quidem per totã Iudæã & Galilæã & Samariã habebant pacẽ, & ædificabãtur uersantes in timore domini, & cõsolatione sancti spiritus multiplicabantur. Factum est autem, ut Petrus dũ peragraret per omnes, deueniret etiã ad sanctos qui habitabant Lyddæ. Repperit autẽ ibi hominẽ quẽdam nomine Aneeã, annis iã octo decũbentẽ in grabbato, qui erat paralyticus. Et ait illi Petrus: Aenea, sanet te dominus IESVS Christus. Surge, & sterne tibiipsi. Et cõtinuo surrexit, & uiderũt eũ omnes qui habitabãt Lyddæ & Assarone, qui cõuersi sunt ad dominũ. Ioppæ aũt fuit quædã discipula nomine Tabitha, quæ interpretata dicitur Dorcas. Hæc erat plena opibus bonis & eleemosynis quas præstabat. Factũ est autẽ in diebus illis, ut infirmata moreretur. Quã cũ lauissent, posuerũt in cænaculo. Cũ aũt uicina esset Lydda Ioppæ, ac discipuli audissent q; Petrus esset in ea, miserũt ad eũ, rogãtes, ne grauaretur uenire usq; ad se. Exurgẽs aũt Petrus, uenit cũ illis. Et cũ aduenisset, duxerũt illũ in cænaculum, & circũsteterũt illum omnes uiduæ flentes, & ostendẽtes tunicas uestesq;, quas faciebat cũ esset cũ ipsis Dorcas. Eiectis autẽ omnibus foras, Petrus positis genibus orauit: & conuersus ad corpus, dixit: Tabitha, surge. At illa aperuit oculos suos, uisoq; Petro, resedit. Data aũt illi manu, erexit eam: & cum uocasset sanctos ac uiduas, exhibuit eam uiuã. Id aũt innotuit per totã Ioppen, & crediderũt multi in dominũ. Factũ est autẽ ut dies multos maneret Ioppæ apud Simonem quendam coriarium.

CAPVT X.

Vir au

VIr autẽ quidã erat Cæsareæ, nomine Cornelius, Centurio ex cohorte quæ dicitur Italica, religiosus ac timẽs Deum cum tota domo sua, præstans eleemosynas multas plebi, deprecansq; Deũ semper. Is uidit per uisum manifeste fere hora diei nona angelũ dei introeũntẽ ad se, dicentẽq; sibi: Corneli. At ille intuẽs eũ, ac timore correptus, dixit: Quid est Domine? Dixit aũt illi: Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderũt in memoriã corã Deo. Et nũc mitte uiros Ioppen et accerse Simonẽ qui cognominatur Petrus. Hic diuersatur apud Simonẽ quendã coriariũ, cui est domus iuxta mare: hic dicet tibi qd te oporteat facere. Et cũ discessisset angelus qui loquebatur illi, uocauit duos famulos suos: & militẽ religiosum ex his qui sibi adhærebãt. Quibus cũ narrasset oĩa, misit illos Ioppen. Postridie uero facientibus illis iter, & appropinquãtibus ciuitati, ascẽdit Petrus in supiora domus ut oraret, circa horã sextã. Et cum esuriret, uoluit gustare cibũ. Parantibus autẽ illis, irruit sup eũ mentis excessus. Et uidet cœlum apertũ, ac descendẽs ad se uas quoddã uelut linteũ magnũ, quatuor initijs alligatũ, summitti è cœlo in terrã, in quo erant oĩa quadrupedia terræ, bestiæq; & reptilia & uolatilia cœli. Et facta est uox ad eũ: Surge Petre, macta & uescere. Ait aũt Petrus: Nequaq̃ domine, quia nunq̃ edi quicq̃ cõmune & immundũ. Et uox rursus iterũ ad eum: Quæ Deus purificauit, tu cõmuna ne dixeris. Hoc aũt factum est tertio. Et rursum receptũ est uas in cœlũ. Et dũ apd' sese hæsitaret Petrus, quæ nam esset uisio quã uidisset, ecce uiri q̃ missi erãt à Cornelio, percontati de domo Simonis, astiterũt ad ianuã. Et euocato quopiã, interrogabãt, an Simon qui cognominaretur Petrus, illic haberet hospitiũ. Petro uero cogitante de uisione,

dixit ſpiritus ei: Ecce uiri quærunt te. Surge itaq; & deſcẽde, & uade cũ eis, nihil hæſitãs, propterea q; ego miſi illos. Deſcendens autem Petrus ad uiros, qui miſſi erãt à Cornelio ad ipſum, dixit: Ecce ego ſum ille quẽ quæritis. Quæ cauſſa eſt propter quã ueniſtis? Qui dixerunt: Cornelius centurio, uir iuſtus ac timens Deũ, & teſtimoniũ habẽs ab uniuerſa gente Iudæorũ, oraculo admonitus eſt ab angelo ſancto, ut accerſeret te in domũ ſuã, & audiret uerba abs te. Introuocatos igitur eos, recepit hoſpitio. Sequẽti uero die Petrus pfectus eſt cũ illis, & qdam ex fratribus ab Ioppẽſibus comitati ſunt eũ. Poſtridie uero introierũt Cæſareã. Porrò Cornelius expectabat illos, cõuocatis cognatis ſuis, ac neceſſarijs amicis. Vt autẽ factũ eſt ut introiret Petrus, obuiã pgreſſus ei Cornelius, ac pcidẽs ad pedes, adorauit eũ. Petrus uero erexit eũ, dicẽs Surge, & ego ipſe homo ſum. Et colloquẽs cũ illo, intrauit, et offendit multos qui cõuenerãt, dixitq; ad illos: Vos ſcitis, nõ eſſe fas uiro Iudæo cõiungi, aut accedere ad alienigenã. Sed mihi oſtẽdit Deus, ne quẽ cõmunẽ, aut immundũ dicerẽ hominẽ. quapropter & incũctanter ueni accerſitus. Interrogo ergo, quam ob cauſſam accerſiſtis me? Et Cornelius ait: Die ab hinc quarto uſq; ad hãc horã ſedebã ieiunus, & hora nona precabar in domo mea, et ecce uir ſtetit ante me in ueſte ſplẽdida, & ait: Corneli, exaudita eſt deprecatio tua, & eleemoſynæ tuæ in memoria habitæ ſunt corã Deo. Mitte ergo qui eant Ioppen, & accerſe Simonẽ qui cognominatur Petrus, hic diuerſatur in ædibus Simonis coriarij iuxta mare, q ſimul atq; uenerit loquetur tibi. Cõfeſtim ergo miſi ad te, & tu bene feciſti q aduenieris. Nũc ergo oẽs nos, teſte Deo, adſumus, ut audiamus omnia quæcũq; tibi præcepta ſunt à deo. Appe

riens

riens aũt Petrus os, dixit: Re ipsa cõperio, q̃ nõ sit personarũ respectus apud Deũ, sed in quauis gẽte qui timet ipsum & operatur iusticiã, is acceptus est illi. Sermonẽ quẽ misit Deus filijs Israël, annũcians pacẽ per IESVM Christũ (hic est omnũ dominus) ipsi nostis, de quo sermone fama diuulgatũ fuit in tota Iudæa: rumore primũ orto à Galilæa, post baptisma q̃d' prædicabat Iohãnes, ut IESVM Nazarænũ unxerit Deus spiritusancto & uirtute qui obambulauit benefaciẽdo & sanãdo oẽs oppressos à diabolo, quoniã Deus erat cum illo. Et nos testes sumus omnium quæ fecit & in regione Iudæorũ, & Hierosolymis, quẽ occiderunt suspensum in ligno. Hũc Deus suscitauit tertio die, et exhibuit eũ, ut manifestus fieret nõ toti populo, sed testibus prius ad hoc delectis à Deo. nimirũ nobis qui comedimus et bibimus unà cũ illo, postea q̃ resurrexit à mortuis. Et præcepit nobis ut prædicaremus populo, ac testificaremur q̃ ipse sit ille qui cõstitutus erat à Deo iudex uiuorũ ac mortuorũ. Huic oẽs pphetæ testimoniũ ferũt, q̃ remissionẽ peccatorũ accepturus sit per nomẽ eius quisq̃s crediderit in eũ. Adhuc loquẽte Petro uerba hæc, cecidit spiritus sanctus sup oẽs qui audiebãt sermonẽ. Et obstupuerunt hi qui ex circuncisorũ genere credebãt, quotquot uenerãt cũ Petro q̃ & in gentes donum spiritussancti effusum esset. Audiebãt enim illos loquẽtes linguis ac magnificãtes Deũ. Tũc respondit Petrus: Num quis phibere põt, quo minus aqua baptizentur hi qui spiritũ sanctũ acceperũt sicut & nos? Et iussit eos baptizari in nomine domini. Tunc rogauerunt eum, ut remaneret aliquot dies.

Rom. 2. Eph. 6. Coloss. 2.

CAPVT XI.

AVdierũt aũt Apostoli & fratres qui erat in Iudæa, q̃ et gentes recepissent sermonẽ Dei. Cum q̃; ascẽdisset Petrus

trus Hierosolymã: disceptabãt aduersus illũ qui erãt ex circũcisione, dicẽtes. Ad uiros præputiũ habẽtes introisti, & edisti cũ illis. Petrus aũt rem ab initio repetens, exposuit illis ordine, dicẽs: Ego erã in ciuitate Ioppe orãs: et uidi raptus extreme usionẽ, descẽdere uas quoddã, ceu linteũ magnũ quatuor initijs emissũ è cœlo, et uenit usq; ad me. In qd' cũ intendissem oculos, aĩaduerti & uidi quadrupedia terræ, et bestias, et reptilia et uolatilia cœli. Audiui aũt et uocẽ dicentẽ mihi: Surge Petre, macta et uescere. Dicebã aũt: Nequaq̃ domine, q̃a nihil cõmune aut ĩmundũ unquã introiuit in os meũ. Respõdit aũt mihi uox rursum è cœlo: Quæ Deus mũdauit, tu ne cõmunia dixeris. Idq; accidit tertio, & rursum oĩa subducta sunt in cœlum. Et ecce extemplo tres uiri præsto aderãt in ædibus in quibus eram è Cæsarea missi ad me. Dixerat aũt mihi spũs, ut cõgrederer cum illis, nihil hæsitãs. Porrò comitati me sunt & sex fratres hi. Et ingressi sumus in domũ uiri, isq; retulit nobis, ut uidisset angelũ domi suæ, qui astitisset ac dixisset sibi: Emitte uiros Ioppen, & accerse Simonẽ, cognomẽto Petrũ, qui tibi ea dicturus est. per quæ seruetis & tu & uniuersa domus tua. Cũ autẽ exordiri esse sermonẽ, illapsus est spiritussanctus in illos, quẽadmodũ & in nos fuerat illapsus initio. Veniebat autẽ in mentẽ qd' dixerat dominus. ✠ Iohãnes quidem baptizauit aqua, cæterũ uos baptizabimini spiritu sancto. Proinde si par donũ dedit illis Deus, quẽadmodũ & nobis, cũ credidissemus in dominũ IESVM Christũ, ego porrò quis eram qui possem obsistere Deo? His autẽ auditis obticuerũt, & glorificauerunt Deũ, dicẽtes. Igitur & gentibus Deus pœnitentiã concessit ad uitam. Et illi quidẽ qui dispersi fuerãt ex afflictione, quæ orta fuerat ob Stephanũ, perambu-

lauerunt

lauerunt usq; ad Phœnicen, & Cyprum, & Antiochiam, nẽmini loquentes sermonẽ illum, nisi solis Iudæis. Erãt aũt quidam ex eis uiri Cyprij & Cyrenenses, qui cũ introissent Antiochiã, loquebãtur ad Græcos, prædicãtes dominũ IESVM. Et erat manus domini cum eis, multusq; numerus credẽtium cõuersus est ad dominũ. Peruenit autẽ rumor ad aures ecclesiæ, quæ erat Hierosolymis, super his, & miserũt Barnaban, ut iret Antiochiã. Qui cum pueniſſet, & uidisset gratiã Dei, gauisus est, & hortabatur oẽs, ut proposito cordis perseuerarent adhærere domino. Nam erat uir bonus, ac plenus spiritu sancto & fide. Et addita est multa turba domino. Profectus est autẽ Barnabas Tharsum, ut quæreret Saulum, quem cum inuenisset, perduxit Antiochiã. Accidit autẽ ut annũ totũ cõsuetudinẽ agerent cũ ea cõgregatiõe, docerentq; turbã multam, & discipuli cognominarentur primũ Antiochiæ Christiani. In his autẽ diebus superuenerũt ab urbe Hierosolymorũ prophetæ Antiochiã, surgensq; unus ex eis noïe Agabus, significabat per spiritũ, famẽ magnã futurã in toto terrarũ orbe, quæ accidit sub Claudio Cæsare. Discipuli autem prout cuiq; suppetebat, proposuerunt in subsidium mittere habitãtibus in Iudæa fratribus: quod & fecerunt, mittentes ad seniores per manum Barnabæ ac Sauli.

CAPVT. XII.

EOdem autẽ tempore iniecit Herodes rex manus, ut affligeret quosdã de ecclesia. Occidit autẽ Iacobũ fratrem Iohannis gladio, uidens autem q̃ gratum esset Iudæis, perrexit cõprehendere & Petrum. Erãt aũt dies azymorũ. Quẽ cum etiã apprehendisset, posuit in carcerẽ, tradens quatuor quaternionibus militũ asseruandũ: uolens post pascha produ-

cere

cere cũ populo. Et Petrus quidẽ seruabatur in carcere. Cæterũ precatio fiebat sine intermissione ab ecclesia ad Deũ pro eo. cũ aũt producturus eũ esset Herodes, in ipsa nocte dormiebat Petrus inter duos milites, uinctus catenis duabus, & custodes ante ostiũ custodiebãt carcerẽ. Et ecce angelus domini astitit, & lumẽ refulsit in habitaculo: percussoq; latere Petri, excitauit eũ, dicẽs: Surge uelociter. Et exciderũt catenæ de manibus eius. Dixit aũt angelus ad eũ: Præcingere et subliga soleas tuas. Et fecit sic. Et dicit illi: Circũda tibi uestimẽtum tuũ, & sequere me. Et exiens sequebatur eũ: & nesciebat q̃ uerum esset quod fiebat per angelũ, sed putabat se uisum uidere. Cũ aũt præteriissent primã ac secũdã custodiam: uenerũt ad portã ferreã, quæ ducit ĩ ciuitatẽ, quæ ultrò aperta est eis. Et exeũtes processerũt uicũ unũ. & cõtinuo discessit angelus ab eo. Et Petrus ad se reuersus, dixit: Nũc scio uere, q̃ miserit dominus angelũ suũ, & eripuerit me è manu Herodis, & ex omni expectatiõe plebis Iudæorũ, req; perpẽsa uenit ad domũ Mariæ, matris Iohãnis, qui cognominatus est Marcus, ubi erãt multi cõgregati & orãtes. Cũ pulsasset autem Petrus ostium uestibuli, processit puella ut subausculta-ret, nomine Rhode. Et ut agnouit uocẽ Petri, præ gaudio nõ aperuit uestibulũ, sed introcurrens, renũciauit stare Petrum ante uestibulũ. At illi dixerũt ad eã: Insanis. Illa aũt affirmabat, sic se habere. At illi dicebãt. Angelus eius est. Petrus autẽ pseuerabat pulsans. Cũ aũt aperuissent, uiderũt eũ, & obstupuerunt. Cũ innuisset aũt eis, mota manu ut tacerent, narrauit illis, quomodo dominus eduxisset ipsum de carcere. Dixit autem: Nunciate Iacobo & fratribus hæc. Et egressus abijt in alium locũ. Porrò ubi diluxit, erat turbatio nõ parua inter milites,

milites quid nam accidisset Petro. Herodes aũt cũ requisis-
set eum, nec inuenisset, examinatis custodibus, iussit eos duci,
descendensq; à Iudæa Cæsaream, ibi cõmoratus est. Erat autẽ
Herodes infensus Tyrijs & Sidonijs. At illi uno animo uene-
rũt ad eũ, & psuaso Blasto, qui præerat cubiculo regis, pete-
bãt pacẽ: eò q; aleretur regio ipsorũ (annona) regia. Statuto
aũt die, Herodes uestitus ueste regia, sedit p tribunali, & cõ-
cionabatur ad eos. Populus autẽ acclamabat: Vox dei, & nõ
hois. Cõfestim autẽ pcussit eũ angelus domini, eò qd' non de-
disset gloriã Deo: & eros à uermibus, expirauit. Porrò ser
mo domini crescebat, ac multiplicabatur. Barnabas autẽ &
Paulus reuersi sunt Hierosolymã, expleto ministerio, assũpto
& Iohãne, cui cognomẽ erat Marcus. CAP. XIII.

ERant aũt quadã in ecclesia, quæ erat Antiochiæ, pphetæ
ac doctores. Barnabasq; & Simon, qui uocabatur Ni-
ger, & Lucius Cyrenẽsis, & Manahen, qui erat Herodis te-
trarchæ collactaneus, & Saulus, cũ aũt illi sacrificarẽt domi
no, ieiunarentq;, dixit spiritus sanctus: Segregate mihi Barna
bam & Saulũ in opus ad qd' accersiui eos. Cũq; ieiunassent
& orassent, imposuissentq; eis manus, dimiserũt. Et ipsi qui-
dem emissi à spiritu sancto, abierunt Seleuciã, & inde naui-
gauerunt in Cyprum. Et cum essent Salamine, annũciauerũt
sermonẽ dei in synagogis Iudæorũ. Habebãt aũt & Iohannẽ
ministrum. Et peragrata insula usq; ad Paphum, inuenerunt
quendam magum pseudoprophetam Iudæum, cui nomẽ erat
Barieſu: qui erat cum proconsule Sergio Paulo uiro pruden
te. Hic accersitis Barnaba & Saulo, desyderabat audire ser-
monem Dei. Resistebat aũt illis Elymas magus: sic enim in-
terpretatur nomẽ eius, quærẽs auertere pconsulẽ à fide. Sau

lus

lus autẽ qui idem Paulus repletus ſpiritu ſancto, intentis in eũ oculis, dixit. O plene omni dolo & omni uerſutia fili diaboli, inimicæ omnis iuſticiæ, nõ deſinis inuertere uias domini rectas? Et nunc ecce manus domini ſuper te, & eris cæcus non uidens ſolem uſq; ad tẽpus. Et cõfeſtim cecidit in eũ caligo ac tenebræ, & circũiens quærebat, qui ſe manu ducerent. Tunc proconſul cum uidiſſet qd' acciderat, credidit, admirans ſup doctrina domini. Cũ autẽ à Papho ſoluiſſet Paulus, qui cũ eo erãt, uenerũt Pergen Pamphiliæ. Iohannes autẽ digreſſus ab eis, reuerſus eſt Hieroſolymã. Cæterum ipſi peragratis regionibus, à Perga uenerunt Antiochiam Piſidiæ, & ingreſſi ſynagogã die ſabbatorũ, ſederunt. Poſt lectionem aũt legis ac pphetarũ, miſerũt principes ſynagogæ ad eos, dicẽtes: Viri fratres, ſi quis eſt in uobis ſermo exhortatiõis ad plebẽ, dicite. Surgẽs aũt Paulus, et manu ſilentio indicto, ait: Viri Iſraëlitæ, & qui timetis Deũ, audite: Deus populi huius delegit patres noſtros: & populũ in altum extulit, cum eſſent incolæ in terra Aegypti: & brachio excelſo eduxit eos ex ea: & circiter quadraginta annorũ tẽpus, mores eorũ ſuſtinuit in deſerto. Ac deletis gentibus ſeptem in terra Chanaan, ſorte diſtri-
1.Reg.8. buit eis terrã eorum. Et poſt hæc annis circiter quadringentis, quinquaginta dedit iudices uſq; ad Samuëlem prophetã. Et exinde poſtulauerunt regem: deditq; eis Deus Saul filium Cis, uirum de tribu Beniamin, annis quadraginta. Et amoto
1.Reg.16. illo, * ſuſcitauit illis Dauid ut eſſet rex, cui teſtimonium reddens, dixit: Inueni Dauid filium Ieſſe, uirum ſecundũ cor meũ qui faciet omnes uoluntates meas, huius è ſemine deus, ita ut promiſerat, adduxit Iſraëli ſeruatorẽ IESVM, cũ ante prædicaſſet Iohannes ante faciem introitus eius baptiſmũ pœnitentiæ

tentiæ Israëli Cũ aũt impleret Iohannes cursum, dixit: Quem me arbitramini esse? ✶ Nõ is sum ego, sed ecce uenit post me cuius nõ sum dignus soleam pedum soluere. Viri fratres, filij generis Abrahæ, & qui inter uos timẽt deum, uobis sermo salutis huius missus est, Qui enim habitabant Hierosolymis, & principes eorũ, cũ ignorarent illũ, & uoces prophetarũ quæ per omne sabbatũ leguntur, condẽnato eo impleuerũt, ✶ nullaq; causſa mortis inuẽta, petierunt à Pilato, ut interficeret illum. Cumq; cõsummassent omnia quæ de eo scripta erant, depositum de ligno, posuerũt in monumento. Deus aũt suscitauit eũ à mortuis, q uisus est per dies multos his, q simul ascenderãt cũ eo à Galilæa Hierosolymã, qui sunt testes eius apud plebẽ. Et nos uobis annunciamus, quod eam repromissionẽ, quæ ad patres facta est, deus adimpleuerit filijs illorũ, nimirũ nobis resuscitato IESV, sicut & in psalmo primo scriptũ est ✶ Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quod aũt suscitauit eũ à mortuis, iã nõ amplius reuersurũ i corruptionẽ, ita dixit Dabo uobis sancta Dauid fidelia. Ideo & aliâs dicit: ✶ Non permittes ut sanctus tuus uideat corruptionẽ. Nã Dauid qui dẽ cũ suæ ætati inseruisset cõsilio dei, dormiuit: & appositus est ad patres suos, uiditq; corruptionẽ. At is quẽ deus suscitauit, nõ uidit corruptionẽ. Notũ igitur sit uobis uiri fratres, qd' per hunc uobis remissio peccatorũ annunciatur, & ab omnibus à quibus non potuistis p legẽ Mosi iustificari, p hunc oĩs qui credit iustificatur. Videte ergo ne superueniat uobis, qd' dictũ est in prophetis: ✶ Videte cõtemptores, & admiramini, & euanescite, quia opus operor ego in diebus uestris, qd' nõ credetis, si quis enarrauerit uobis. Egressis aũt è cœtu Iudæis, rogabant gentes, ut sequenti sabbato loquerẽtur sibi uer

Mar. 1. Iohan. 1.

Lucæ. 23.

Psal. 2.

Heb. 1.

Psal. 15.

Abac. 1.

ba. Soluto aũt cœtu, secuti sunt multi Iudæi & religiosi pselyti Paulũ ac Barnabã, q alloquẽtes suadebant eis ut pseuerarẽt ĩ gratia dei. Sequenti uero sabbato penè uniuersa ciuitas cõuenit ad audiendũ sermonẽ dei. Vidẽtes aũt turbas Iudæi, repleti sunt zelo, & contradicebãt his quæ à Paulo dicebantur, cõtradicẽtes ac loquentes blasphemias. Tũc sumpta fiducia Paulus ac Barnabas dixerũt: Vobis oportebat primũ loqui sermonẽ dei, sed quoniã repellitis illũ, & idignos uos iudicatis æterna uita, ecce conuertimur ad gentes, sic enĩ nobis præcepit dominus: ✶ Posui te ĩ lucẽ gentiũ, ut sis salus usq; Esa. 49. ad extremũ terræ. Audiẽtes aũt gentes, gauisæ sunt, & glorificabant sermonẽ domini, & crediderũt quotquot erãt ordinati ad uitã æternã. Diuulgabatur aũt sermo domini per uniuersam regionẽ. Iudæi uero extimulauerunt mulieres religiosas & honestas, & primos ciuitatis, & excitauerũt persecutionẽ in Paulũ ac Barnabã, & eiecerũt eos de finibus suis. ✶ Matth. 10. At illi excusso puluere pedũ suorũ in eos, uenerunt Iconium Porrò discipuli replebãtur gaudio & spiritu sctõ. XIIII.

FActũ est aũt Iconij ut simul introirẽt synagogã Iudæorũ, & loquerentur sic, ut crederet Iudæorum simul & Græcorum copiosa multitudo. Qui uero increduli erant Iudæi, concitauerunt, & corruperunt animos gentiũ aduersus fratres. Multo igitur tempore demorati sunt fortiter agentes præsidio domini, qui testimoniũ perhibebat sermoni gratiæ suæ, dabatq; ut signa & prodigia fierent per manus eorum. Diuisa est aũt multitudo ciuitatis, & quidã quidẽ stabãt à Iudæis, quidã uero ab apostolis. Cũ aũt factus esset impetus gẽtiũ pariter ac Iudeorũ unà cum principibus suis, ut uim adferrẽt ac lapidarent eos, re intellecta, confugerunt ad ciuitates Ly

tes Lycaoniæ Lystrã & Derben,et finitimã undiq; regionẽ, & ibi prædicabãt Euangeliũ. Et quidã uir Lystris debilis pedibus sedebat,claudus ab utero matris suæ,qui nunquã ambulauerat,hic audiuit Paulũ loquentẽ: Qui intuitus eum,& uidens,quod fidẽ haberet sore,ut saluus fieret,dixit magna uoce:Surge in pedes tuos rectus.Et exiliit,ambulabatq; Turbæ uero cum uidissent qd' fecerat Paulus, sustulerunt uocẽ suam Lycaonice,dicentes:Dij in specie hoĩm descenderũt ad nos Et uocabãt Barnabã Iouem,Paulũ uero Mercurium,quod is esset dux sermonis:Sacerdos aũt Iouis, qui erat ante ciuitatẽ illorũ,tauros & coronas ad uestibula afferens,cũ turbis uolebat sacrificare. Quod ubi audierũt Apostoli,Barnabas & Paulus,cõscissis uestibus suis insilierũt in turbã, clamantes ac dicentes:Viri cur ista facitis?Nos quoq; ijsdem quibus uos obnoxij malis sumus homines,annunciantes,ut ab istis uanis cõuertamini ad deum uiuũ,qui fecit cœlum & terram & mare & oĩa quæ in eis sunt,qui ĩ præteritis ætatibus sinebat omnes gentes ingredi uijs suis. Quanquã non expertem testimonij sẽ ipsum esse sinebat,dum beneficia cõferret de cœlo nobis dãs pluuias ac tempora fructifera,implẽs cibo & lætitia corda nostra. Et hæc dicẽtes,uix cõpescuerũt turbas,ne sibi immolarent. Superuenerũt aũt quidam ab Antiochia & Iconio Iudæi,qui cũ persuasissent turbis,ac Paulũ lapidassent,extraxerunt eum e ciuitate,existimantes illum mortuum esse. Circundantibus autem eum discipulis, surrexit & intrauit ciuitatẽ. Ac postero die profectus est cũ Barnaba Derben. Cũq; euãgelizassent ciuitati illi,ac docuissent multos,reuersi sunt Lystram & Iconium,& Antiochiam, denuo confirmantes animas discipulorum,exhortãtesq; ut perseuerarent in fide: &

quod per multas afflictiões oporteat nos intrare in regnum dei. Et cum suffragijs creassent illis p singulas ecclesias presbyteros, prædicatiq; essent cũ ieunijs, cõmendauerunt eos domino, in quem crediderant. Peragratáq; Pisidia, uenerũt in Pamphyliã: & cum locuti essent sermonẽ Pergæ, descenderunt in urbẽ Attaliã, & indẽ soluerunt Antiochiã, unde erant traditi gratiæ dei, in opus quod cõpleuerunt. Cum aũt uenissent & congregassent ecclesiam, retulerunt quæcũq; fecisset deus secũ, & qđ aperuisset gentibus ostiũ fidei, Cõmoratiq; sũt aũt illic multũ tẽporis cũ discipulis. CAP. XV.

Gal. 5. ET quidã qui descenderant à Iudæa, docebant fratres, ✶ Nisi circũcidamini secundum morem Mosi, non potestis esse salui. Cũ orta ergo seditio & disceptatio esset nõ exigua Paulo ac Barnabæ, aduersus illos statuerũt, ut ascẽderẽt Paulus & Barnabas, & qdã alij ex illis, ad apostolos ac presbyteros Hierosolymã, super hac quæstione. Illi ergo deducti ab ecclesia pertransibant Phenicẽ & Samariã, narrãtes conuersionẽ gentium, & adferebant gaudium magnum omnibus fratribus. Cum autẽ uenissent Hierosolymã, susceptiq; sunt ab ecclesia & ab Apostolis ac presbyteris, annunciauerũtq; quæcunq; deus fecisset cũ ipsis. Surrexerunt autẽ quidã de factione pharisæorum, qui crediderãt, dicẽtes: qđ oporteret circũcidere eos ac præcipere, ut seruarẽt legẽ Mosi: cõuenerũtq; Apostoli ac presbyteri, ut despicerent de hoc negocio. Cum autẽ magna disceptatio fuisset, surgẽs Petrus, dixit ad eos: Viri fratres, uos scitis quod ab antiquis diebus deus inter nos elegit, ut p os meũ audirẽt gentes uerbũ euangelij, crederẽtq;, Et q nouit corda deus, testimoniũ præbuit illis, dans illis spiritum sanctũ sicut & nobis: nihilq; discreuit inter nos & illos,

cum

eum fide purificauerit corda illorũ. Nunc ergo quid tentatis Deum, ut ponatur iugũ sup ceruices discipulorũ, qd' neq; patres nostri, neq; nos portare potuimus? Sed per gratiã domini IESV Christi credimus nos saluos futuros, quẽadmodũ & illi. Tacuit autẽ tota multitudo, & audiebãt Barnabã ac Paulum narrãtes quæ Deus ædidisset signa & ꝓdigia inter gẽtes per ipsos. Et postquàm cõticuissent, respõdit Iacobus, dicẽs: Viri fratres, audite me: Symeon narrauit quẽadmodũ primũ Deus uisitauerit, ut sumeret ex gẽtibus populũ in noie suo, & huic cõsonãt uerba ꝓphetarũ, sicut scriptũ est: ✶Post hæc reuertar, ac rursus ædificabo tabernaculũ Dauid, qd' collapsum est, & diruta eius instaurabo, & erigam illud: ut requirãt qui reliqui sunt hoies, dominũ, & oẽs gẽtes super quas inuocatũ est nomen meũ: dicit dominus, qui facit hæc omnia. Amos. 9.
Nota à sæculo sunt deo oĩa hæc opa sua. Propter qd' ego censeo, nõ obturbandũ esse illis, qui ex gentibus cõuertuntur ad Deũ, sed scribendũ ad eos, ut abstineãt se ab inquinamẽtis simulacrorũ, & scortatione & suffocato & sanguine. Moses enim ab ætatibus antiquis in singulis ciuitatibus habet, qui ipsum prædicent in synagogis, ubi per omne sabbatũ legitur. Tunc placuit apostolis & senioribus cũ tota ecclesia, ut deléctos ex sese uiros mitterẽt antiochiã cum Paulo et Barnaba, Iudã, cognomẽto Barsaban, & Silã, uiros primarios inter fratres, missis per manus eorũ literis in hanc sententiã. Apostoli & presbyteri, & fratres, his q sunt Antiochiæ, & in Syria et in Cilicia fratribus, qui sunt ex gẽtibus, SALVTEM. Quoniã audiuimus, q quidã è nobis egressi, turbauerũt uos, uerbis labefactãtes aĩas uestras, iubẽtes uos circũcidi & seruare legem, q̃bus nõ mãdauerамus. Visum est nobis unanimiter con-

gregatis,delectos uiros mittere ad uos,cũ dilectis nostris Barnaba & Paulo,hominibus qui exposuerunt anias suas p nomine domini nostri IESV Christi. Misimus ergo Iudã & Silam,qui & ipsi uobis uerbis referent eadẽ:Visum est enĩ spiritui sancto ac nobis,ne qd amplius imponeremus uobis oneris,quàm hæc necessaria: uidelicet,ut abstineatis ab his quæ sunt imolata simulachris,& sanguine,& suffocato,& scortatione. A qbus si cõseruaueritis uosipsos,benefacietis. VALETE. Illi ergo dimissi uenerunt Antiochiã, & congregata multitudine reddiderũt epistolã:Quã cũ legissent,gauisi sũt sup cõsolatiõe. Iudas autẽ & Silas,cũ essent & ipsi pphetæ, sermone copioso adhortati sunt fratres,cõfirmauerũtq;. Cõmorati aũt illic aliquãtulũ tẽporis,dimissi sunt cũ pace à fratribus ad Apostolos. Visum est aũt Silæ manere ibidẽ:Paulus uero & Barnabas demorabãtur Antiochiæ,docẽtes & annũciantes cũ alijs etiã cõpluribus sermonẽ domini. Post aliquot aũt dies dixit ad Barnabã Paulus:Reuertentes iam uisitemus fratres nostros per oẽs ciuitates, in quibus annũciauimus sermonẽ domini,quomodo se habeãt. Barnabas aũt cõsulebat, ut assumerent & Iohãnem,cognomẽto Marcũ. Paulus autẽ nolebat,ut is qui defecisset ab ipsis ex Pãphilia,nec isset cũ eis in opus,adiungeretur. Tam acris aũt fuit inter eos disceptatio,ut alter ab altero seiungeretur, & Barnabas quidem assũpto Marco nauigaret in Cyprũ. Paulus uero allecto Sila profectus est,traditus gratiæ Dei à fratribus. Perambulabat autem Syriam ac Cyliciã,confirmans ecclesias.

CAPVT XVI.

PEruenit aũt Derben & Lystrã, et ecce discipulus quidã erat ibi, noĩe Timotheus, filius mulieris cuiusdã Iudææ fidelis,

fidelis,cæterum patre Græco. Huic teſtimoniũ bonũ reddebãt qui Lyſtris erãt,& Iconij fratres. Hũc uoluit Paulus ſecũ proficiſci,& aſſumptũ circũcidit eũ ꝓpter Iudæos,qui erant in illis locis. Sciebãt enĩ oẽs,ꝙ pater eius erat Græcus. Cũ autem ptranſirent ciuitates,tradebant eis ſeruãda decreta,quæ erãt ordinata ab apoſtolis & preſbyteris,q erant Hieroſolymis. Itaq; eccleſiæ cõfirmabãtur fide,& abũdabant numero quotidie. Cũ peragraſſent aũt Phrygiã & Galaticã regionẽ, uetitiq; eſſent à ſpũ ſancto loqui ſermonẽ in Aſia,profecti in Myſiã,tentabãt ire in Bithyniã,& nõ pmiſit eos ſpũs. Cũ autem ptranſiſſent Myſiam,deſcenderũt Troadẽ,& uiſio per noctem Paulo uiſa eſt. Vir Macedo quidã erat ſtans,& deprecãs eũ,ac dicẽs:Profectus in Macedoniã,ſuccurre nobis. Vt aũt uiſum uidit,ſtatim quæſiuimus ꝓficiſci in Macedoniã, certi facti,ꝙ uocaſſet nos dominus ad euãgelizandũ eis. Cũ ſoluiſſemus igitur à Troade,recto curſu uenimus Samothracem,& poſtero die Neapolim,& inde Philippos,quæ eſt prima partis Macedoniæ ciuitas,colonia. Eramus autẽ in eadẽ urbe diebus aliquot cõmorãtes,& die ſabbatorũ egreſſi ſumus è ciuitate iuxta flumẽ,ubi ſolebat eſſe precatio,et ſedentes loquebamur mulieribus quæ cõuenerãt. Et quædã mulier nomine Lydia purpurarũ uenditrix ciuitatis Thyatirorũ,colens Deũ,audiuit,cuius dominus aperuit cor,ut intẽderet his quæ dicebãtur à Paulo. Cum autẽ baptizata eſſet & domus eius deprecata eſt,dicẽs:Si iudicaſtis me fidelẽ domino eſſe, introite in domũ meã & manete,& adegit nos. Accidit autẽ euntibus nobis ad precationem,ut puella quædam habens ſpiritum Pythonis,occurreret nobis,quæ quæſtum magnũ præſtabat dominis ſuis diuinãdo. Hæc ſubſecuta Paulum ac nos,

clamabat, dicens: Isti homines serui Dei excelsissimi sunt, qui annunciãt uobis uiam salutis. Hoc aũt faciebat multos dies. Sed ægre ferens Paulus, et cõuersus, spiritu dixit: Præcipio tibi per nomen IESV Christi, ut exeas ab ea. Et exijt eadem hora. Videtes autẽ domini eius, quod abisset spes quæstus sui, apprehensum Paulum ac Silam traxerunt in forum ad principes, & offerentes eos magistratibus, dixerũt: Hi homines cõturbant ciuitatem nostram, cum sint Iudæi, & annunciant instituta, quæ non licet nobis suscipere, neq; seruare, cũ simus Romani. Et cõcurrit turba aduersus eos ac magistratus scissis uestibus suis, ✠ iusserũt eos uirgis cædi. Cunq; multas plagas eis imposuissent, coniecerunt eos in carcerem, præcipientes custodi carceris, ut diligenter custodiret eos. Qui cum tale præceptum accepisset, cõtecit eos in interiorem carcerem, & pedes eorũ strinxit ligno. Media autem nocte Paulus & Silas orantes laudabant Dcũ. Exaudiebant autem eos qui uincti erant. Subito uero terræmotus factus est magnus, ita ut cõcuterentur fundamẽta carceris. Et statim aperta sunt omnia ostia, & omniũ uincula soluta sunt. Experrectus autẽ custos carceris, cũ uideret ianuas apertas carceris, euaginato gladio erat seipsum interfecturus, existimãs ausugisse uinctos. Clamauit autẽ Paulus uoce magna, dicẽs: Nequid feceris tibijpsi mali, uniuersi enim hic sumus. Postulatoq; lumine irruit ac tremefactus accidit Paulo & Silæ ad pedes, & productis illis foras, ait: Domini, quid me oportet facere ut saluus fiam? At illi dixerũt: Crede in dominũ IESVM, & saluus eris tu & domus tua. Et locuti sunt ei sermonẽ domini, & oĩbus q̃ erãt in domo eius. Et assũptis illis in illa hora noctis, abluit plagas, & baptizatus ẽ ipse & oẽs domestici illius cõtinuo.

2. Cor. 11.

Cumq;

Cumq; pduxissẽt eos in domũ suã, apposuit eis mẽsam, et exultauit. qd' cũ uniuersa domo sua credidissẽt Deo. Et cũ dies ortus esset, miserũt magistratus uiatores, dicẽtes: dimitte homines illos. Nũciauit aũt custos carceris sermones hos Paulo, miserũt magistratus ut dimittamini. Nũc igitur exeũtes, ite in pace. Paulus aũt dixit eis: Cæsos nos publice, indicta caussa, cũ simus Romani, cõiecerũt in carcerẽ, & nunc occulte nos eijciunt? Nõ profecto, sed ueniãt ipsi, ac nos educãt. Nũciauerunt aũt magistratibus uiatores uerba hæc. Timuerũtq; audito q, Romani essent, & uenientes deprecati sunt eos, & eductos rogabãt ut egrederentur è ciuitate. Egressi aũt è carcere, introierunt ad Lydiã, & uisis fratribus, cõsolati sunt eos, & pfecti sunt.

CAPVT XVII.

CVm aũt iter fecissent per Amphibolim & Appoloniã, uenerũt Thessalonicã, ubi erat synagoga Iudæorũ. Secundũ cõsuetudinẽ autẽ suã Paulus introiuit ad eos, & p sabbata tria disserebat eis è scripturis, adaperiens & allegans. *qd' Christũ oportuisset pati & resurgere à mortuis, & qd' hic esset Christus IESVS, quẽ ego (inqt) annũcio uobis. Et quidã ex eis crediderũt, & adiũcti sunt Paulo & Silæ, & religiosorum Græcorũ multitudo magna, mulieresq; primariæ nõ paucæ. Zelo autẽ cõmoti Iudæi increduli, & assũptis quibusdã circũforaneis uiris malis, ac turba coacta, cõcitauerũt ciuitatẽ, & urgẽtes domũ Iasonis, quærebãt eos pducere ad populũ. Et cũ nõ inuenissent eos, trahebãt Iasonẽ et quosdã fratres ad principes ciuitatis, clamãtes. Hi qui terrarũ orbẽ cõturbarũt, huc quoq; uenerũt, quos clanculũ excepit Iason & hi oẽs cõtra decreta Cæsaris faciũt, regẽ aliũ dicẽtes esse IESVM. Cõcitauerunt autẽ turbã, et magistratus ciuitatis au- Luc. 24. *

dientes hæc. Et accepta satisfactione à Iasone, & à cæteris, dimiserũt eos. Fratres uero cõfestim per noctem emiserunt Paulũ simul & Silã in Berrhœam. Qui cũ aduenissent, abierũt in synagogã Iudæorũ, Hi aũt erãt sũmo genere nati inter eos qui erãt Thessalonicæ, qui receperãt sermonẽ cum omni animi promptitudine, quotidie scrutantes scripturas, an hæc ita se haberẽt. Et multi quidẽ crediderũt ex eis, & Græce mulieres, honestæ, & uiri nõ pauci. Cũ aũt cognouissent Thessalonicenses Iudæi, q; & Berrhœæ annunciatus esset à Paulo sermo dei, uenerũt, et illic quoq; cõmouebãt turbas. Satimq; tunc Paulũ emiserunt fratres, ut iret uelut ad mare. Silas aũt & Timotheus remanserũt ibi. Porrò qui ꝓsequebantur Paulum, deduxerunt eũ Athenas usq; : accepto mãdato ad Silam ac Timotheũ, ut quàm celerrime uenirent ad se, ꝓfecti sunt. Paulus aũt cũ Athenis eos expectaret, incãdescebat spiritus eius in ipso, cũ uideret simulachrorũ cultui dedità ciuitatem Disputabat igitur in synagoga cũ Iudæis & religiosis, & in foro quotidie cum ijs qui ipsum fortè adissent. Quidam autẽ Epicuret & Stoici philosophi cõflictabãtur cum eo, & quidam dicebant: Quid uult spermologus hic dicere? Alij uero, nouorum (inquiebant) dæmoniorũ uidetur annũciator esse, quòd IESVM & resurrectionem annunciaret eis. Et apprehensum eum ad Martium uicum duxerunt, dicentes, Possumus ne scire, quæ sit ista noua, quæ à te refertur, doctrina? Noua enim quædã ingeris auribus nostris. Volumus ergo scire, quid nam uelint hæc esse. Athenienses autẽ omnes, & qui illic uersabantur hospites ad nihil aliud uacabant, nisi ad dicendũ aut audiendũ aliquid noui. Stans autem Paulus in medio Martij uici, ait, Viri Athenienses, per omnia ferè superstitiosiores

stitiosiores uos uideo. Prætereiens enim & cõtemplans cultu-
ras uestras, inueni et aram in qua inscriptũ erat: Ignoto Deo.
Quẽ ergo ignorãtes colitis, hunc ego annuncio uobis. Deus
qui fecit mũdum, & omnia quæ in eo sunt, hic cœli & terræ
cum sit dominus, non in manufactis templis habitat, nec ma-
nibus humanis colitur, indigẽs aliquo, cum ipse det omnibus
uitam & hal itũ per omnia: fecitq; ex uno sanguine omne ge
nus hominũ, ut inhabitaret sup uniuersam faciem terræ: præ
finijtq; præstituta tempora, præfixitq; terminos habitationis
eorum ut quærerent Deũ, si forte palpent eum & inueniãt,
quãuis non longe absit ab unoquoq; nostrũ. Per ipsum enim
uiuimus & mouemur & sumus, sicut & quidã uestratiũ poë Aratus
tarũ dixerunt: Nam huius progenies etiã sumus. Genus ergo
cum simus Dei, nõ debemus existimare auro & argento, aut
lapidi arte sculpto: & inuẽto hominis, numen esse simile. Et
tempora quidem huius ignorantiæ cum hactenus dissimula-
rit Deus, nunc annunciat hominibus, ut omnes ubiq; resipi-
scant: eò quòd statuit diem, in quo iudicaturus est orbem ter-
rarũ cum iustitia, per eũ uirum per quẽ decreuerat, fide præ
stita omnibus, cũ excitarit illũ ex mortuis. Cum audissent au-
tem resurrectionem mortuorum, alij quidem irridebant, alij
uero dixerunt: Audiemus te de hoc iterum. Sic Paulus exiuit
è medio corũ. Quidam uero uiri adhærentes ei crediderũt,
in quibus & Dionysius Areopagita, & mulier nomine Da-
maris, alijq; cum eis.

CAPVT. XVIII.

Post hæc Paulus digressus Athenis, uenit Corinthum, &
nactus quendã Iudæum, nomine Aquilã ponticũ genere,
qui nuper uenerat ab Italia, & Priscillam uxorem eius, eò
quòd

qđ præcepiſſet Claudius,oēs Iudæos Roma decedere,acceſ-
ſit ad eos,& qa eiuſdem erat artificij, manebat apud eos,& o-
pabatur. Erat aũt ars illorũ texere tabernacula. Diſputa-
bat autem in ſynagoga per omne ſabbatũ,ſuadebatq; Iudæis
pariter & Græcis. Cũ ueniſſent autẽ é Macedonia Silas &
Timotheus,coartabatur ſpiritu Paulus,teſtificãs Iudæis Chri
ſtũ eſſe IESVM. Cõtradicẽtibus aũt eis ac blaſphema loquẽ
tibus,excuſsis ueſtimentis,dixit ad eos:Sanguis ueſter ſup ca
put ueſtrũ. Mũdus ego poſthac ad gẽtes uadã. Et migrãs inde
intrauit in domũ cuiuſdã,noïe Iuſti,colentis Deum,cuius do-
mus erat cõtigua ſynagogæ. Criſpus aũt archiſynagogus cre
didit domino cũ tota domo ſua,multiq; Corinthiorũ audiẽtes
credebãt ac baptizabãtur. Dixit aũt dominus nocte p uiſio-
nem Paulo:Noli timere,ſed loquere & ne taceas,propterea
q; ego ſim tecũ, & nemo adorietur te ut affligat te,quoniam
populus eſt mihi multus in hac ciuitate. Sedit autẽ ibi annũ et
ſex menſes,docẽs eos ſermonẽ Dei,Cæterũ cũ Gallio ageret
procõſulem Achaiæ, inſurrexerũt uno aníio Iudæi in Paulũ,
& adduxerũt eũ ad tribunal,dicẽtes: Cõtra legẽ hic ſuadet
hominibus colere Deũ. Cũ autẽ Paulus iam pararet aperire
os,dixit Gallio ad Iudæos:Si qua iniuria eſſet,aut facinus ma
lũ,ó Iudæi,merito uos ſuſtinerẽ:Si uero quæſtio ẽ de ſermone
ac nominibus et lege ueſtra,uoſipſi uideritis. Iudex enĩ ego
horũ nolo eſſe. Et abegit eos à tribunali. Apprehenſum autẽ
oẽs Græci Soſthenẽ principẽ ſynagogæ,percutiebãt ante tri
bunal,neq; quicq; eorũ Gallioni curæ erat. Paulus uero de-
inde cõmoratus dies multos,uale dicto fratribus,abnauigauit
in Syriã,comitãtibus eũ Priſcilla & Aquila,poſteaquàm ra-
ſerat caput in Cenchreis,habebat enĩ uotũ. Deuenitq; Ephe
ſum,

sum, & illos ibi reliquit. Ipse uero ingressus synagogã, disputabat cum Iudæis. Rogãtibus autẽ eis, ut tẽpore ampliori maneret apud se, nõ annuit, sed ualedixit illis, dicẽs. Oportet omnino me festũ qđ instat, agere Hierosolymis, sed iterũ reuertar ad uos, Deo uolente. Et soluit Epheso, cumq; peruenisset Cæsareã, ascendisset q; & salutasset ecclesiã, descendit Antiochiã. Et cõmoratus illic aliquantũ temporis, profectus est, perambulãs ex ordine Galaticã regionem ac Phrygiã, cõfirmãs oẽs discipulos. Iudæus autẽ quidã Apollos noĩe: Alexandrinus genere, uir eloquens, deuenit Ephesum, potens in scripturis. Hic erat institutus in uia domini, & feruens spiritu loquebatur, & docebat diligẽter ea quæ sunt domini, sciẽs tantũ baptisma Iohãnis. Et hic cœpit libere loqui in synagoga. Quem cum audissent Priscilla & Aquila, assumpserunt eum atq; exactius exposuerunt ei uiam Dei. Cum autem uellet ire Achaiã, exhortati fratres scripserunt discipulis, ut susciperẽt eum. Qui cũ uenisset, cõtulit multum his qui crediderunt per gratiã. Vehementer enim Iudæos reuincebat publice, ostendens per scripturas, q; IESVS esset Christus.

CAPVT XIX.

FActum est aũt cum Apollos esset Corinthi, ut Paulus peragratis superioribus partibus, ueniret Ephesum, & repertis quibusdã discipulis, dixit ad eos: Num spiritũ sanctũ accepistis postea quàm credidistis? At illi dixerũt ad eũ: Imò neq; sit ne spiritus sanctus, audiuimus. Et ait ad illos: Quo ergo baptizati estis? At illi dixerunt: Iohãnis baptismate. Dixit aũt Paulus: Iohãnes qdem baptizauit baptismo pœnitentiæ, populo loquens de eo, qui uenturus esset post ipsum, ut crederẽt, hoc est, de Christo IESV. His auditis, baptizati sunt in nomine

nomine domini IESV. Et cum imposuisset illis manus Paulus, uenit spiritus sanctus super eos, & loquebãtur linguis, & prophetabant. Erant autẽ omnes uiri ferè duodecim. Introgressus autẽ synagogã, libere loquebatur ad tres menses, disputãs & suadens de regno Dei. Cũ aũt quidã indurarentur nec crederent, male loquentes, de uia domini coram multitudine, digressus ab illis segregauit discipulos, quotidie disputãs in schola Tyrãni cuiusdã. Hoc aũt factum est per biennĩ, ita ut oẽs qui habitabãt in Asia, audirent sermonẽ domini IESV, Iudæi simul & Græci. Virtutesq; nõ uulgares ædebat Deus per manus Pauli, ita ut etiã sup infirmos deferrentur à corpe eius sudaria & semicincta, & recederent ab eis morbi, & spiritus mali egrederentur. Tentauerunt autẽ quidã è circũeuntibus Iudæis exorcistis inuocare super eos qui habebãt spiritus malos, nomen domini IESV, dicentes: Aduramus uos per IESVM, quem Paulus prædicat. Erant autẽ quidã filij Sceuæ Iudæi principis sacerdotũ septẽ, qui hoc faciebant. Respõdens aũt spiritus malus, dixit: IESVM noui, & Paulũ scio, uos autem qui estis? Et insiliens in eos homo in quo erat dæmonium malum, & dominatus eis, inualuit contra eos, ita ut nudi & uulnerati effugerent de domo illa. Hoc aũt innotuit omnibus Iudæis simul & Græcis qui habitabãt Ephesi, & incidit timor super oẽs illos, & magnificabatur nomen domini IESV. Multiq; credentiũ ueniebant confitentes & annũciantes facta sua. Multi autẽ ex eis, qui curiosas artes exercuerant. cõportatos libros exusserunt corã omnibus: & supputatis precijs illorum, repererunt pecuniæ quinquaginta milia. Ita fortiter crescebat sermo dei, & cõfirmabatur. His aũt expletis, proposuit Paulus in spiritu, trãsita Macedonia & Achaia, ire

Hieroso-

Hierosolymã, dicẽs: postq̃ fuero ibi, oportet me & Romam uidere. Missis autẽ in Macedoniã duobus ex ijs qui ministrabant sibi, uidelicet Timotheo & Erasto, ipse remãsit ad tempus in Asia. Ortus est autẽ illo tempore tumultus nõ exiguus de illa uia. Nam quidã nomine Demetrius, faber argẽtarius, qui faciebat delubra argẽtea Dianæ, præstabat artificibus nõ exiguum quæstum: quibus conuocatis & ijs qui similium rerũ erant opifices, dixit: Viri, scitis quòd ex hoc opificio quæstus nobis est, & uidetis & auditis, quòd non solum Ephesi, sed penè toti Asiæ Paulus hic persuasit & auertit multã turbam, dicens, quòd non sint dij, qui manibus fiunt. Non solũ autem hæc pars nobis in periculũ uenit, ne reprobetur, uerum etiam ne magnæ deæ Dianæ templũ pro nihilo habeatur, futurumq; sit ut etiam destruatur maiestas eius, quam tota Asia & orbis colit. His auditis, repleti sunt ira, & exclamauerũt, dicẽtes: Magna Diana Ephesiorũ. Et impleta est ciuitas tota confusione, & impetum fecerunt uno animo in theatrũ, correpto Gaio & Aristarcho Macedonibus, comitibus Pauli. Paulo aũt uolente intrare ad populũ, nõ permiserunt discipuli. Quidã aũt & ex Asiæ primoribus, qui erant amici eius, miserunt ad eum, rogãtes, ne se daret in theatrum. Alij quidem igitur aliud clamabant. Erat enim concio confusa, & pleriq; nesciebãt qua ex caussa conuenissent. De turba autem protraxerunt Alexandrũ, propellentibus eum Iudæis. Alexander autem manu silentio postulato, uolebat rationem reddere populo. Quem ut cognouerũt Iudæum esse, uox orta est una omnium fermè ad horas duas clamantium: Magna Diana Ephesiorum. Cum autem sedasset scriba turbam, dixit: Viri Ephesij. Quis enim est hominum, qui nesciat Ephesiorum ciuitatem

uitatem cultricem esse magnæ deæ Dianæ, & à Ioue delapsi simulacri? Cũ igitur his nemo cõtradicat, oportet uos sedatos esse, & nihil præcipitãter agere. Adduxistis enim hoïes istos, neq; sacrilegos, neq; contumelioſos in deam uestrã. Quòd si Demetrius & qui cum eo sunt artifices, habent aduersus aliquem causſam, cõuentus forenses aguntur, & ꝓcõsules sunt, accusent inuicem. Si quid autẽ de rebus alijs quæritis, in legitima cõctione dirimetur. Nã periculum est, ne seditiõis hodiernæ rei fiamus. cum nulla subsit causſa, unde poterimus reddere rationem cõcursus istius. Et cum hæc dixisſet, dimisit cõcionem.

CAPVT XX.

POst q̃ autẽ cessauit tumultus, uocatis ad se Paulus discipulis, cõplexus q; illos, ꝓfectus est, ut iret in Macedoniã. Cum aũt pambulasſet partes illas, & exhortatus fuisſet multo sermone, uenit in Græciã, & ibi peractis mensibus tribus, cũ essent illi structæ insidiæ à Iudæis soluturo in Syriã, habebat in animo, ut reuerteretur per Macedoniã. Comitatus est autẽ eum usq; ad Asiã Sopater Berrœhensis, Thessalonicensium uero Aristarchus, & Secundus, & Gaius Derbæus, ac Timotheus, Asiani uero Tychicus et Trophimus. Hi cũ præcessisſent, expectarunt nos Troade, nos uero abnauigauimus post dies azymorum à Philippis, & uenimus ad eos Troadem intra dies quinq;, ubi demorati sumus diebus septẽ. Vno autẽ die sabbatorũ, cũ cõuenisſent discipuli ad frangendum panẽ, Paulus disſerebat eis, profecturus postridie, ꝓtraxit q; sermonem usq; in mediã noctem. Erãt aũt lucernæ multæ in cœnaculo, ubi eramus congregati. Sedens autẽ quidã adulescens nomine Eutychus in fenestra, cũ degrauaretur somno profundo, disserente diu Paulo, magis depressus somno, decidit ex

dit ex tertio cœnaculo deorsum,& sublatus est mortuus. Cũ descendisset aũt Paulus,incubuit super eum,& complexus dixit:Nolite turbari,anima enim eius in ipso est. Cum ascèdisset autẽ fregisſetq; panẽ,ac degustasset, diu collocutus usq; ad diluculum,ita demum profectus est.Adduxerũt autẽ puerum uiuentẽ,& resocillati sunt nõ mediocriter. Nos autẽ cõscensa nau soluimus Asson,inde excepturi Paulum.Sic enim ordinarat ipse per terram iter facturus. Cum autem conuenissemus Asson recepto eo uenimus in Mitylenẽ.Et inde nauigantes,sequenti die uenimus contra Chium.Postridie uero appulimus Samum,& cõmorati Trogyllij,proximo die uenimus in Miletum:proposuerat enim Paulus præternauigare Ephesum,ne tempus tereret in Asia. Festinabat enim,si possibile sibi esset,ut diem pentecostes ageret Hierosolymis. A Mileto autem missis Ephesum nuncijs,accersiuit presbyteros ecclesiæ:qui cum peruenissent ad ipsum,dixit eis:Vos scitis à primo die quo ingressus sum Asiam, quomodo uobiscũ per omne tempus fuerim,seruiens domino cum omni animi humilitate,cumq; multis lachrymis & tentationibus,quæ mihi acciderunt ex insidijs Iudæorum: ut nihil suffugerim eorum quæ essent in rem uestram,quin annunciarem uobis,& docerem uos publice ac per singulas domos, testificans Iudæis simul & Græcis eam quæ erga deum est pœnitentiam, ac fidẽ,quæ est erga dominũ nostrum IESVM.Et nunc ecce ego alligatus spiritu,proficiscor Hierosolymam,quæ in ea obuentura sunt mihi ignorans,nisi quod spiritus sanctus per singulas ciuitates testificatur,dicẽs:quod uincula & afflictiones me manent.Verum nihil me mouet:neq; uita mea chara est mihijpsi, ut consummem cursum meum cum gaudio &

miniſteriũ quod accepi à domino IESV ad teſtificandum euangelium gratiæ dei. Et nunc ecce ego ſcio, quod poſthac non uidebitis faciem meã uos omnes, per quos tranſui, prædicans regnum dei. Quapropter conteſtor uos hodierno die quod mundus ego ſum à ſanguine omnium. Non enĩ ſubterfugi, quo minus annunciarim omne conſilium dei uobis. Attẽdite igitur uobis & cuncto gregi, in quo uos ſpiritus ſanctus poſuit epiſcopos ad regendum eccleſiam dei, quã acquiſiuit ſanguine ſuo. Ego enim noui hoc, quod ingreſſuri ſint poſt diſceſſum meum lupi graues in uos, non parcentes gregi. Et ex uobis ipſis exorientur uiri, loquentes peruerſa, ut abducant diſcipulos poſt ſe. propter quod uigilate memores, quod per triennium nocte & die non ceſſauerim cum lachrymis monere unumquẽq;. Et nunc cõmẽdo uos fratres deo. & ſermoni gratiæ ipſius, qui potens eſt ſuperſtruere & dare uobis hæ
2. Cor. 11 reditatem inter ſanctificatos omnes. ✳ Argentum & aurum aut ueſtem nullius concupiui, imò ipſi ſcitis, quod neceſsitatibus meis, & his qui mecum ſunt, ſuppeditauerunt manus hæ Omnia oſtendi uobis, quod ſic laborántes oportet ſuſcipere infirmos: ac meminiſſe uerborum domini IESV, quoniam ipſe dixit: Beatum eſt dare potius quam accipere. Et cum hæc dixiſſet, poſitis genibus ſuis, orauit cũ omnibus illis. Magnus autem fletus coortus eſt omnium: & ruẽtes in collum Pauli oſculabantur eum dolentes: maxime ob ſermonem quem dixerat, quod amplius faciem eius non eſſent uiſuri. Et deducebant eum ad nauem.

CAPVT XXI.

CVm autem factum eſſet, ut ſoluiſſemus anulſi ab eis, recto curſu uenimus Coum: & ſequenti die, Rhodum, & inde Pataram. Et nacti nauẽ. quæ traijceret in Phenicen, ea conſcen

conscensa soluimus. Cum autem cœpisset nobis apparere Cyprus, relicta ea ad sinistrā nauigauimus in Syriam, ac uenimus Tyrum: nam huc nauis exponebat onus. Repertisq; discipulis, mansimus ibidem diebus septem. Qui Paulo dicebāt per spiritum, ne ascenderet Hierosolymā. Et expletis diebus profecti ibamus, deducentibus nos omnibus unà cum uxoribus, & filijs, donec exissemus ciuitatem: & positis genibus. in littore, precati sumus. Et cōsalutatis nobis inuicē, conscēdimus nauim, illi autem redierunt ad sua. Nos uero nauigatione explicita à Tyro, descēdimus Ptolemaidam: & salutatis fratribus, mansimus diem unum cum illis. Postridie uero nos qui eramus cum Paulo uenimus Cæsareā. Et ingressi domum Philippi euangelistæ, qui erat unus è septem, mansimus apud eum. Huic autem erant quatuor filiæ uirgines prophetantes. Et cum permaneremus dies complures, aduenit quidam è Iudæa propheta nomine Agabus. Is cum uenisset ad nos, tulit cingulum Pauli, & alligans sibi pedes ac manus, dixit: Hæc dicit spiritus sanctus: Virum cuius est cingulum hoc, sic alligabunt Hierosolymæ Iudæi, tradentq; in manus gentium. Cum autem audissemus hæc, rogabamus & nos, & cæteri qui loci illius erant, ne ascenderet Hierosolymam. Tunc respondit Paulus, ac dixit: Quid facitis flentes & affligentes cor meum? Ego uero non solum uinciri, sed & mori paratus sum Hierosolymis pro nomine domini IESV. Cum uero illi non persuaderetur, acquieuimus, dicentes: Domini uoluntas fiat. Post dies autem istos sublatis sarcinis, conscendebamus Hierosolymā. Venerunt autē unà quidā ex discipulis à Cæsarea nobiscū, adducētes secū, apud quē hospitaremur, Mnasonē quendā Cypriū, antiquū discipulū. Et cū uenissemus Hie-

rosolymam, libenter exceperunt nos fratres. Postero autem die introibat Paulus nobiscum ad Iacobum, omnesq; conuenerunt presbyteri. Quos cum salutasset narrabat per singula quæ Deus feciſſet inter gentes per miniſterium ipſius. At illi cum audiſſent, glorificabant dominum, dixeruntq; ei: Vides frater quot milia ſunt Iudæorum qui crediderunt, & omnes ſtudioſi ſectatores ſunt legis. Audierunt autem de te, quod defectionem doceas à Moſe, omnes qui inter gentes ſunt Iudæos, dicens, non debere eos circuncidere filios, neq; ſecundum inſtituta uuere. Quid eſt ergo? omnino oportet conuenire multitudinem. Audient enim te uenisse. Hoc ergo fac quod tibi dicimus. Sunt nobis uiri quatuor, uotum habentes ſuper ſe. His aſſumptis, purifica te cum illis, & impende ſuper illis, ut radant capita, & ſcient omnes, quod quæ de te audierunt nihil ſunt, ſed ambulas & ipſe cuſtodiens legem. De his autem & qui crediderũt ex gentibus nos ſcripſimus, decernentes, ne quid huiuſmodi obſeruent, niſi ut caueant & ab his quæ ſunt immolata ſimulacris, & à ſanguine, & ſuffocato, & ſcortatione. Tunc Paulus aſſumptis uiris poſtero die purificatus cum illis intrauit in templum, annuncians expletionem dierum purificationis, donec offerretur pro unoquoq; eorum oblatio. Dum autem ſeptem dies iam penè eſſent expleti, hi qui ab Aſia erant Iudæi, cum uidiſſent eum in templo, conturbarunt totum populum, & iniecerũt ei manus, clamantes: Viri Iſraëlitæ, ſuccurrite. Hic eſt ille homo qui aduerſus populum & legem, & locum hũc omnes ubiq; docet, inſuper & Græcos induxit in templum, & prophanauit ſanctum locum hunc. Viderant enim Trophimũ Ephesium in ciuitate cum ipſo, quem exiſtimauerunt, quod in tem

plum

plum introduxisset Paulus. Commotaq; est ciuitas tota, & factus est concursus populi. Et apprehensum Paulum, protrahebant è templo, statimq; clausæ sunt fores. Quærentibus autem illis eum occidere, nunciatum est tribuno cohortis, quod tota conturbata esset Hierosolyma. Qui statim assumptis militibus ac centurionibus decucurrit ad illos. At illi cum uidissent tribunum ac milites, cessauerunt percutere Paulum. Tunc accedens tribunus, apprehendit eum, & iussit alligari catenis duabus, & interrogabat, quis nam esset, & quid feciſſet. Alij autem aliud clamabant in turba. Et cum nõ posset certum cognoscere præ tumultu, iussit duci eum in castra. Et cum uenisset ad gradus, contigit ut portaretur à militibus propter uiolentiam turbæ: Sequebatur enim multitudo populi clamans, tolle eum. Et cum cœpisset induci in castra Paulus, dicit tribuno: Licet ne mihi loqui ad te? Qui dixit: Græce nosti? Nónne tu es ille Aegyptius, qui ante hos dies tumultum concitasti, & eduxisti in desertum quatuor milia uirorum sicariorum? Dixit autè Paulus: Ego sum homo quidem Iudæus Tarsensis, Ciliciæ nõ obscuræ ciuitatis ciuis. Rogo autem te, permitte mihi loqui ad populum. Et cũ ille permisisset, Paulus stãs in gradibus, annuit manu ad plebem, & magno silentio facto, allocutus est lingua Hebræa, dicens.

CAPVT XXII.

VIri fratres & patres, audite meam, quã nunc apud uos utor, excusationem. Cum audissent autem, quod Hebræa lingua sibi loqueretur, magis præstiterunt silentum. Et dicit: Ego quidem sum uir Iudæus, natus in Tarso Ciliciæ, cæterum educatus in hac ciuitate ad pedes Gamalielis, institutus accurate in patria lege, sectator Dei, sicut & uos omnes

estis hodie, q̃ hanc uiam persecutus sum usq; ad mortem, alligãs ac tradẽs in carceres uiros pariter ac mulieres, sicut & princeps sacerdotũ mihi testis est, & totus seniorũ ordo, à q̃ bus etiam epistolis ad fratres acceptis, Damascum pergebam, adducturus & illos qui illic essent uinctos Hierosolymam, ut punirentur. Accidit autem mihi iter facienti & appropinquanti Damasco circiter meridiem, ut subito de cœlo circunfulguraret me lux multa, cecidiq; in solũ, & audiui uocem dicentem mihi: Saul, Saul, quid me persequeris: Ego uero respondi: Quis es domine? Dixitq; ad me. Ego sum IESVS ille Nazarænus, quem tu persequeris. Et qui mecum erant, lumen quidem uiderunt, & exterriti sunt, uocem autem non audierunt eius qui loquebatur mecum. Dicebam autem. Quid faciam domine? Dominus autem dixit mihi: Surge, ac uade Damascum, & ibi tibi dicetur de omnibus quæ ordinata sunt tibi ut facias. Et cum non uiderem præ gloria luminis illius, p manũ deductus à comitibus q̃ erant mecũ, ueni Damascum. Ananias autem quidam uir pius, secundum legem testimonio probatus omnium illic habitantium Iudæorum, ueniens ad me, & astans, dixit mihi: Saul frater, recipe uisum. Et ego eadem hora recepto uisu, uidi illum. At ille dixit: Deus patrum nostrorum præparauit te, ut cognosceres uoluntatem suam, & uideres id quod iustum est, & audires uocem ex ore eius, quia eris testis illi apud omnes homines, eorum quæ uidisti & audisti. Et nunc quid contaris? Exurge & baptizare, & ablue peccata tua, inuocato nomine domini. Factum est autem, cum essem reuersus Hierosolymam, & orarem in templo, ut raperer extra me, & uiderem eum dicentem mihi: Festina & exi uelociter Hierosolymis, quoniam

niam non recipient testimonium tuum de me. Et ego dixi: Domine, ipsi sciunt, quod ego pertrahebam in carcerem, & cædebam in singulis synagogis eos qui credebant in te. Et cum funderetur sanguis Stephani testis tui, ego quoq; assistebam & assentiebar morti illius, & custodiebam uestimenta interficientium illum. Et dixit ad me: Vade quoniam ego ad gentes procul mittam te. Audiebant autem eum usq; ad hoc uerbum. Atq; sublatis uocibus, dicebant: Tolle de terra hominem istius modi. non enim phas est eum uiuere. Vociferantibus autem eis, & proijcientibus uestimenta, & puluerem iactantibus in aërem. iussit tribunus induci eum in castra, & imperauit eum flagris examinari, ut sciret propter quam caussam sic acclamarent ei. Et cum astrinxisset eum loris. dixit astanti sibi Centurioni Paulus: Num hominem Romanum & indemnatum licet uobis flagellare? Quo audito, Centurio accessit ad tribunum & nunciauit ei, dicès: Quid factu⁹us es? Hic enim homo Romanus est. Accedens autem tribunus, dixit illi: Dic mihi, num tu Romanus es? At ille dixit: Etiam. Et respondit tribunus: Ego multa summa ciuitatem istam comparaui. At Paulus ait: Ego uero & natus sum. Protinus ergo discesserunt ab illo, qui eum fuerant examinaturi. Tribunus quoq; timuit postquam resciuit, quod Romanus esset, & quod uinxisset eum. Postero autem die uolens scire certum, qua ex caussa accusaretur à Iudæis, soluit eum à uinculis, & iussit principes sacerdotum conuenire, totum q; concilium, ac deductum Paulum sistebat coram illis.

CAPVT XXIII.

INtentis autem oculis in concilium, Paulus ait: Viri fratres ego omni conscientia bona conuersatus sum coram Deo, usq; in

usq; in hodiernum diem. Princeps autem sacerdotum Ananias præcepit astantibus sibi, ut percuterent os eius. Tunc Paulus dixit ad eum: Percussurus est te deus, paries dealbate. Et tu sedes iudicans me secundum legem, & contra legem iubes me percuti? Et qui astabant, dixerunt: Summo sacerdoti dei maledicis? Dixit autem Paulus: Nesciebam fratres,
Exod. 22. quod pontifex esset. Scriptum est enim: ✶ Principi populi tui non maledices. Sciens autem Paulus, quod una pars esset Sadducæorum, & altera pharisæorum, exclamauit in concilio: Viri fratres, ✶ ego pharisæus sum filius pharisæi, de spe
Philip. 3. & resurrectione mortuorum ego iudicor. Et cum hoc dixisset, facta est dissentio inter pharisæos ac Sadducæos, & dis-
Math. 22. secta est multitudo. ✶ Nam Sadducæi quidē dicunt, non esse resurrectionem, neq; angelum, neq; spiritum. Pharisæi autem utraq; confitentur. Factus est autem clamor magnus: & cum surrexissent scribæ de factione pharisæorum, depugnabant dicentes: Nihil mali inuenimus in homine isto. Quod si spiritus locutus est ei aut angelus, ne repugnemus Deo. Et cum magna seditio coorta esset, ueritus tribunus, ne discerperetur Paulus ab ipsis, iussit milites descendere & rapere eū de medio eorum, ac deducere eum in castra. Sequenti autem nocte assistens ei dominus, ait: Bono animo esto Paule. Vt enim testificatus es de me Hierosolymis, sic te oportet et Romæ testificari. Facto autem die, collegerunt se quidam ex Iudæis, & deuouerunt se, dicentes, neq; esuros se, neq; bibituros, donec occiderēt Paulum. Erant autem plures quàm quadraginta uiri qui hanc coniurationem fecerant. Qui accesserunt ad principes sacerdotum ac seniores, & dixerunt: Deuotione deuouimus nosipsos, nihil gustaturos, donec occidamus Pau

mus Paulum. Nunc ergo uos significate tribuno & concilio ut cras producat illum ad nos, tanquam aliquid cercius cognituros de eo. Nos uero priusquam appropinquet, parati sumus interficere illum. Cum autem audisset filius sororis Pauli insidias, uenit & intrauit in castra, nunciauitq; Paulo. Accersito autē Paulus ad se uno ex centurionibus, ait: Adulescētem hunc adduc ad tribunū. Habet enī qd' renūciet illi. Et ille quidem assumēs eum, duxit ad tribunum, & ait: Vinctus Paulus accersitum me rogauit, ut hunc adulescentem perducerem ad te, habentem aliquid quod loquatur tibi. Apprehensa aūt tribunus manu illius, secessit cum eo seorsum & percontatus est illum: Quid est quod habes significandum mihi? Ille autē dixit: Iudæi conspirarunt ut rogarent te, ut crastino die educeres Paulum in concilium, quasi aliquid certius inquisituri sint de illo: tu uero ne morem gesseris illis. insidiantur enim ei ex eis uiri plures quadraginta, qui seipsos deuouerūt, ne uel edāt uel bibant, donec interficiant eum: & nunc parati sunt expectantes, ut promittas. Tribunus igitur dimisit adulescentem, præcepitq; ei, nec cui effutias, inquiens, quod hæc indicaueris mihi. Et accersitis duobus quibusdā centurionibus, dixit: Parate milites ducentos, ut eam Cæsareā, & equites septuaginta, & lancearios ducentos, à tertia hora noctis, & iumēta præbete, ut impositū Paulum saluū perducant ad Felicem præsidē, scriptis literis in hāc formā: Claudius Lysias potētissimo præsidi Felici salutē. Virū hunc cōprehensum à Iudæis, cum iam esset interficiendus ab eis, superuenīs cū exercitu eripui: cognito quod Romanus esset, uolēsq; scire causā, ob quam accusarent illū, deduxi eū in cōciliū eorū. Quē cōperi accusari de quæstionibus legis ipsorū, nullū dignū morte aut

t uinculis

uinculis habentem crimen. Et cum indicatum esset mihi de insidijs, quas parauerant illi Iudæi, protinus misi eum ad te, præcepto dato etiam accusatoribus, ut quæ habent aduersus eum, dicant apud te. Vale. Milites uero iuxta quod sibi iniunctum erat, receptum Paulum duxerũt per noctem Antipatridem. Postero autem die dimißis equitibus, ut cũ eo irent, reuersi sunt in castra. Qui cum uenissent Cæsareã, ac tradidissent epistolã præsidi, statuerunt corã eo & Paulum. Cum legisset autẽ præses, & interrogasset ex qua prouincia esset, et cognouisset quod ex Cilicia: Audiã te, inquit, cũ accusatores quoq; tui aduenerint. Iußitq; in prætorio Herodis custodiri eum.

CAPVT XXIIII.

Post quinq; autẽ dies descendit princeps sacerdotũ Ananias, cum senioribus & Tertullo quodã oratore, qui adierunt præsidẽ contra Paulum. Et citato Paulo, cœpit accusare Tertullus, dicẽs: Cũ in multa pace agamus per te, et multa recte gerantur in populo hoc per tuã prouidentiã, & semper & ubiq; comprobamus præstantißime Felix, cum omni gratiarum actione. Sed ne diutius te detineam, oro te ut audias nos paucis, pro tua humanitate. Nacti enim sumus uirũ hunc pestiferum, & concitantem seditionem oĩbus Iudæis in uniuerso orbe, & autorem sectæ Nazarænorum, qui etiã tẽplum prophanare conatus est, quem & apprehensum uolumus secundum legem nostram iudicare. Sed superueniens tribunus Lysias cum magna ui eripuit eum è manibus nostris iubens accusatores eius ad te uenire, ex quo poteris ipse inquisitione facta, de omnibus istis cognoscere, de quibus nos accusamus eum. adiecerunt autem & Iudæi, dicentes hæc ita se habere. Respondit autẽ Paulus, cũ annuisset ipse præses, ut

dice

diceret: Aequiore animo pro me ipso causſam dico, cum sciã te multis iam annis iudicem fuisse genti huic, qui poßis cognoscere, qd' nõ plures sunt mihi dies, quã duodecim, ex quo ascendi adoraturus Hierosolymã, & neq; in templo cõpererunt me cum aliquo disputantem, aut concursum facientem turbæ, neq; in synagogis, neq; in ciuitate, neq; probare possunt ea de quibus me accusant. Confiteor autẽ hoc tibi, quod iuxta uiam, quam uocant hæresim, sic colo patrium deum, credens omnibus quæ in lege & prophetis scripta sunt, spem habens in deum, fore, quã & hi ipsi expectant, resurrectionem mortuorum, iustorum simul & iniustorum. Qũ in hoc & ipse studeo sine offendiculo conscientiã habere erga deũ & erga homines semper. Post annos autem plures acceßi, eleemosynas exhibiturus in gentẽ meã, & oblatiões, in qbus cõpererũt me purificatũ in tẽplo, haud cum turba, neq; cũ tumultu. Quidã autẽ ex Asia Iudæi, quos oportebat apud te præsto esse & accusare, si quid haberẽt aduersum me, aut hi ipsi dicant, si quid deprehenderunt in me iniquitatis, cum stem in cõcilio, nisi de una hac uoce, qua clamaui inter eos stãs, de resurrectione mortuorũ ego iudicor hodie à uobis. Auditis aũt his, Felix distulit illos, certo sciens quæ ad eam uiam attinebãt dicens: Cum tribunus Lysias descenderit, pernoscã causã uestram. Iußitq; centurioni, ut custodiret Paulũ, sineretq; eũ relaxari, & nc quẽ ex illius familiaribus uetaret submnistrare ei, aut audire eũ. Post aliquot aũt dies cũ aduenisset Felix cũ Drusilla uxore sua, quæ erat Iudæa, accersiuit Paulum & audiuit ab eo fidẽ, quæ est in Christũ. Disputãte aũt illo de iustitia & temperãtia, & de iudicio futuro, tremefactus Felix respondit: In præsentia abi, cæterũ oportunitatẽ nactus accer

ſam te,ſimul & illud ſperans fore ut pecunia ſibi daretur à Paulo ut ſolueret ipſum,propter quod & frequenter accerſens eum,loquebatur cum eo.Biennio autem expleto, accepit ſucceſſorem Felix Portium Feſtum.Volens autẽ gratiam præſtare Iudæis Felix,reliquit Paulum uinctum.

CAPVT. XXV.

FEſtus ergo ſuſcepta prouincia, poſt triduum aſcendit Hieroſolymam ab urbe Cæſarea.Significarũtq; illi principes ſacerdotum,ac primores Iudæorum de Paulo,& rogabant eum poſtulantes fauorem aduerſus eum, ut accerſeret eum Hieroſolymam,inſidias tendentes,ut interficerent eum in uia.Feſtus autem reſpondit,ut ſeruaretur quidem Paulus Cæſareæ,ſe uero breui illò profecturum.Qui ergo inter uos, inquit,potentes ſunt,unà nobiſcum deſcendant,& ſi quod eſt in hoc uiro crimen,accuſent eum. Demoratus autem inter eos diebus ampluus quam decẽ,deſcendit Cæſaream,& poſtero die ſedit pro tribunali,iuſſitq; Paulum adduci.Qui cum perductus eſſet,circũſteterunt eum,qui ab Hieroſolyma deſcenderant Iudæi,multa & grauia crimina intendẽtes aduerſus Paulum,quæ non poterant probare. Paulo proſe reſpondente,quòd neq; in legem Iudæorum, neq; in templum, neq; in Cæſarem quicquam peccaſſet.Feſtus autem uolens gratificari Iudæis,reſpondẽs Paulò dixit:Vis Hieroſolymã aſcendere,& ibi de his iudicari apud me?Dixit autem Paulus: Ad tribunal Cæſaris ſto,ubi me oportet iudicari.Iudæis nullã iniuriam feci,ſicut & tu melius noſti.Si enim nocui, aut dignũ morte aliquid feci,non recuſo mori. Si uero nihil eſt eorum, de quibus hi accuſant me,nemo poteſt me illis donare.Cæſarẽ appello.Tunc Feſtus cũ cõſilio collocutus,reſpondit,Cæſarẽ

farem appellasti? Ad Cæsarem ibis. Et cum dies aliquot trãs acti essent, Agrippa rex & Bernice descenderunt Cæsareã salutari Festum. Et cum dies complures ibi commorarentur, Festus regi retulit causſam Pauli dicens: Vir quidam est relictus à Felice uinctus, de quo cum uenissem Hierosolymam, significarunt mihi principes sacerdotum & seniores Iudæorũ postulantes aduersus illum sententiam. Quibus respondi: nõ est Romanis consuetudo ob gratiam donare aliquem hominem, ut pereat priusquam is qui accusatur, præsentes habeat accusatores, locumq; defendendi accipiat de crimine. Cum ergo huc conuenissent, sine ulla dilatione. sequenti die sedẽs pro tribunali, iussi adduci uirum. De quo cum stetissent accusatores, nullum crimen intendebant super hisce rebus, de quibus ego suspicabar, sed quæstiones quasdam de sua superstitione habebãt aduersus eum, & de quodam IESV defuncto, quem affirmabat Paulus uiuere. Hæsitans autem ego de huiusmodi quæstione, dicebã: num uellet ire Hierosolymam, & ibi iudicari super istis. Paulus aũt cum appellasset, ut seruaretur Augusti cognitioni, iussi seruari eum, donec mittere eum ad Cæsarẽ. Agrippa aũt dixit ad Festum: Volebam & ipse hominẽ audire: Cras, inquit, audies eum. Postero aũt die cũ uenisset Agrippa & Bernice cum multo apparatu, & introissent in auditoriũ cũ tribunis & uiris principalibus ciuitatis, iubente Festo adductus est Paulus. Et dicit Festus: Agrippa rex & oẽs qui simul adestis nobiscũ uiri, uidetis hunc hoiem de quo omnis multitudo Iudæorũ interpellauit me, & Hierosolymis & hic: acclamantes nõ oportere eũ uiuere amplius. Ego uero cõperi nihil dignum morte eũ admisisse. Cæterum cum is ipse appellasset Augustum, statui mittere eum. De quo

quid certum scribam domino, non habeo. Quapropter produxi eum ad uos, & maxime ad te rex Agrippa, ut examinatione facta, habeam quod scribam. Iniquum enim mihi uidetur mittere uinctum, & crimina de quibus accusatur non significare.

CAPVT XXVI

AGrippa uero ad Paulum ait: Permittitur tibi loqui pro temetipso. Tunc Paulus extenta manu pro se dicebat: Super omnibus de quibus accusor à Iudæis, rex Agrippa, existimo me beatum, qui caussam dicturus sim apud te hodie: cum tu maxime sis gnarus earum, quæ apud Iudæos sunt, & consuetudinum, & quæstionum. Quapropter obsecro te, ut patiêter me audias. Itaq; uitam quidem meam, quam egi ab aduleſcentia, quæ ab initio fuit in gente mea Hieroſolymis, nouerunt omnes Iudæi: qui prius nouerant me ab initio, si uelint testimonium ferre, quod secundum exquisitissimã sectã nostræ religionis, uixerim phariſæus. Et nũc fretus spe repromissionis, quæ ad patres nostros facta est à Deo, ſto iudicio subiectus, ad quam duodecim tribus nostræ instãter nocte & die colentes Deum, sperant se peruenturas. De qua spe accusor, rex Agrippa, à Iudæis. Cur incredibile iudicatur apud uos, si Deus mortuos suscitat? Et ego quidem existimabã me aduersus nomen IESV Nazaræni multa repugnando facturum, quod & feci Hieroſolymis. Et multos sanctorũ ego carceribus inclusi, à principibus sacerdotum potestate accepta: & cum occiderentur, detuli sententiam. Et per omnes synagogas frequẽter puniens eos, compellebam blaſphemare, & amplius insaniens in eos, persequebar etiam in exteras usq; ciuitates. Quarum rerum studio cum irem Damaſcum, cum autoritate & pmiſſu principum sacerdotũ: die medio, rex, in

uia

tia uidi è cœlo supra splendorẽ solis circũfulsisse me lumen, et eos qui mecũ faciebãt iter. Cum aũt oẽs nos decidissemus in terrã, audiui uocem loquentẽ ad me, ac dicentẽ Hebraica lingua: Saul: Saul, quid me persequeris? Durũ est tibi contra stimulos calcitrare, Ego aũt dixi: Quis es domine? At ille dixit: Ego sum IESVS quem tu psequeris. Sed exurge & sta sup pedes tuos. Ad hoc enim apparui tibi, ut constituã te ministrum, ac testẽ, & eorum quæ uidisti, & corũ in quibus apparebo tibi: eripiens te à populo & gentibus, in quas nũc te mitto, ut aperias oculos eorũ, ut cõuertantur à tenebris ad lucem, & à potestate satanæ ad Deum: ut accipiant remissionem peccatorum, & sortem inter eos, qui sanctificati sunt per fidem quæ est erga me. Vnde rex Agrippa, nõ fui inobediens cœlesti uisioni: sed his qui sunt Damasci primũ & Hierosolymis, & p oẽm regionẽ Iudææ, deinde & gentibus annunciabã, ut pœnitentiã agerent, & conuerterẽtur ad Deũ, opera facientes digna his qui resipuissent. Hac ex caussa Iudæi me in templo comprehensum tentauerunt interficere. Auxilium igitur nactus Dei, usq; in hodiernum diem sto, testificans tum paruo, tum magno: nihil aliud dicens, quàm ea quæ prophetæ prædixerant futura esse, & Moses, an passurus fuerit Christus, an primus ex resurrectione mortuorum lumen annunciaturus sit populo & gentibus. Hæc autem cum prose diceret, Festus magna uoce ait: Insanis Paule. Multæ te literæ ad insaniam conuertunt. Et Paulus: Non insanio, inquit, optime Feste, sed ueritatis & sobrietatis uerba eloquor. Scit enim de his Rex apud quem & libere loquor. Latere enim eum nihil horum arbitror, Neq; enim hoc in angulo gestum est. Credis rex Agrippa prophe-

tis? Scio quod credis. Agrippa autem ad Paulum ait: Modica ex parte persuades mihi, ut fiam Christianus. Et Paulus ait: Optarim à Deo, non solum modica ex parte, uerumetiam magna, nõ te modo, sed omnes etiam, qui me audiunt hodie, esse tales, qualis ego sum, exceptis uinculis his. Et hæc eo locuto, surrexit rex ac præses, & Bernice, & qui assidebant eis. Et cum secessissent, loquebantur inter se dicentes: Nihil morte aut uinculis dignum facit homo iste. Agrippa autem Festo dixit: Dimitti poterat homo hic, si non appellasset Cæsarem.

CAPVT XXVII.

POstquam autem decretum est, ut nos nauigaremus in Italiam, tradiderunt & Paulum, & quosdam alios uinctos centurioni, nomine Iulio, cohortis Augustæ. Conscensa autem naue Adramyttina, nauigaturi iuxta loca Asiæ, soluimus. perseuerante nobiscum Aristarcho Macedone Thessalonicensi. Sequenti autem die appulimus Sidonem. Et Iulius humaniter tractato Paulo, permisit ut ad amicos profectus, ab illis curaretur. Et inde cum soluissemus, subnauigauimus iuxta Cyprum, propterea quod essent uenti contrarij. Et pelagus quod est contra Ciliciam & Pamphyliam, emensi, peruenimus Myram, quæ est Lyciæ, & ibi nactus centurio nauem Alexandrinam nauigantem in Italiam, imposuit nos in eam. Et cum multis diebus tarde nauigaremus, uixq; deuenissemus contra Gnidum, prohibente nos uento, adnauigauimus Cretæ iuxta Salmonem Et uix præterlegentes illam, peruenimus in locum quendam, qui uocatur pulchri portus, cui uicina erat ciuitas Lasæa. Multo autem tempore peracto, & cum esset iam periculosa nauigatio, ob id quoq; quod iam ultra tem

tra tempus sustinuissent inediã, admonebat eos Paulus, dicẽs eis: Viri uideo q, cum iniuria multoq; damno, non solum one ris & nauis, sed etiam animarum nostrarum futura sit naui= gatio. Centurio autem gubernatori & nauclero magis cre debat, quam his quæ à Paulo dicebantur. Et cum aptus por= tus non esset ad hybernandum, complures cœperunt consi= lium soluendi illinc, si quo modo possent peruecti Phœnicem illic hybernare. Is est portus Cretæ spectans ad Africum & ad Chorum. Aspirante autem Austro, rati se propositi com= potes, cum soluissent Asson, præterlegebant Cretam. Verum haud multo post coortus est contra ipsam uentus Typhoni= cus, qui uocatur Euroaquilo. Cunq; correpta esset nauis, nec posset obniti uento, data naue flatibus, ferebamur. In insulam autem quandam deuecti, quæ uocatur Clauda, uix potuimus obtinere scapham. Qua sublata adiutorijs utebantur, subcin gentes nauem, timentes ne in Syrtim inciderent, demisso ua se, sic ferebantur. Cum autem uehementi tempestate iactare mur, sequenti die iactum fecerunt, ac tertio die nostris ma= nibus armamenta nauis proiecimus. Porrò neq; sole, neq; sy deribus apparentibus ad complures dies, & tempestate non exigua imminente, iam ablata erat spes omnis salutis nostræ. Cum autem multa tam esset inedia, tunc stans Paulus in me= dio eorum, dixit: Oportebat quidem, ó uiri audito me non soluere à Creta, nec accersere nobis iniuriam hanc & ia= cturam. Et nunc hortor, ut bono animo sitis. Iactura enim ani mæ nulla erit ex uobis, sed tantum nauis. Astitit enim mihi hac nocte angelus Dei, cuius sum ego, quem & colo, dicens: Ne timeas Paule, Cæsari te oportet sisti. Et ecce donauit ti= bi Deus omnes qui nauigãt tecum. Propter quod bono ani=

mo estote uiri. Credo enim Deo, quod sic erit, quemadmodum dictum est mihi. In insulam aũt quãdam oportet nos eijci. Sed posteaquam quartadecima nox superuenit, nauigantibus nobis in Adria circa medium noctis, suspicabantur nautæ apparere sibi aliquam regionem. Qui & demissa bolide, repererunt passus uiginti, ac pusillum inde digressi, rursumq; demissa bolide, repererunt passus quindecim. Timentesq;, ne in aspera loca inciderent, de puppi iactis ancoris quatuor, optabant diem oriri. Nautis uero quærentibus fugere è naui, cum demisissent scapham in mare, sub prætextu uelut è prora ancoras excensuri, dixit Paulus centurioni & militibus: Nisi hi in naui manserint, uos salui fieri non potestis. Tunc absciderunt milites funes scaphæ, & passi sunt eam excidere. Et cum dies inciperet apparere, hortabatur Paulus omnes sumere cibum, dicens: Dies hic decimusquartus est, quod expectantes ieiuni permanetis, nihil accipientes, propter quod hortor uos, ut sumatis cibum, hoc enim ad salutem uestram pertinet, quia nullius uestrum capillus de capite cadet. Et cum hæc dixisset sumpto pane, gratias egit Deo in conspectu omnium, & cum fregisset, cœpit edere. Porrò animis iam recreatis omnium, sumpserunt & ipsi cibum. Eramus uero uniuersæ animæ in naui ducentæ septuaginta sex. Et satiati cibo, alleuabant nauem, eijcientes triticum in mare. Cum autem dies esset, terram non agnoscebant, sinum uero quendam animaduerterunt, habentem littus, in quod cogitabant, si possent, impingere nauem. Et cum ancoras sustulissent, committebant se mari, simul laxatis iuncturis gubernaculorum, & sublato artemone ad auræ flatum, tendebant ad littus. Et cum incidissent in locum bimarem, impegerunt

gerunt nauem. Ac prora quidem infixa manebat immo-
bilis, puppis uero soluebatur à ui undarum. Militum autem
consilium erat ut uinctos occiderent, ne quis cum enatasset
effugeret. At centurio uolens seruare Paulum, conpescuit
eos à consilio, iussitq;, ut qui possent natare, abijcerẽt se pri-
mos, & in terram euaderent, cæteriq; partim in tabulis, par-
tim in quibusdam nauis fragmentis. Et sic factum est ut om-
nes incolumes euaderent in terram.

CAPVT XXVIII.

ET cum euasissent, tunc cognouerunt, quod Melite in-
sula uocaretur. Barbari uero præstabant non uulga-
rem humanitatem nobis. Accensa enim pyra, recipiebant
nos omnes propter hymbrem qui imminebat, & propter
frigus. Cum congregasset autem Paulus sarmentorum mul-
titudinem, & imposuisset in ignem, uipera è calore pro re-
pens, inuasit manum eius. Vt uero uiderunt Barbari penden
tem bestiam de manu eius, inter se dicebant: Omnino ho-
micida est homo hic, quem seruatum è mari ultio nõ sinit ui-
uere. Et ille quidẽ excussa uipera in ignem, mali nihil passus
est. At illi existimabant futurum, ut incenderetur, aut conci
deret repente mortuus. Diu autem illis expectantibus, & in
tuentibus nihil mali illi accidere, mutata mente dicebant eũ
esse deum. In locis aũt illis erant prædia primati insulæ, nomi
ne Publio, qui nos exceptos, triduo benigne tractauit hospi-
tio. Contigit autem patrem Publij febribus, ac dysenteria
uexatum decumbere. Ad quem Paulus intrauit, & cum ora s
set, imposuissetq; ei manus, sanauit eum. Hoc igitur facto cæ
teri quoq; qui habebant infirmitates in insula, accedebant

& sana

& sanabantur, qui etiam multis honoribus nos honorauerunt, & soluentibus imposuerunt, quæ necessaria erant. Post menses autem tres nauigauimus in naui Alexandrina, quæ in insula hyemauerat, cui erat insigne Castor & Pollux: Et cũ uenissemus Syracusas, mansimus triduo. Inde circumlegentes deuenimus Rhegium, & post unum diem afflante Austro postridie uenimus Puteolos, ubi repertis fratribus, rogati sumus manere apud eos dies septem, & sic uenimus Romam. Et inde cum audissent fratres de nobis, prodierunt in occursum nobis usq; ad Appij forum ac tres tabernas. Quos cum uidisset Paulus, gratijs actis deo, sumpsit fiduciam. Cum autem uenissemus Romam, centurio tradidit uinctos principi exercitus. Permissum est autem Paulo ut maneret solus cum custodiente se milite. Post tertium autem diem conuocauit Paulus Iudæorum primores. Cumq; uenissent, dicebat eis: Ego, uiri fratres, cum nihil fecerim aduersus plebem, aut instituta maiorũ, uinctus ab Hierosolymis tradutus sum in manus Romanorum, qui cum examinassent, uoluerunt me dimittere, eò quod nulla esset caussa mortis in me. Sed cõtradicentibus Iudæis, coactus sum appellare Cæsarem, non quasi habeam de quo gentem meam accusem. Propter hanc igitur caussam aduocaui uos, ut uiderem & alloquerer, propter spem enim Israëlis catena hac circundatus sum. At illi dixerunt ad eum: Nos neq; literas accepimus de te à Iudæa, neq; adueniens aliquis fratrum nunciauit, aut locutus est aliquid de te mali. Volumus autem ex te audire quæ sentias. Nam de secta ista notum est nobis, quod ubiq; et contradicitur. Cum constituissent autem illi diem, uenerunt ad eum in hospitium complures, quibus exponebat testificans regnum Dei,

suadensq;

suadens q; eis de IESV ex lege Mosi & prophetis, à mane usq; ad uesperam, & quidam credebant his quæ dicebantur, quidam uero non credebant. Cumq; inter se nõ essent cõcordes, discedebant, ubi dixisset Paulus unum uerbum: Bene spiritus sanctus locutus est per Esaiam prophetam ad patres Esa. 6.
nostros dicens: Vade ad populum istum, & dic: Auribus audietis & non intelligetis, & uidentes uidebitis, & non perspicietis. Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos compresserunt, ne quando uideant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & sanem eos. Notum ergo sit uobis, quod gentibus missum est hoc salutare Dei, & ipsi audient. Et cum hæc dixisset, exierunt ab eo Iudæi, multam habentes inter se disceptationem. Mansit autem Paulus biennio toto in suo conducto: & suscipiebat omnes qui ingrediebantur ad ipsum, prædicans regnum Dei, ac docens quæ sunt de domino IESV cum omni fiducia, nemine prohibente.

ACTVVM APOSTOLORVM FINIS



EPISTO:

LAE APOSTOLICAE,

PAVLI

IACOBI

PETRI

IOHANNIS ET

IVDAE.

Item apocalypsis Iohānis Theolog

Epistola Des. Erasmi, de philosophia Euangelica.

IN EPISTO
LAM AD ROMANOS AR= GVMENTVM PER ERASMVM ROTER.

AM QVO RES SIT DILVCIDI or argumentum epistolæ paucis expli candũ. Atq; ut exordiar ab ipso noīe quanquã me nõ fugit Hieronymũ in commentarijs, quos scripsit in epistolam ad Philemonẽ, in hac esse sententia ut existimet Apostolũ prius uocatũ Saulum, Pauli uero cognomen ceu trophæũ usurpasse à Sergio Paulo proconsule, quẽ CHRISTO lucrifecit, quẽadmodum legimus in Actis apostolorũ cap. 13. Rursus alios esse, quibus placeat in Iudaismo dictũ Saulum, mutata religione sĩmul & nomẽ mutasse, Sed alterã opinionẽ minus probabilẽ facit, quod Lucas hoc ipso, qd' modo citauimus, capite scribit: Saulus qui & paulus, repletus spiritusãcto, haud obscure declarans eũ binominẽ fuisse priusquã Sergius Paulus esset cõuersus. Alterã planè refellit, quod cũ alijs aliquod locis, tũ in eodẽ capite Saulus dicitur iã Christi prædicans Euangeliũ Dixit illis spirituſsanctus: Segregate mihi Saulũ et Barnabã. Proinde mihi uero propior uidetur Origenis opinio quẽadmodũ in ueteris instrumenti libris aliquot comperimus diuer Binomi= sis nominibus notatos, uelut Idida dictũ, qui aliâs uocatus est nes in sa= Salomon & Oziam alicubi dictũ, qui alibi sit Azarias: Item cris literis. in euangelicis literis, Lucæ dictũ Leui, qui se in suo Euangelio Mat

Universitäts- München Bibliothek

lio Matthæũ nominat, ita Paulo geminũ fuisse uocabulũ, quã quã ipse in suis epistolis se nunquã Saulũ appellat, Sed ubiq; Paulũ fortassis ob id quod Pauli uocabulũ Græcorũ ac Romanorũ, ad quos scribebat, auribus esset familiarius. Saulus enĩ sic à Saul hebræa uoce deflexũ apparet, ut Græci à Ioseph Iosephũ deflexerũt Paulus aũt Hebræis sonat mirabilẽ, si tamẽ ferendũ putamus Romanæ seu Græcanicæ uocis etymologiã è pegrina lingua peti. Quod tamẽ Hieronymus cũ alicubi in alijs reprehẽdat, hic sibi permittit, opinor, ut in re nõ admodũ seria. Certe Græcis sonat quietũ, Latinis pusillũ. Saul Hæbræis sonat postulatũ, et si Ambrosio credimus, inquietudinẽ siue tentationẽ. Atq; hæc quidẽ de ratione nominis, ut in argumento penè plus satis. Cæterũ dictauit hanc epistolam, excipiẽte Tertio, quod is quoq; in calce epistolæ testatur adijciens: Saluto uos ego Tertius, qui scripsi epistolã in domino. Missam apparet è Corintho, per phœben fœminã Cẽchreensem. Est autẽ Cenchreæ portus Corinthiorũ, haud procul ab urbe dissitus. Quod si tempus quoq; requiratur, scriptam apparet post utrãq; ad Corinthios epistolã (unde putant in hac absolutæ iã & cõfirmatæ pietatis argumẽta potissimum elucere) id temporis cũ pagrata iã Achaia, in qua Corinthus est, & huic finitima Macedonia, usq; ad illiricũ, ac nõ solũ prædicato ubiq; Christi euangelio, in his dũtaxat locis, in quibus aliorũ apostolorũ nemo prædicauerat, uerũetiam iuxta Petri monita collecta à suis aliquãta pecunia, in subsidiũ pauperũ, adornaret iter Hierosolymã, ut exhibito quod acceperat, illunc proficisceretur in Hispaniã, Roma iter facturus, atq; illic obuter salutaturus Christianos, de quorũ fide ac religione audierat, cũ ipsos nondũ uidisset. Acciderat enĩ illis diuersũ qd

Etymologiã nõ recte peti ex aliena lingua.

Scriba.

locus.

tempus.

Argumentum epistolæ.

dã atq; Galatis. Siquidẽ hi primũ recte à Paulo instituti, post ea fraude pseudapostolorũ circũuenti sunt, & retracti in Iudaismũ. Contra Romani, primũ male instituti à pseudapostolis, simul atq; pro sua prudẽtia senserãt fraudẽ, respuerũt, et in eo quod rectũ esse cognouerũt, perseuerabãt. Nã in ecclesiæ nascẽtis primordijs erãt, q̃ existimarẽt, euangelij gratiã, quoniã Abrahæ posteris, & Iudaicæ genti peculiariter promissa uidebatur, nõ esse propagandã in prophanas gẽtes, et simulachrorũ ac dæmonũ cultui deditas. In qua sententia & Petrũ apparet fuisse, qui uiso monẽdus erat. ut Cornelĩũ Cẽturionẽ admitteret, quo noĩe mox illi exhibitum est negociũ Hierosolymis expostulãtibus his, qui ex Iudaismo conuersi fuerant ad Christũ, q̃ cũ in circuncisis habuisset cõmerciũ, atq; in his probabile est & apostolos aliquot fuisse. Sic enim legimus in Actis cap. 11. Audierunt autẽ Apostoli & fratres q̃ erant in Iudæa, quoniã & gentes receperũt uerbum Dei. Cũ autem ascendisset Petrus Hierosolymã, disceptabant aduersus illum qui erant ex circũcisione, dicentes: quare introisti ad uiros præputium habentes, & manducasti cum illis? Erant rursus, qui licet non existimarẽt gentes prorsus arcendas ab Euangelij cõsortio, nõ admittendas tamẽ ducebant, nisi circũciderentur ritu Iudaico, perinde quasi Christus egeret aliquo legis Mosaicæ, simul ut Euangelij gloriã in suam gentem transferrent. Et in actis apostolorũ cap. 11. proditum est eos, qui ob persecutionẽ, quæ acccidit à morte Stephani, profugerant in Phœnicẽ in Cyprũ & in Antiochiã, nemini prædicasse Christum nisi solis Iudæis. Rursus cap. 15. quidam Iudæi ueniunt Antiochiã, palàm aduersus Paulum & Barnabã prædicãtes, nõ esse sp̃ẽ salutis, nisi iuxta Moysi præscriptum circunci

Opinio a postolorũ in initio.

circunciderentur, tantusq; tumultus per hos concitatus est, ut coacto cõcilio decretum sit, ut Paulus & Barnabas unà cũ aduersarijs Hierosolymã irent, & lis Apostolorũ ac seniorũ arbitrio componeretur. Atq; illic rursum acriter obnitẽtibus nonnullis, præsertim factiõis pharisaicæ Christianis, cuius fuerat & Paulus, coacta est synodus apostolorũ, & seniorũ: ac Petri Iacobiq; autoritate decretũ est, ne gẽtes onerarẽtur lege Mosaica, tantũ temperarẽt ab esu suffocati animãtis, à sanguine, à carnibus simulachro immolatis, & à stupris: quod tamẽ pro ratione temporũ iuincibili Iudæorũ superstitioni datum esse, uel illud argumento est, quod tria illa tam olim uidemus esse sublata, ac prorsus aboluta. Ex eodẽ fonte nata est illa Pauli cũ Petro cõcertatio Antiochiæ, cũ gẽtiũ apostolus cernens suos ob Petri simulationem periclitari, palàm illũ rẽ darguit, quẽadmodũ refert ipse in epistola ad Galatas cap. 2. Rursum Hierosolymis autore Iacobo, quo purgaret iã inter Iudæos sparsũ rumorẽ, qd' retrahere uideretur à lege Mosaica, cum cæteris caluicium induxit capiti: & iuxta ritũ Iudaicũ purgatus, munus obtulit in tẽplo, sicuti refert Lucas Actorum cap. 21. Quo quidẽ ex loco uidetur Iacobus, tametsi gentes prius onere legis Mosaicæ propemodũ liberasset, esse tamẽ in hac sentẽtia, ut putaret à Iudæis exigendã esse legis obseruationẽ: uel in hoc ut placarẽtur ij, qui nondũ sic profecerant in euangelica ueritate, ut possent omnino patrios ritus contẽnere. Sic enim loquitur Iacobus: Et scient omnes, quia quæ de te audierũt, falsa sunt: sed ambulas & ipse custodiens legẽ. Nec alia de caussa, opinor, totondit caput ex uoto Cenchræis cap. 18. Cõsimili necessitate circũcidit Timotheũ ca. 16. cũ esset matre quidẽ Iudæa natus, sed patre Ethnico. Tan-

Iudaicæ gentis pertinacia.

tæ molis erat ex Iudæo facere Christianũ. Est enĩ ei genti peculiaris quædã ptinacia, nec ulla fuit unq̃ suæ religionis tenacior, ut eleganter docet Ioſephus in Apologia Iudaicarũ antiquitatum. Ad hæc ut Iudæorũ natio tum oĩbus orbis nationibus erat peculiariter inuisa, ita uiciſsim omnes execrabantur illi, ceu impuros, prophanos & impios: adeo ut nec congreſſu dignarentur, & templum suũ pollui crederent, ſi quis fortè incircunciſus eſſet ingreſſus. Tantum erat præciſæ pelliculæ ſuperciliũ. Cum igitur ſpes non eſſet fore, ut Græci Romaniq; legem inuiſam reciperent, & incredibili pertinacia reclamarent Iudæi, Paulus intelligens periculum eſſe, ne tam exitiabili diſsidio magna ex parte periret Euangelij fructus & CHRISTI gloria Moſaici noĩs obſcuraretur admixtu, hoc in primis agit ubiq;, ut legis ceremonias abroget, atq; antiquet, omnemq; ſalutis adipiſcendæ fiduciam in unum CHRISTVM transferat. Sicut autem Galatas acriter, ſed tamen amanter obiurgat, quod eſsent in Iudaiſmum adducti ita Romanos præmunit & inſtruit, ne à pſeudapoſtolis, quos ſciebat nuſquam ceſsare: illaqueentur incauti, ſed ĩ recta doctrina quam amplecti cœpiſsent, perſiſterent. Erat enim Romæ ingens Iudæorum numerus, ſiue illuc à Pompeio translatus, ſiue quod iam Romanorum eſſet prouincia Iudæa, quorum ſuperſtitio crebro & apud Iuuenalẽ atq; Horatium & apud Senecam notatur. Cum quibus & Paulo multum negocij fuiſſe, poſteaquam Romam peruenisset, teſtatur extremum caput Actorum apoſtolicorum, ac miro conſilio ſingularis artifex in hac epiſtola ſermonem temperat inter Iudæos & Gentes, dum ſtudet omneis omnibus modis ad Chriſtum pellicere: neq; uult, ſi fieri poſsit, quenquam omnino mortalium

lium perire ſuo duci, cui militabat: itaq; nunc hos obiurgat, nunc illos, nunc rurſus erigit, ac ſubleuat. Gentium ſuperci- lium deprimit: oſtendens nihil illis profuiſſe, neq; naturæ le- gem, neq; philoſophiam, cuius profeßione tumebant, quo mi- nus in omne ſcelerum dedecus prolaberentur. Rurſum Iu- dæorum arrogantiã coërcet, qui legis fiducia perdidiſſent id quod erat totius legis caput, fidem in Chriſtum IESVM, do cens legis ceremonias antiquatas eſſe iam coruſcante Chriſti Euangelio, quem legis umbræ deliniarãt, abrogata tam ocia ſabbatorum, circunciſiõis iniuriam, Calendarũ recurſus, ter quotannis redeũtes ferias, delectum ciborũ, in ſingulos dies iterum ſordidanda lauacra, pecudum innoxiarum lanienã, templi religionem aßiduis inquinati cædibus. Has rerũ um- bras emicante luce ueritatis euaneſcere: Veros eſſe filios Abrahæ, q fidẽ Abrahæ referrẽt: uere Iudæos eſſe, q Chriſtum pfiterentur: uere circunciſos, qui mentẽ haberẽt à fœdis cu- piditatibus repurgatam. Veram iuſticiam ac pfectam ſalutẽ citra legis auxilia, per Euangelium ac ſolam fidẽ in Chriſto conferri ex æquo oĩbus: licet ea ſalus peculiariter olim eſſet promiſſa Iudæis: ſed ita his promiſſa, ut prophetæ nõ tacue- rint fore, ut illis reijciẽtibus ad gẽtes prædicatio Chriſti pro pagaretur. Per legẽ Moſaicã uerã iuſticiam nulli cõtingere: ſed p fidẽ. idq; docet: tum exẽplo Abrahæ, tum uarijs ipſius legis teſtimonijs. Et ad eum modũ detracto utriſq; ſupcilio, adempta utriſq; fiducia ſui, oẽs æquat in negocio fidei euan- gelicæ, ita gratulans ſaluti gentium, ut ſuæ gentis cæcitatẽ pa terno deploret affectu, licet illam ubiq; ptinaciſſime infen- ſam experiretur. atq; id per ſe durũ, ita mitigat, ut dicat nec omnes excæcatos, & fore ut aliquando reſipiſcat Iudæorum

Summa doctrinæ Paulinæ

Ceremo niæ.

natio, fide gentium prouocata. Atq; hic obiter uaria multiplexq; doctrina de præfinitis, siue prædestinatis, de præscitis de uocatis, de gratia & merito, de libero arbitrio, de diuino consilio nobis inscrutabili, de lege naturæ, de lege Mosi, de lege peccati. Varij itē allegoriarum fontes, dum duos facit Adam: alterū, quo nascimur iuxta carnē mortales: alterum, quo renascimur immortales futuri. Duos hoīes, internū & externum: internū spiritui & rationi parentē, externum cupiditatibus & affectibus obnoxium: quorū priorē aliquādo spūm appellat posteriorē iterim corpus, siue mēbra: interim carnē, aliquoties legē peccati uocat. Duplicē mortē, corpis & animi, & tertiā qua morimur peccato & peccandi affectibus. Triplicē itē uitā, qua uiuimus corpe, qua aīo, & qua uiuimus iusticiæ & peccato. Duplicē seruitutē, aut libertatē, qua uicißim uel innocentiæ seruimus, emancipati à peccatis uel peccatis seruimus liberi à iusticia. Duplicē Iudaismū, duplicē circuncisionem: geminos posteros Abrahæ: duas partes legis Mosaicæ, carnalē, ueluti corpus, spiritualē, uelut aīmā legis. Duplicē baptismū, quo primū abluimur à peccatis pristinis sacro lauacro, & quo Christo cōmorimur, abdicatis mundi affectibus. Duplicē sepulturā, corporalem, qua triduo sepultus est Christus, & spiritualē, qua nos semoti à mundi uitijs, requiescimus in illo. Duplicem resurrectionē, alteram quæ præcesßit in Christo, in nobis secutura, alterā qua nos à peccatis pristinis rediuiui, progredimur à uirtute ad uirtutē, hac parte quoad licet futurā immortalitatē meditantes. Duplicem iusticiā, dei & hoīm. Duplex iudicium, dei & hoīm: Duplicem gloriam siue laudem apud deū & apud homines. His dissertis, transit ad locū moralē, in primis adhortans ad

Fōtes allegoriarū.

Moralis locus.

mutuam

mutuam concordiã, exemplo membrorũ corporis. Et quoniã pax constare nõ põt, ubi fastus est aut liuor, obsecrat, ut obse quijs mutuis mutuũ amorẽ alant soueantq;. Romanos, ut Iudæorum infirmitatẽ ex diutina legis assuetudie relicta, ferãt: Contra Iudæos, ne gentibus in euangelij consortium ascitis inuideant, sed illorũ fidem ac libertatẽ potius æmulentur, & cum idem sit oĩum Deus, idẽ Christus, eadẽ gratia, idẽ præmium, oès in unũ corpus coalescant, neq; quisquã sibi arroget quicq;, sed si qua dote præcellat, aliquis, eã ad fratris opẽ accõmodet. Atq; hũc locũ uarie tractat, docẽs, quales se præstare debeãt erga Iudæos ĩcredulos, quales erga Christianos superstitiosiores, siue, ut ipse uocat infirmos, quales erga superiores, quales erga inferiores, quales erga pares, quales erga principes ac magistratus ethnicos, sed suo utcũq; fungentes officio, quales in prosperis, quales in aduersis. Deinde rursum laude Romanorũ, mitigat admonitionis acerbitatem, & suam apud illos autoritatẽ cõmendat, cõmemorans quanto plus cæteris promouerit in euangelio Christi, declarat quanta teneatur illos uidendi cupiditate, & spem facit sui aduentus, cur eum differre cogatur, aperit, laudans spontaneã Macedonum & Corinthiorũ in pauperes sanctos liberalitatẽ, tacite ac uerecunde Romanos ad æmulandũ prouocans. Caput extremũ penè totum occupat salutationibus, non frigide congestis multorũ noĩbus, sed mire suo cuiq; addito elogio. Postremo, quoniã penitus nouerat & pseudapostolorũ improbam uersutiã, & Romanorũ simplicitatẽ, ac facilitatem, admonet etiam atq; etiã caueant ne illorum blanditoquentia fallantur. Quanq; aũt horum pleraq; peculiarius ad eam pertinent ætatẽ, in qua rudis adhuc paulatim suppullulabat ec-

Salutationes Pauli.

cleſia, Iudæis & Gentibus admixta, ac principibus ethnicis obnoxia, tamen nihil eſt, unde non ad hæc quoq; tempora ſalutaris aliquid doctrinæ poſſit accommodari, ucluti de fugienda ſuperſtitione, quæ diſidiorum eſt ſeminarium, & ſic habet ſpeciem pietatis, ut nihil ſit ueræ pietati aduerſius, de ſtulta fiducia philoſophiæ mundanæ, de fiducia noſtrorum operum, de negligendis his quæ ad ceremonias pertinent, quo magis ad ea quæ ueræ ſunt pietatis proficiamus, de merito fidei, de uitando faſtu, de toleranda alicubi minus eruditorum aut ſuperſtitioſiorum imbecillitate, de mutuis obſequijs alenda concordia, de ferendis aliquouſq; malis principibus & impijs epiſcopis, ne turbetur ordo ſtatus publici, de maleſactis beneficentia ſuperandis, de non iudicando quod ad te non pertineat, de commode interpretando quicquid recto animo fieri poteſt, de cauenda inſidioſa blandiloquentia, alijſq; id genus rebus, in quibus hodieq; communis hominum uita uerſatur. Sed utilitatem huius epiſtolæ æquat ac penè ſuperat difficultas, idq; mihi tribus potiſſimum de cauſſis accidere uidetur, ſiue quod non alibi ſermonis ordo confuſior. nuſquàm oratio hyperbatis magis hiulca, nuſquam anantapodotis crebrius inabſoluta, quod ſubinde quæritur inter pres Origenes in huiuſmodi difficultatibus paſſim luctans, ac laborans. Quod utrum interpreti aut ſcribæ Tertio ſit tribuendum, an ipſi Paulo, aliorum eſto iudicium. Ipſe ſanè agnoſcit ſermonis imperitiam, licet rerum inſcitiam deprecetur. Rurſus adeo non affectauit orationem arte humana compoſitam, ut eam ſibi fugiendam etiam duxerit, ne quid hinc decederet gloriæ crucis, atq; ob id Origenes exiſtimat ſuperuacaneũ eſſe ſermonis cõpoſitionem in eo requirere.

Difficultas epiſtolæ ad Rom.

Pauli ſermo incompoſitus

Hiero

Hieronymus aliâs illi uindicat orationis artificium, aliâs adimit, ingenue confitens è corrupto Cilicum sermone nõnihil traxisse uicij. Augustinus etiã rhetorũ ornamenta floscul osq; ex huius depromit epistolis. Quin & in actis dux uerbi est, & in epistola ad Corinthios priore, supra cæteros omnes linguis loquitur. Quamuis enĩ, ut testatur Hieronymus, id temporis totus oriens Græce loqueretur, tamen ut consentaneũ est, apud Celtas non eandẽ fuisse Romani sermonis castimoniam, quæ fuit Romæ: ita uerisimile est, nõ parum interfuisse inter Cilicem Græce loquentem, & Atticum. Ad hæc orationis incommoda accessit Hebraismus, cuius idiomata passim refert, ita Græce loquens, ut nihilo setius interim Hebræum agnoscas. Alteram difficultatis caussam arbitror, quod ob rerum inexplicabilium obscuritatẽ, nõ alia sit crebrioribus impedita salebris, aut altioribus interrupta uoraginibus, adeo ut ipse relicto quod instituerat, exclamare cogatur: O altitudo diuitiarum. Quid quod quædam mysteria prudens sic attingit, ut ceu per transennam duntaxat ostendat, pro temporum illorum ratione, proq; captu eorum quibus scribit, orationẽ attemperans. Nouerat & uiderat ille quædam, quæ nephas esset homini loqui, & nouit quatenus esset opus lacte, quatenus cibo solido. Sciebat ætatum in Christo gradus, & quid cui foret adhibendum. Hoc consilio Petrus Apostolus apud rudem concionem uerba facturus de Christo, uirum eum nominat, Deum tacet. Tertiam, opinor, crebram ac subitam personarum mutationẽ, dum nunc Iudæos, nunc gentes, nunc utrinq;: mõ credentes, mõ incredulos, respicit: aliâs infirmi, aliâs firmi: interim pij, interim impij, psonam sustinet. Quibus fit, ut lector uelut in labyrinthis ac Mæandris

quibusdam

quibusdam inextricabilibus oberrans, nec unde sit ingressus, satis uideat, nec quâ sit exitus. Vt mihi nõ minus uere quàm eleganter Origenes Paulum adsimilem faciat ei, qui hospitem in opulentissimi cuiuspiam principis palatium inducat, diuersis uiarum ambagibus, & conclauium secessibus perplexum. Quædam autem procul ostendat, ex ditissimo opum thesauro, quædam propius admoueat, quædam uideri nolit. Sæpe interim per aliud ingressus ostium aliunde exeat, ut hospes ipse miretur unde uenerit, ubi sit, aut quâ sit exeundum. Agnouit hoc & Petrus Apostolus in epistola secunda, testãs esse in Paulinis epistolis, quædam intellectu difficilia, quæ parum eruditi, parumq; firmi deprauarent ad suam perniciem. Nos difficultates has pro uirili conati sumus amoliri, nisi quod quædam Paulinæ linguæ adeo peculiaria sunt, ut aliquoties mutari non queant: uelut hæc, fides, gratia, corpus, caro, membra, spiritus, mẽs, sensus, ædificare, aliaq; huius generis. Quæ ut prorsus mutari non debuerunt, ita quoad licuit, emollire studuimus. Sed iã ipsum audiamus Romanis romane, imò omnibus crassius & explanatius loquentem.

Epistolæ

EPISTOLAE
PAVLI APOSTOLI, DE-
nuo recognitæ per Erasmum
Roterodamum.

EPISTOLA PAVLI APO-
stoli ad Romanos. Cap. I.

AVLVS SERVVS IESV Christi, uocatus ad munus apostolicum, segregatus in Euangelium Dei, quod ante promiserat per prophetas suos, in scripturis sanctis de filio suo, qui genitus fuit ex semine Dauid, secundum carnem, qui declaratus fuit filius Dei cum potẽtia, secundum spiritum sanctificationis, ex eo quod resurrexit è mortuis IESVS Christus dominus noster, per quem accepimus gratiam ac muneris apostolici functionem, ut obediatur fidei inter omnes gentes, super ipsius noĩe, quorum de numero estis & uos, uocati IESV Christi. Omnibus qui Romæ estis dilectis Dei, uocatis sanctis, gratia uobis & pax à Deo patre nostro & domino IESV Christo. Primũ quidẽ gratias ago deo meo p IESVM Christum, sup oĩbus uobis, q̃ fides uestra annunciatur in toto mundo. ✠ Testis enĩ mihi est deus, quẽ colo spiritu meo, in euangelio filij ipsius, qd' indesinẽter mentionẽ uestri faciã, semp in precibus meis orãs, si quo modo tandem aliquando prosperum iter contingat, uolente deo, ut ueniam ad uos. Desidero enim uidere uos, ut aliquod

Vocatis sanctis

2. Timo. 1.

aliquod impertiar uobis donum ſpirituale, quo cõfirmemini hoc eſt, ut cõmunem capiam conſolationẽ in uobis, p mutuã fidem ueſtram, ſimul & meam. Nolo aũt uos ignorare fratres, quod ſæpe propoſuerã uenire ad uos, licet præpeditus fuerim ad hunc uſq; diem, quo fructum aliquẽ haberẽ inter uos quoq;, quemadmodũ & inter reliquas gentes. Græcis ſimul & Barbaris, eruditis pariter ac rudibus, debitor ſum: ita quantum in me eſt, paratus ſum uobis quoq; qui Romæ eſtis euangelizare. Non enim me pudet euangelij Chriſti. Potẽtia ſiquidem eſt Dei, ad ſalutẽ omni credẽti, Iudæo primũ ſimul & Græco. Iuſtitia enim Dei p illud patefit ex fide in fidem. Sicuti ſcriptum eſt: ✠ Iuſtus aũt ex fide uicturus eſt, Palàm fit enim ira Dei de cœlo, aduerſus oẽm impietatem, & iniuſticiam hoĩm, qui ueritatem in iniuſticia detinent, propterea quod id quod de Deo cognoſci poteſt, manifeſtum eſt in illis. Deus enim illis patefecit. Siquidẽ quæ ſunt inuiſibilia illius, ex creatione mundi, dum p opera intelligũtur, peruidentur, ipſaq; æterna eius potẽtia ac diuinitas, in hoc, ut ſint inexcuſabiles, propterea quod cum Deum cognouerint, non ut deũ gl'orificauerunt, neq; grati fuerunt, ſed fruſtrati ſunt p cogitationes ſuas, & obtenebratum eſt inſciens cor eorum. Cũ ſe crederent eſſe ſapiẽtes, ſtulti facti ſunt, mutauerunt q; gloriã immortalis dei, p imaginẽ, non ſolum ad mortalis hoĩs ſimilitudinem efficiam, uerumetiam uolatilium & quadrupedum & reptilium. Quapropter tradidit illos Deus p cupiditates cordium ſuorum, in immunditiã, ut ignominia afficiant corpora ſua inter ſe mutuo, qui cõmutarunt ueritatem eius mendacio, & uenerati ſunt, coluerunt q; ea quæ condita ſunt, ſupra eum qui condidit, qui eſt laudandus in ſæcula amen.

Abac. 2.

Quamobrem

Quamobrem tradidit eos deus in cupiditates ignominio
sas. Nam & fœminæ illorum mutauerũt naturalem usum, in
eum qui est præter naturã. Similiterq; & masculi, relicto na
turali usu fœminæ, exarserunt p appetentiam sui, alius in aliũ
masculi in masculos fœditatem ppetrantes, & præmium qd'
oportuit, erroris sui in sese recipientes. Et quemadmodũ nõ
probauerunt ut Deum agnoscerẽt, ita tradidit eos Deus in re
probã mentẽ, ut facerẽt quæ nõ cõueniebat, repleti omni in=
iusticia, scortatione, uersutia, auaritia, malicia, pleni inuidia,
cæde, cõtentione, dolo, malis præditi moribus, susurrones, ob
trectatores, Dei osores, cõtumelioſi, elati, glorioſi, excogitato
res malorũ, parentibus ĩmorigeri, expertes intelligentiæ, pa
ctorum haud quaq; tenaces, alieni à charitatis affectu, nescij
fœderis, ĩmiſericordes. Qui cũ Dei iusticiã nouerint, nẽpe q,
ij qui talia faciunt, digni sint morte, nõ solum ea faciunt, uerũ
etiam assentiuntur ijs, qui faciunt.

CAPVT II.

Quapropter inexcusabilis es ó homo, quisqs es q iudi=
cas. ✶ Nam hoc ipso qd' iudicas alterũ, teipsum con= Matth. 7.
demnas. Eadem enĩ facis tu, qui iudicas. Scimus
aũt, qd' iudiciũ Dei est secundũ ueritatẽ, aduersus eos q talia
agunt. Cogitas aũt hoc ó homo, q iudicas eos q talia faciunt,
& facis eadẽ, qd' tu suffugies iudicium dei? Aut diuitias bo=
nitatis illius ac tolerantiæ, lenitatisq; contẽnis, ignorãs, quod
bonitas dei ad pœnitentiã te inuitat? Sed iuxta duritiã tuam
& cor pœnitere nesciũ, colligis tibijpsi iram in die iræ, quo
patefiet iustũ iudiciũ Dei, qui redditurus est unicuiq; iuxta fa
cta sua: his qdem q pseuerantes in benefaciendo, gloriam &
honorẽ & immortalitatẽ quærunt, uitam æternam: his uero
qui sunt contentioſi, & qui ueritati quidem nõ obtemperãt,

sed

ſed obtemperant iniuſticiæ, uentura eſt indignatio, & ira, afflictio & anxietas, aduerſus oẽm animam hoïs ppetrantis malum, Iudæi primũ, ſimul & Græci. Gloria uero & honor & pax, omni operanti bonũ, Iudæo primũ ſimul & Græco.

Epheſ.6. * Non. n. eſt pſonarum reſpectus apud deũ. Quicũq; enim ſine lege peccauerunt, ſine lege & peribunt, & quicunq; in lege peccauerunt, p legem iudicabuntur. Non enim qui audiunt legem, iuſti ſunt apud deum, ſed qui legẽ factis exprimũt, iuſti habebuntur. Nam cum gentes quæ legem non habẽt, natura quæ legis ſunt fecerint, eæ legem non habentes, ſibijpſis ſunt lex, qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, ſimul attẽſtante illorũ cõſcientia, & cogitationibus inter ſe accuſantibus, aut etiã excuſantibus, in eo die, cum iudicabit dominus occulta hoïum, iuxta Euangeliũ meum per IESVM Chriſtum. Ecce tu Iudæus cognominaris, & acquieſcis in lege, & gloriaris in deo, & noſti uoluntatẽ, ac probas eximia, inſtitutus ex lege, confidisq; teipſum ducẽ eſſe cæcorũ, lumẽ in tenebris uerſantium, eruditorẽ inſipientium, doctorem imperitorũ, habentem formã cognitionis ac ueritatis p legem. Qui igitur doces alium, teipſum nõ doces: qui prædicas non furandum, furaris: qui dicis nõ adulterandũ, adulteriũ cõmittis: qui execraris ſimulacra, ſacrilegium admittis: qui de lege gloriaris, per legis tranſgreßionem Deum dehoneſtas. Nam nomen Dei propter uos male audit inter gentes, quemadmodum ſcriptum eſt. Nam circunciſio quidem prodeſt, ſi legem ſeruaris. Quod ſi tranſgreſſor legis fueris, circunciſio tua in præputium uerſa eſt. Ergo ſi præputium iuſtificationes legis ſeruauerit, nónne præputium illius pro circunciſione imputabitur? & iudicabit qd' eſt ex natura præputiũ, ſi

legem

legem seruauerit, te qui per literam & circũcisionem transgressor es legis? Non is qui in manifesto Iudæus sit, Iudæus est nec ea quæ in manifesto sit carnis circũcisio, circũcisio est, sed qui in occulto Iudæus fuerit, is Iudæus est: & circũcisio cordis, circuncisio est, quæ spiritu cõstat, nõ litera, cuius laus nõ ex hominibus est, sed ex Deo.

CAPVT. III.

QVid igitur habet in quo præcellat Iudæus? aut quæ utilitas circũcisionis? Multũ per omnem modum. Nam primũ quidẽ illud, quod illis cõmissa sunt oracula Dei. Quid enim, si quidam fuerũt increduli? Num incredulitas illorum fidem Dei faciet irritam? Absit. Imò sit Deus uerax, ✶ omnis autem homo mendax. Quemadmodũ scriptum est. ✶ Vt iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cũ iudicaris. Q d' si iniusticia nostra Dei iusticiã cõmendat, quid dicemus: Num iniustus deus qui inducat iram? Humano more loquor, absit. Nam quomodo iudicabit Deus mundũ? Etenim si ueritas Dei per meum mendacium excelluit, in gloriã ipsius, quid posthac & ego ueluti peccator iudicor: Ac non potius (quemadmodũ de nobis male loquũtur, & sicut quidã aiunt nos dicere) faciamus mala, ut ueniant bona. Quorũ damnatio iusta est. Quid igitur? Præcellimus eos? Nullo modo. Nam ante causßis reddi tis ostendimus, & Iudæos & Græcos oẽs peccato esse obnoxios, sicut scriptum est: Nõ est iustus, ne unus quidẽ: nõ est qui intelligat, non est qui exquirat Deũ: omnes deflexerũt, simul inutiles facti sunt: nõ est qui exerceat bonitatẽ, nõ est usq; ad unũ. Sepulchrũ apertũ guttur eorũ, linguis suis ad dolum usi sunt, uenenũ aspidum sub labijs eorum. Quorũ os execratiõe & amarulentia plenũ est, ueloces pedes illorũ ad effundẽdũ

Psal. 15. Psal. 50. Psal. 13.

ſanguinẽ. Contritio & calamitas in uijs eorum, & uiam pacis non cognouerunt. Non eſt timor Dei coram oculis eorum. Scimus autẽ quod quæcunq; lex dicit, his qui in lege ſunt, dicat: ut omne os obturetur, & obnoxius fiat totus mundus Deo
Galá. 2. propterea quod ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro in conſpectu eius. Per legem enĩ agnitio peccati. Nũc uero abſq; lege iuſticia Dei manifeſtata eſt, dum cõprobatur teſtimonio legis ac prophetarũ. Iuſticia uero Dei per fidem IESV Chriſti in omnes, & ſuper omnes eos qui credunt. Nõ enĩ eſt diſtinctio. Omnes enim peccauerunt, ac deſtituũtur gloria Dei. Iuſtificantur autẽ gratis per illius gratiã, per redemptionem quæ eſt in Chriſto IESV, quem propoſuit Deus reconciliatorẽ, per fidẽ interueniẽte ipſius ſanguine, ad oſtenſionẽ iuſticiæ ſuæ, propter remiſſionẽ præteritorũ peccatorũ, quæ Deus toleraut ad oſtendẽdã iuſticiã ſuã, in præſenti tempore, in hoc, ut ipſe ſit iuſtus, & iuſtificans eum qui eſt ex fide IESV. Vbi igitur gloriatio: Excluſa eſt. Per quã legẽ? Operũ? Non. Imò per legem fidei. Arbitramur igitur fide iuſtificari hominẽ abſq; operibus legis. An Iudæorũ Deus tantũ? An non & gẽtium? Certè & gentiũ. Quandoquidẽ unus Deus, qui iuſtificabit circũciſionẽ ex fide, & præputium per fidem. Legem igitur irritam facimus per fidem? Abſit. Imò legẽ ſtabilimus.

CAPVT IIII.

QVid igitur dicemus inueniſſe Abraham patrẽ noſtrum ſecundum carnẽ? Nam ſi Abraham ex operibus iuſtificatus fuit, habet quod glorietur, at nõ apud Deũ. qd
Geneſis 15. Gala. 3. Iaco. 2. enĩ ſcriptura dicit? ✶ Credidit autẽ Abraham Deo, & imputatum eſt ei ad iuſticiam. Ei uero qui operatur, merces nõ imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum. Porrò ei qui

qui non operatur, sed credit in eum qui iustificat impium, imputatur fides sua ad iusticiam. Quemadmodũ & Dauid explicat beatificationẽ hominis,, cui deus imputat iusticiam absq; operibus. ✶Beati quorũ remissæ sunt iniquitates. & quorũ Psal. 3.
obtecta sunt peccata. Beatus uir, cui non imputabit dominus peccatum. Beatificatio igitur hæc, in præputiũ tantũ, an & in circũcisionẽ deuenit? Dicimus enĩ, quod imputata fuerit Abrahæ fides ad iusticiã. Quomõ ergo imputata est? cũ esset in circũcisiõe an cũ esset in præputio? Non in circuncisione, sed in præputio. Et signũ accepit circũcisionis signaculũ iusticiæ fidei, quæ fuerat in præputio, ut esset pater omniũ credẽtiũ per præputiũ, ut iputaretur & illis iusticia, & pater circũcisionis, ijs qui nõ solũ genus ducerent à circumcisis, uerũ etiã ingrederentur uestigijs fidei, quæ fuit in præputio patris nostri Abrahæ. Non enĩ per legẽ promissio contigit Abrahæ aut semini eius, illum hæredem fore mundi, sed per iusticiam fidei. Etenim si ij qui ad legem pertinent hæredes sunt, inanis facta est fides, & irrita facta est promissio. Nã lex iram operatur. Siquidem ubi non est lex, ibi nec transgressio est. Ideirco ex fide datur hæreditas, ut secundũ gratiam, ut firma sit promissio uniuerso semini: non ei, quod est ex lege tantũ, uerũetiã ei, quod est ex fide Abrahæ, qui est pater omniũ nostrũ. Sicut Gene. 17.
scriptum est: ✶Patrem multarũ gentiũ constitui te, nimirum ad exemplum Dei cui crediderat, qui uitæ restituit mortuos, ac uocat ea quæ non sunt, tanquã sint, qui præter spem sub spe credidit, se fore patrem multarum gentium, iuxta id quod dictum est: ✶Sic erit semen tuũ. Ac non infirmatus fide, haud Gene. 13.
considerauit suum ipsius corpus iam emortuum, cum centum & 22.
ferè natus esset annos, nec emortuam uuluam Saræ: uerũ ad

promissionem Dei non hæsitabat ob incredulitatẽ, sed robustus factus est fide, tribuens gloriam Deo, certa persuasione cõcepta, quod is qui promiserat, idẽ potens esset & præstare. Quapropter etiam imputatum est illi ad iusticiam. Non scriptũ est autẽ propter illũ tantũ, imputatum fuisse illi, sed etiam propter nos, quibus imputabitur, credẽtibus in eũ, qui excitauit IESVM dominũ nostrũ à mortuis: qui traditus fuit ꝓpter peccata nostra, & excitatus est propter iustificationẽ nostri.

CAPVT. V.

IVstificati igitur ex fide, pacẽ habemus erga Deum, per dominum nostrum IESVM Christum, per quẽ & cõtigit nobis, ut fide perducemur in gratiã hanc, in qua stamus & gloriamur sub spe gloriæ Dei. Nec id solũ, uerum etiam gloriamur super afflictionibus, scientes, quod afflictio patiẽtiam pariat, patientia uero probationẽ, probatio autem spem, Porrò spes non pudefacit, quod dilectio Dei effusa sit in cordibus nostris, per spiritum sanctũ qui datus est nobis. Christus enim, cũ adhuc essemus infirmi iuxta temporis rationẽ, pro impijs mortuus est. Nam uix pro iusto quisquam morietur. Siquidem pro bono forsitan aliquis etiã mori sustinet. Cõmendat autem suã charitatem erga nos Deus, quod cũ adhuc essemus peccatores, Christus pro nobis mortuus fuit. Multo igitur magis iustificati nunc sanguine eius, seruabimur per eum ab ira. Nam si cum inimici essemus recõciliati sumus Deo per mortem filij eius, multo magis recõciliati seruabimur per uitã ipsius. Nõ solũ autẽ hoc, uerũ etiã gloriãtes in Deo per dominũ nostrũ IESVM Christum, per quẽ nunc recõciliationẽ assequuti sumus. Propterea quẽadmodũ propter unũ hominẽ peccatũ in mũdũ introijt, ac per peccatũ mors, & sic in oẽs hoĩes mors pua-

sit quate

quatenus oēs peccauimus. Vsq; ad legē enī peccatū erat in mūdo, porrò peccatū non imputatur, cū nō est lex. Imò regnauit mors ab Adam usq; ad Mosen, in eos quoq; qui non peccauerant ad similitudinem transgressiōis Adam, qui typum gerit illius futuri. At non ut peccatum, ita & donum. Nam si unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia dei, et donū per gratiam quæ fuit unius hominis IESV Christi, in multos exuberauit. Et non sicut per unū qui peccauerat, uenerat mors, ita donum. Nam condemnatio quidem ex uno delicto ad condemnationē, donū aūt ex multis delictis ad iustificationem. Etenim si per unius delictum mors regnauit per unū, multo magis ij, qui exuberantiam gratiæ & doni iusticiæ accipiunt per uitā regnabunt autore uno IESV Christo. Itaq; sicut per unius delictum propagatum est malum in omnes homines ad cō demnationē, ita & per unius iustificationē propagatur bonū in omnes homines ad iustificationem uitæ. Quemadmodū enī per inobedientiam unius hominis, peccatores cōstituti sumus multi: ita per obedientiam unius iusti constituentur multi. Cæterum lex obiter subijt, ut abundaret delictū. Vbi uero exuberauit peccatum, ibi magis exuberaut gratia: ut quemadmodū regnauerat peccatum in morte, sic & gratia regnaret per iusticiam ad uitam æternam, per IESVM Christum.

CAPVT VI.

QVid igitur dicemus? Manebimus in peccato, ut gratia abundet? Absit. Qui mortui sumus peccato, quomodo posthac uiuemus in eodē: An ignoratis, qd' quicū q; baptizati sumus in Christum IESVM, in mortē eius baptizati sumus? Sepulti igitur sumus unà cum illo per baptismum in mortem, ut quemadmodum excitatus est Christus ex mor-

tuis, per gloriã patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Nã si insitiuj facti sumus illi per similitudinẽ mortis eius, nimirum & resurrectiõis participes erimus, illud scientes q̃d uetus ille noster homo cũ illo crucifixus est, ut aboleretur corpus peccati, ut posthac nõ seruiamus peccato. Etenĩ qui mortuus est, iustificatus est à peccato. Quod si mortui sumus cũ Christo credimus, q̃d & uiuemus cũ illo. Scientes quod Christus excitatus à mortuis, non amplius moritur: mors illi non amplius dominatur. Nam quod mortuus fuit, peccato mortuus fuit semel: quod autem uiuit, uiuit Deo. Ita & uos existimate uosipsos mortuos q̃dẽ esse peccato, uiuentes autẽ Deo per Christũ IESVM dominũ nostrum. Ne regnet igitur peccatũ i mortali uestro corpore, ut obediatis illi per cupiditates eius. Neq; ac commodetis membra uestra, arma iniusticiæ peccato, sed accommodetis uosmetipsos Deo, uelut ex mortuis uiuentes, & membra uestra, arma iusticiæ Deo. Peccatũ enim uobis nõ dominabitur. Non enim estis sub lege, sed sub gratia. Quid igitur? Peccabimus, quod nõ sumus sub lege, sed sub gratia? Absit. An nescitis, quod cui accõmodatis uosipsos seruos ad obediẽdum, eius serui estis cui obeditis, siue peccati ad mortem, siue obedientiæ ad iusticiam? Gratia autẽ Deo, quod fuistis quidẽ serui peccati, sed obedistis ex animo, in eam quam traducti estis formam doctrinæ. Cæterum liberati à peccato, serui facti estis iusticiæ. Humanum quiddam dico, propter infirmitatem carnis uestræ. Quẽadmodum enim præbuistis membra uestra serua immundiciæ & iniquitati, ad aliam atq; aliã iniquitatem, sic & nunc præbete membra uestra serua iusticiæ, ad sanctificationem. Cum enim serui essetis peccati, liberi eratis iusticiæ, Quem igitur fructum habebatis tunc in his de quibus

nunc

nunc erubescitis? Nam finis illorum mors: Nunc uero manumissi à peccato, serui autem facti Deo, habetis fructũ uestrũ in sanctificationem, finẽ autem uitam æternã. Et enim autora menta peccati, mors: donum autẽ Dei, uita æterna, per Christum IESVM dominum nostrum.

CAPVT VII.

AN ignoratis fratres (scientibus enim legem loquor) quũ lex tantisper dominetur homini, quoad ea uixerit? ✶ 1. Cor. 7.
Nam uiro obnoxia mulier, uiuenti uiro alligata est per legẽ, quod si mortuus fuerit uir, liberata est à lege uiri. Proinde uiuente uiro, adultera iudicabitur, si se iunxerit alteri uiro. Sin autem mortuus fuerit uir, libera est à iure uiri, ut non sit adultera, si iuncta fuerit alteri uiro. Itaq; fratres mei, uos quoque mortificati estis legi per corpus Christi, ut iungeremini alteri, nimirũ ei qui ex mortuis surrexit, ut fructificemus Deo. Cũ enim essemus in carne, affectus peccatorũ, qui sunt per legem uigebant in membris nostris ad fructificandum morti. Nunc autem liberati sumus à lege, mortui ei in qua detinebamur, ut seruiamus per nouitatem spiritus, & non per uetustatẽ literæ. Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognoui, nisi per legem. Nã & concupiscentiã nõ nouissem, nisi lex dixisset: ✶ non cõcupisces. Sed occasiõe accepta, Exod. 20.
peccatũ per præceptũ genuit in me omnẽ concupiscẽtiam. Si Deute. 5.
quidem absq; lege, peccatum erat mortuũ. Ego autẽ uiuebam sine lege quondam. Porrò ueniente mandato, peccatum reuixit, ego uero mortuus sum. Et repertum est mãdatum, quod in flututum erat ad uitam, mihi cedere ad mortem. Nam peccatũ occasiõe accepta per præceptũ decepit me, & per illud occidit. Itaq; lex ipsa quidẽ sancta, & præceptũ sanctum ac iustũ

& bonum. Ergo quod bonum erat, mihi factum est mors? Absit. Imò peccatum. Vt appareret peccatū, p id quod erat bonum mihi gignere mortem, ut fieret maiorem in modū peccans peccatum per præceptum. Scimus enī q, lex spiritualis est. At ego carnalis sum, uenditus sub peccatum. Quod enim ago, nō probo. Non enim quod uolo, hoc facio: sed quod odi, hoc ago. Si uero quod non uolo, hoc facio: consentio legi, quod bona sit. Nunc aūt non iam ego perpetro illud, sed inhabitans in me peccatum. Noui enī, quod non habitet in me hoc est, in carne mea bonum. Nam uelle adest mihi, at ut faciam bonum, non reperio. Non enim quod uolo, facio bonū, sed quod non uolo malū, hoc ago. Porrò si qd' nō uolo ego, hoc facio, nō iam ego ppetro illud, sed inhabitans in me peccatum. Reperio igitur p legem uolenti mihi facere bonū, qd' mihi malum adiunctum sit. Delectat enim me lex Dei secundum internum hoīem. Sed uideo aliam legē in mēbris meis, rebellantē legi mentis meæ, & captiuū reddentem me legi peccati, quæ est in mēbris meis. Miser ego homo, quis me eripiet ex hoc corpore morti obnoxio? Gratias ago Deo per IESVM Christum dominū nostrū. Itaq; idē ego mente qdē seruio legi dei, carne uero legi peccati.

CAP. VIII.

NVlla igitur nunc est condēnatio, his q insiti sunt Christo IESV, qui nō iuxta carnē uersantur, sed iuxta spiritum. Nam lex spiritus uitæ p Christū IESVM liberum me reddidit à iure peccati & mortis. Etenim qd' Lex præstare non poterat, ea parte qua imbecillis erat p carnē, hoc Deus proprio filio, missō sub specie carnis peccato obnoxiæ, præstitit, ac de peccato condemnauit peccatum p carnē, ut iustificatio legis impleretur in nobis, qui nō secundū carnē uersamur, sed

mur, sed secundum spiritum. Nam qui carnales sunt, quæ carnis sunt curant, at qui spirituales, quæ spiritus sunt. Nam affectus carnis, mors est. Affectus uero spiritus, uita & pax. Propterea quod affectus carnis, inimicitia est aduersus Deũ: nã legi Dei non subditur, siquidem ne potest quidem. Qui uero in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos aũt non estis in carne, sed in spiritu: siquidẽ spiritus dei habitat in uobis. Qd̃ si quis spiritũ Christi nõ habet, hic nõ est eius. Porrò si Christus in uobis est, corpus quidẽ mortuũ est propter peccatũ, spiritus aũt ũita est propter iustificationẽ. Quod si spiritus eius qui excitauit IESVM à mortuis, habitat in uobis, is q excitauit Christũ ex mortuis, uiuificabit & mortalia corpa uestra, propter ipsius spiritũ inhabitantẽ in uobis. Proinde fratres, debitores sumus, nõ carni, ut secundum carnem uiuamus, Nam si secundum carnẽ uixeritis, moriemini. Quod si spiritu facta corpis mortificetis, uiuetis. Etenī quicunq; spiritu dei ducuntur, hi sunt filij Dei. ✶ Nõ enī accepistis spiritũ seruitutis iterũ ad timorẽ, sed accepistis spiritũ adoptionis, p quẽ clamamus, abba pater. Idẽ spiritus testatur unà cũ spiritu nostro, qd̃ simus filij dei. Quod si filij, igitur & hæredes. Hæredes quidem dei, cohæredes aũt Christi. Siquidẽ simul cũ eo patimur, ut & unà cũ illo glorificemur. Nã reputo nõ esse pares afflictiones præsentis tẽporis ad gloriã, quæ reuelabitur erga nos. Etenī sollicita creaturæ expectatio expectat, ut palàm fiant filij dei. Quippe uanitati creatura subiacet: nõ uolẽs, sed propter eum qui subiecit illã sub spe. Quoniã & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptiõis, in libertatẽ gloriæ filiorũ dei. Scimus enī, qd̃ oĩs creatura cõ gemiscit, simulq; nobiscum parturit usq; ad hoc tẽpus. Non

2. Tim. 1.
Gal. 4.

ſolum aũt illa, ſed & ipſi, qui primitias ſpiritus habemus, & nos ipſi in nobiſipſis gemimus, adoptionẽ expectãtes redemptionem corpis noſtri. Siquidẽ ſpe ſeruati ſumus, porrò ſpes ſi uideatur, non eſt ſpes. Quod enim quis cernit, cur idẽ ſperet? Si uero qđ non uidemus, ſperamus, id p patientiam expectamus. Conſimiliter aũt & ſpiritus auxiliatur infirmitatibus noſtris. Siquidem hoc ipſum quid oraturi ſimus, ut oportet, nõ nouimus: uerum ipſe ſpiritus intercedit p nobis, gemitibus inenarrabilibus. At ille qui ſcrutatur corda, nouit quis ſit ſenſus ſpiritus: quoniã ſecundũ deum intercedit pro ſanctis. Scimus aũt, q̃ his qui diligunt deum, omnia ſimul adiumento ſunt in bonum, nimirum his qui iuxta propoſitum uocati ſunt. Quoniam quos præſciuerat, eoſdem & præfiniuit cõformes imaginis filij ſui, ut ipſe ſit primogenitus inter multos fratres. Porrò quos prædefinierat, eoſdem & uocauit. Et quos uocauit, eos & iuſtificauit. Quos autẽ iuſtificauit, hos & glorificauit. Quid igitur dicemus ad hæc? Si deus pro nobis, quis contra nos? Qui proprio filio nõ pepercit, ſed pro nobis oĩbus tradidit illum, qui fieri poteſt, ut non & cũ eodẽ oĩa nobis donet? Quis intentabit crimina aduerſus electos dei? Deus eſt qui iuſtificat. Quis ille, qui condemnet? Chriſtus eſt qui mortuus eſt, imò qui & ſuſcitatus eſt, qui etiã eſt ad dexterã dei, qui & intercedit pro nobis? Quis nos ſeparabit à dilectione dei? num afflictio? nũ anguſtia? num pſecutio? num fames? num nuditas? nũ periculum? num gladius? Quemadmodũ ſcriptũ eſt: ✶ Propter te morti tradimur tota die, habiti ſumus uelut oues deſtinatæ mactationi. Verũ in his oĩbus ſuperamus, p eum qui dilexit nos. Nam mihi pſuaſum habeo, q̃ neq; mors, neq; uita, neq; angeli, neq; principatus,

Pſal. 43.

patus,neq; poteſtates,neq; inſtantia,neq; futura,neq; altitudo,neq; profunditas,neq; ulla creatura alia poterit nos ſeparare à dilectione dei, q̃ eſt in Chriſto IESV domino noſtro.

CAPVT IX.

VEritatẽ dico in Chriſto,non mentior,atteſtante mihi ſimul conſcientia mea,p ſpũm ſanctũ, qđ dolor mihi ſit magnus,& aſſiduus cruciatus cordi meo. Optarim enĩ ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, cognatis meis ſm carnẽ,q ſunt Iſraëlitæ,quorũ eſt adoptio,& gloria & teſtamenta,& legis cõſtitutio,& cultus, & ꝓmiſſiones, quorũ ſunt patres,& ij ex quibus eſt Chriſtus,quantũ attinet ad carnẽ,qui eſt in oĩbus Deus laudandus in ſæcula, Amen.

Non aũt hæc loquor quod exciderit ſermo Dei. Nõ enim oẽs q ſunt ex Iſraël ſunt Iſraël, neq; qa ſunt ſemen Abrahæ, ſtatĩ oẽs filij,✶ ſed p Iſaac noĩabitur tibi ſemen,hoc eſt,nõ q filij carnis,ij filij dei,ſed qui ſunt filij promiſſionis, recenſentur in ſemen. Promiſſionis enim ſermo hic eſt:✶ In tempore hoc ueniam,& erit Saræ filius. Non ſolum aũt hoc, ſed & ✶ Rebecca ex uno cõceperat Iſaac patre noſtro,nondũ enĩ natis pueris,cum neq; boni quippiã feciſſent,neq; mali, ut ſecundum electionem propoſitũ dei maneret,nõ ex operibus, ſed ex uocante. dictũ eſt illi:Maior ſeruiet minori. Sicut ſcriptum eſt:✶ Iacob dilexi,Eſau uero odio habui. Quid igitur dicemus? Num iniuſtitia eſt apud Deum? Abſit. Nam Moſi dicit:Miſerebor,cuiuſcunq; miſereor,& cõmiſerabor,quemcunq; cõmiſeror. Itaq; nõ uolentis eſt,neq; currentis,ſed miſerentis Dei. Dicit enĩ ſcriptura Pharaoni: ✶ In hoc ipſum te excitaui,ut oſtendã in te potentiã meã, & ut annuncietur nomẽ meũ in tota terra. Itaq; cui uult miſerẽtur,quẽ aũt uult indurat

Gal. 4.
Gene. 21.
Gene. 25.
Malach. 1.
Exod. 9.

indurat. Dices ergo mihi: Quid adhuc conqueritur? Nam uoluntati illius quis reſtitit? Atqui ó homo, tu quis es, qui ex adEſai. 45. uerſo reſpondes Deo? ✶ Num dicet figmentum ei qui finxit,
Hiere. 18. cur me finxiſti ad hunc modũ? ✶ An nõ habet poteſtatẽ figulus luti, ut ex eadẽ maſſa fingat aliud quidẽ uas in honorẽ, aliud uero in ignominiã? Quod ſi Deus uolẽs oſtẽdere iram, & notã facere potẽtiam ſuã, tulit multa animi lenitate uaſa iræ, apparata in interitũ, & ut notas faceret diuitias gloriæ ſuæ, erga uaſa miſericordiæ, quæ præparauerat in gloriam. Quos & uocauit, nimirũ nos, nõ ſolum ex Iudæis uerũetiam
Oſee. 2. ex gẽtibus. Quẽadmodum & Oſee dicit: ✶ Vocabo populũ
1. Pet. 2. qui meus nõ erat, populũ meũ, & eã quæ dilecta nõ erat, dilectã. Et erit in loco ubi dictũ fuerat eis: Non populus meus
Eſai. 10. uos, ibi uocabũtur filij dei uiuentis. Eſaias autem clamat ſup Iſraël: ✶ Si fuerit numerus filiorũ Iſraël, ut arena maris, reliquiæ ſaluæ erũt. Sermonẽ enĩ pficiens & abbreuians cũ uſticia, quoniã ſermonẽ abbreuiatũ faciet dominus in terra. Et
Eſai. 1. quemadmodũ prius dixit Eſaias: ✶ Niſi dominus ſabaoth reliquiſſet nobis ſemẽ, ut Sodoma facti fuiſſemus, & Gomorrhæ aßimilati fuiſſemus: Quid igitur dicemus. Quod gẽtes quæ nõ ſectabantur iuſticiã, apprehẽderunt iuſticiã, iuſticiã aũt eã quæ eſt ex fide. Cõtra Iſraël, qui ſectabatur legẽ iuſti-
Eſai. 28. ciæ, ad legem iuſticiæ nõ puenit. Propter quid? Quia nõ ex fide, ſed tanquam ex opibus legis. Inpegerũt enĩ in lapidem offendiculi. Quemadmodũ ſcriptum eſt: Ecce pono in Sion lapidem offendiculi, & petram offenſionis, & omnis q credit in eo, non pudefiet.

CAP. X.

FRatres, propenſa quidem uolũtas cordis mei, & deprecatio quæ fit ad Deũ, pro Iſraël eſt ad ſalutem. Teſtimo-

nium

nium enī illis phibeo, quod ſtudiū Dei habēt, ſed nō ſecundū
ſcientiam. Nam ignorātes Dei iuſticiam, & propriam iuſti-
ciam quærētes cōſtituere, iuſticiæ Dei nō ſuerūt ſubditi. Nā
perfectio legis Chriſtus, ad iuſtificationē omni credenti. Mo
ſes enī ſcribit de iuſticia quæ eſt ex lege, ✶ quod qui fecerit Leui. 18.
ea homo, uiuet p illa. Cæterum quæ ex fide eſt iuſticia, ea ſic
loquitur: ✶ Ne dixeris in corde tuo: Quis aſcendet in cœlū? Deut. 30.
Hoc eſt Chriſtum ex alto deducere. Aut quis deſcendet in
abyſſum? Hoc eſt Chriſtum ex mortuis reducere. Sed qd di-
cit? ✶ Prope te uerbum eſt in ore tuo, & in corde tuo. Hoc Ibidem.
eſt uerbū fidei, qd' prædicamus. Nempe ſi cōfeſſus fueris ore
tuo dominum IESVM, & credideris in corde tuo, q; Deus
illum excitauit à mortuis, ſaluus eris. Corde enī creditur, ad
iuſticiā, ore aūt confeſſio fit ad ſalutē. Dicit enim ſcriptura:
✶ Omnis qui fidit illi, nō pudefiet. Nō enim eſt diſtinctio uel Eſaiæ. 28.
Iudæi, uel Græci. ✶ Nam idē dominus oīm, diues in oēs inuo 2. Cor. 8.
cantes ſe. ✶ Quiſquis enī inuocauerit nomē domini ſaluus Ioēl. 2.
erit. Quomodo igitur inuocabunt eum, in quem non credi- Actu. 2.
derunt? Quomodo autē credent ei de quo non audierunt?
✶ Quomodo aūt audient abſq; prædicante? Quomodo aūt Eſaiæ. 52.
prædicabunt, niſi miſſi fuerint? Sicut ſcriptum eſt: ✶ Quàm Naum. 1.
ſpecioſi pedes annunciantium pacem, annūciantium bona.
At non oēs obedierunt Euangelio. Eſaias enī dicit: ✶ Domīe, Eſaiæ. 53.
quis credidit ſermonibus noſtris? Ergo fides ex auditu eſt:
auditus aūt p uerbum Dei. Sed dico, an nō audierunt? Atqui
✶ in oēm terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terra- Pſal. 18.
rum uerba illorū. Sed dico: Nunqd non cognouit Iſraël? Pri
mus Moſes dicit: ✶ Ego ad æmulationē ꝓuocabo uos p gen- Deute. 32.
tem quæ non eſt gens, p gentē ſtultā ad iram cōmouebo uos.

Eſaias

Esaiæ. 65. Esaias aũt post hunc audet, ac dicit: ✠ Inuentus sui his, q̃ me non quærebant, conspicuus factus sum his, qui de me non interrogabant. Aduersus Israël aũt dicit: Toto die expandi manus meas ad populum nõ credentẽ, & contradicentem.

CAPVT XI.

Dico igitur: Num repulit Deus populũ suum? Absit. Nã & ego Israëlita sum, ex semine Abrahæ, tribus Beniamin. Non repulit Deus populum suum, quẽ ante agnouerat. An nescitis de Elia, quid dicat scriptura? Quomodo interpellat apud Deum aduersus Israël, dicens: 3. Reg. 19. ✠ Domine, pphetas tuos occiderunt, & altaria tua subruerunt: & ego relictus sui solus, & insidiantur uitæ meæ. Sed quid dicit ei diuinum responsum? Reliqui mihi ipsi septem milia uirorũ, q̃ nõ inflexerunt genu imagini Baal. Sic igitur & in hoc tempore, reliquiæ ꝑm electionẽ gratiæ fuerunt. Quod si ꝑ gratiam, nõ iam ex operibus. Quandoquidem gratia, iam non est gratia. Sin ex operibus, non iam est gratia: Quandoquidem opus, iã non est opus. Quid igitur? Quod quærit Israël, hoc non assecutus est, sed electio cõsecuta est: reliqui uero excæcati sunt. Esai. 6. Quemadmodũ scriptũ est: ✠ Dedit eis Deus spiritũ cõpunctionis: oculos, ut non uideant: & aures, ut non audiant, usq; Psal. 68. ad hodiernũ diem. Et Dauid dicit: ✠ Vertatur mensa illorum in laqueum, & in captionem, & in offendiculum, & in retaliationẽ ipsis. Obtenebrentur oculi eorum, ut nõ uideãt, & tergũ illorũ semp incurua. Dico igitur: Num ideo impegerunt ut cõciderent? Absit. Sed ꝑ lapsum illorũ salus cõtigit gentibus, in hoc, ut eos ad æmulandũ prouocaret. Quod si lapsus illorũ diuitiæ sunt mundi, & diminutio illorũ, diuitiæ gentiũ: quanto magis plenitudo illorũ? Vobis enĩ dico gentibus, quã

tenas ego

genus ego quidem sum Apostolus gentiũ: ministeriũ meũ illustro, si quo modo ad æmulandũ puocem carnẽ meã, & saluos reddã nõnullos ex illis. Nã si reiectio illorũ, est recõciliatio mundi, quæ erit assumptio, nisi uita ex mortuis? Quod si primitiæ sanctæ, sancta est & conspersio. Et si radix sancta, sancti erunt & rami. Quod si nõnulli rami defracti sunt, tu uero cũ esses oleaster, insitus fuisti illis, & consors radicis & pinguetudinis oleæ factus es, ne glorieris aduersus ramos: q, si gloriaris, nõ tu radicẽ portas, sed radix te. Dices igitur, defracti sunt rami, ut ego insererer: Bene dicis, p incredulitatẽ defracti sunt, tu uero fide constitisti. Ne efferaris ánio, sed timeas. Nam si Deus naturalibus ramis non pepercit, uide ne quâ fiat, ut nec tibi parcat. Ecce igitur bonitatẽ ac seueritatem Dei, in eos quidem qui ceciderunt, seueritatẽ, in te uero bonitatem, si pmanseris in bonitate. Quoniã et tu excideris: & illi rursum, si nõ pmanserint in incredulitate, inserentur. Potest enĩ Deus denuo inserere illos, Etenim si tu ex naturali exectus es oleastro, & præter naturã insitus es in uerã oleã, quanto magis hĩ, q naturales sunt, inserẽtur ppriæ oleæ?

Non enĩ uolo uos ignorare fratres mysteriũ hoc, ut ne sitis apud uosmetipsos elati ánio, qd' excæcatio ex parte Israëli accidit, donec plenitudo gentiũ aduenerit, & sic totus Israël saluus erit. Sicut scriptũ est: ✠ Aduenier ex Sion ille qui liberat, & auertet impietates à Iacob. Et hoc illis à me testamentum, cum abstulero peccata ipsorũ. Secundũ Euangeliũ quidem, inimici propter uos, ßm electionem autem dilecti propter patres. Nam dona quidem & uocatio Dei, eiusmodi sunt, ut eorum illum pœnitere non poßit. Quemadmodum enim & uos quondam increduli fuistis Deo, nunc autem Esai. 59.

misericor

misericordiã estis consecuti per illorum incredulitatẽ, sic & isti nũc incredduli facti sunt, ex eo quod uos misericordiã estis adepti, ut & ipsi misericordiam consequantur. Concluſit enĩ Deus omnes sub incredulitatẽ ut omnium misereretur. O profunditatẽ diuitiarũ & sapiẽtiæ & cognitiõis Dei, ✶quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inperuestigabiles uiæ eius. ✶ Quis enim cognouit mentem domini? ✶Aut quis illi fuit à cõsilijs? Aut quis prior dedit illi, & reddetur ei? Quoniam ex illo, & per illum, & in illum omnia. Ipsi gloria in sæcula. Amẽ

Sapiẽ. 17.
Sapien. 9.
Esa. 40.
1. Corin. 2

CAPVT XII.

OBsecro igitur uos fratres, per miserationes Dei, ut præbeatis corpora uestra, hostiam uiuentem, sanctam, acceptam Deo, rationalem cultum uestrum. Et ne accõmodetis uos ad figuram sæculi huius, sed transformemini per renouationem mentis uestræ, ✶ut probetis quæ sit uolũtas Dei, quod bonũ est, acceptumq; & perfectũ. Dico enĩ per gratiam, quæ data est mihi, cuilibet uersanti inter uos, ne quis arrogãter de se sentiat, supra quàm oportet de se sentire, sed ita sentiat, ut modestus sit & sobrius, ut cuiq; Deus partitus ẽ mẽsurã fidei ✶Quemadmodũ enim in uno corpore membra multa habemus, membra uero omnia nõ eundem habent actum, sic multi unum corpus sumus in Christo, singulatim autẽ alij aliorũ mẽbra, sed tamen habentes dona iuxta gratiam datam nobis uaria, siue prophetiã iuxta portionẽ fidei, siue ministeriũ ĩ administratione, siue q docet in doctrina, siue qui exhortatur in exhortatiõe, qui impertit in simplicitate: qui præest in diligẽtia qui miseretur in hilaritate. Dilectio sit non simulata, sitis odio prosequentes quod malũ est adhærẽtes ei quod bonũ est, per fraternã charitatẽ, ad mutuo uos diligendos propensi, honore

Ephe. 5.
1. Thes. 5.
1. Cor. 12.
Ephe. 4.

alius

alius alium præcedentes, studio non pigri, spiritu feruentes, tẽ
pori seruientes, spe gaudentes, in afflictione patiẽtes, preca=
tioni instantes, necessitatibus sanctorũ cõmunicantes, hospi=
talitatem sectantes. Bene loquamini de ijs, qui uos insectãtur,
benc loquamini, inquam, & ne male precemini. Gaudete cũ
gaudentibus, & flete cũ flentibus: eodẽ animo alij in alios af
fecti, nõ arroganter de uobisipsis sentiẽtes, sed humilibus uos
accommodantes. Ne sitis arrogantes apud uosmetipsos, neq;
cuiquã malũ pro malo reddatis. ✶ Proinde parantes honesta 2. Cor. 8.
in conspectu omniũ hominũ, si fieri põt, quãtũ in uobis est, ✶ Hebræ. 12.
cum omnibus hominibus in pace uiuẽtes, non uosmetipsos ul
ciscentes dilecti, quin potius date locũ iræ. Scriptũ est enim
✶ Mihi ultio ego rependam, dicit dominus. ✶ Si igitur esurit
inimicus tuus, pasce illũ: si sitit, da illi potum. Hoc enĩ si fece= Deute. 32.
ris, carbones ignis coaceruabis in caput illius. Ne uincaris à Prouer. 25
malo, imò uince bono malũ.

CAPVT XIII.

OMnis anima potestatibus supereminẽtibus subdita sit.
Non enim est potestas, nisi à Deo, quæ uero sunt pote=
states, à Deo ordinatæ sunt. Itaq; qsquis resistit potestati, Dei
ordinationi resistit. Qui autẽ restiterint, sibijpsis iudicium ac
cipient. Nam principes non terrori sunt bene agentibus, sed
male. Vis autem non timere potestatem? Quod bonum est,
facito, & feres laudem ab illa. Dei enĩ minister est tibi in bo=
num. Quod si feceris id quod malum est, time. Non enim fru
stra gladium gestat. Nam dei minister est, ultor ad iram, ei, qui
quod malum est, fecerit. Quapropter oportet esse subditos,
non solũ propter iram, uerumetiã propter conscientiã. Pro=
pter hoc enim & uectigalia soluitis. Siquidẽ ministri Dei sũt,
in hoc ipsum incumbentes. ✶ Reddite igitur omnibus, qd̃ de Matth. 22

betur: cui tributū, tributū: cui uectigal, uectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorē. Nemini quicquā debeatis, nisi hoc, ut inuicē diligatis. Nā qui diligit alterum, legē expleuit. Deute. 5. Siquidē illa: ✠ Non adulterabis, nō occides, nō furaberis, nō falsum testimoniū dices, nō cōcupisces, & si qd' aliud præceptū, in hoc sermōe summatim cōprehēditur: Nēpe, diliges proximū tuū sicut teipsum. Dilectio proximo malum nō operatur. Consummatio itaq; legis est dilectio. Præsertim cū sciamus tēpus, qd' tēpestiuū sit, nos iā à somno expergisci. Nunc enī propius adest nobis salus, quā tū, cum credebamus. Nox progressa est, dies aūt appropinquat. Abijciamus igitur opera tenebrarū, & induamur arma lucis: tanquā in die cōpositè ambulemus, nō cōmessatiōibus & ebrietatibus, nō cubilibus ac lasciuijs, non cōtentiōe, & æmulatiōe, ſ3 induamini dūm IESVM Christū. Et carnis curam ne agatis ad cōcupiscētias.

CAPVT XIIII.

PRorsùs eum qui infirmatur fide, assumite, nō ad dijudicationes disceptationū. Alius quidem credit uescendū esse quibuslibet. Alius autē qui infirmus est, holeribus uescitur. Qui uescitur, non uescentem ne despiciat. Et qui nō uescitur uescentē ne iudicet. Deus enī illū assumpsit. ✠ Tu qs es, q iudicas de alieno famulo? Proprio domino stat aut cadit, imò sulcietur, ut stet. Potens enī est Deus efficere, ut stet. Hic qdē iudicat, diē ad diē conferēs: ille aūt idē iudicat de quouis die. Vnicuiq; sua mens satisfaciat. Qui curat diē, domino curat. Et qui non curat diem, domino non curat. Qui uescitur, domino uescuur, gratias enī agit Deo: & qui non uescitur, domino nō uescitur, & gratias agit Deo. Nullus enī nostrū sibi ipsi uiuit, & nullus sibijpsi moritur: Nam siue uiuimus, domino uiuē

nō uiuimus, siue morimur, domino morimur. Siue igitur uiua
mus, siue moriamur domini sumus. In hoc enī Christus et mor
tuus est, & resurrexit, & reuixit, ut mortuis ac uiuētibus do
minetur. Tu uero cur iudicas fratrē tuū? Aut etiam tum cur
despicis fratrē tuū? Omnes enī stabuemur apud tribunal Chri
sti. Scriptum est enī. ✶ Viuo ego dicit dominus: Mihi sese fle Esa. 45.
ctet oē genu, & oīs lingua confitebitur Deo. ✶ Igitur unus Philip. 2.
qsq; nostrū de seipso ratiōnē reddet deo. Ne post hac igitur 2. Corin. 2.
alius alium iudicemus: uerum illud iudicate magis, nc offen=
diculum ponatur fratri, aut lapsus occasio. Noui siquidē, &
persuasum habeo per dominū IESVM. nihil esse cōmune per
se, nisi ei qui existimat aliquid esse cōmune, illi commune est.
Verum si propter cibum frater tuus cōtristatur, nō iam secū
dum charitatē ambulas. Ne cibo tuo illū perdas, p quo Chri=
stus mortuus est. Ne uestrū igitur bonū, hominū maledicētiæ
sit obnoxiū. Nō enim est regnū Dei cibus, ac potus, sed iusti=
cia & pax, & gaudiū in spiritusancto. Etenī qui per hæc ser=
uit Christo, acceptus est deo, & probatus hominibus. Itaq; q̄
sunt pacis, sectemur: & quæ ædificationis, alius erga aliū. Ne
cibi caussa destruas opus dei ✶ ☉mnia quidē pura, sed malū Titum. 1.
est homini, qui per offendiculū uescitur. ✶ Bonū est nō ede= 1. Cor. 8.
re carnes, neq; bibere uinū, neq; quic quā, per quod frater tu
us impingit, aut offenditur, aut infirmatur. Tu fidem habes?
Apud temetipsum habe corā deo. Beatus qui non iudicat se
ipsum in eo qd' probat. At qui dijudicat, si ederis cōdemnatus
est: quoniā nō edit ex fide. Porrò quicquid ex fide nō est, pec
catum est.

CAPVT XV.

DEbemus autem nos qui potētes sumus, infirmitates im
potentiū portare, ac nō placere nobisipsis. Nam unus=

quisq; nostrum proximo placeat in bonum ad ædificationem
Etenim Christus nõ placuit sibijpsi, sed quemadmodũ scriptũ
est. ✶Opprobria opprobrãtium tibi, inciderunt in me. Nã q̃
Psal. 68. cunq; præscripta sunt, i nostram doctrinã præscripta sunt, ut
per patientiã & cõsolationẽ scripturarum spem habeamus.

Deus autẽ patientiæ & consolationis det uobis idẽ mutuo in
ter uos sentire secundũ IESVM Christum, ut unanimiter uno
ore glorificetis Deũ, ac patrem domini nostri IESV Christi.
Quapropter assumite uos inuicẽ, quemadmodum & Chri=
stus assumpsit nos in gloriã Dei. Illud autẽ dico. IESVM Chri
stum ministrum fuisse circũcisionis pro ueritate dei, ad cõfir
mandas promißiones patrũ. Cæterũ ut gentes pro misericor
2. Reg. 22. dia glorificent Deũ. Sicut scriptũ est. ✶Propter hoc confite
Psal. 17. bor tibi in gentibus, & nomini tuo canã. Et rursum dicit: ✶
Psal. 116. Gaudete gentes cũ populo eius. Et rursum: Laudate dominũ
omnes gentes, & collaudate eũ oẽs populi. Et rursum Esaias
Esai. 11. dicit. ✶Erit radix Iesse, & qui exurget ad imperandũ genti=
bus, in eo gentes sperabũt. Deus autem spei impleat uos omni
gaudio & pace, in credendo, in hoc, ut exuberetis in spe per
potentiã spiritus sancti. Persuasum enĩ habeo fratres mei, &

ipse ego de uobis, qd' & ipsi pleni estis bonitate, impleti omni
scientia, ualentes etiã inuicẽ alius alium admonere. Sed tamẽ
audacius scripsi uobis fratres, ex parte ueluti cõmonefaciẽs
uos, propter gratiã quæ data est mihi à deo, in hoc, ut sim mi
nister IESV Christi in gentes, adminístrãs Euangelium Dei,
ut fiat oblatio gentũ acceptabilis, sanctificata per spiritũ san
ctum. Habeo igitur qd' glorier per Christum IESVM, in his
quæ ad Deum pertinent. Non enĩ ausim loqui quicquam eorũ
quæ nõ effecit Christus per me, in obedientiã gentũ, uerbo et

facto

facto per potentiã signorũ ac prodigiorũ, per potentiã spiritus dei, ut ab Hierusalem & in circũiacentibus regionibus, usq; ad illyricum impleuerim Euangeliũ Christi, ita porrò annitens prædicare Euãgeliũ, nõ ubi nominatus erat Christus, ut ne super alienũ fundamẽtũ ædificarẽ, sed quèadmodũ scriptum est. * Quibus non est annunciatum de eo, uidebunt, & qui nõ audierãt intelligent. Quapropter & præpeditus sum Esa. 52.
sæpe, quo minus uenirẽ ad uos. Nunc uero cum non amplius habeã locũ in regionibus his, desideriũ autẽ habeã ueniendi ad uos multis iã annis, quãdocũq; iter instituero in Hispaniã ueniam ad uos. spero eni fore, ut istac iter faciens, uideã uos, & à uobis producar illuc, si tamẽ uestra consuetudine prius ex parte fuero expletus. Nũc autẽ proficiscor Hierosolymam ministrãs sanctis. Visum est enim Macedoniæ & Achaiæ cõmunicationẽ aliquã facere in pauperes sanctos, qui sunt Hierosolymis. Nã ita uisum est ipsis, & debitores illorũ sunt. Et eni si spiritualia sua cõmunicauerũt gẽtibus, debẽt et hæ i carnalibus ministrare illis. Hoc igitur ubi perfecero, & obsigna uero illis fructum hunc, reuertar per uos in Hispaniam. Scio nãq;, quod ubi uenero ad uos, cum plenitudine benedictionis Euangelij Christi ueniturus sim. Obsecro aũt uos fratres, per dominũ nostrũ IESVM Christiũ, et per dilectionẽ spiritus, ut me laborantẽ adiuuetis precationibus pro me ad Deũ, ut liberer ab incredulis in Iudæa, utq; ministeriũ hoc meũ, qd' exhibeo Hierosolymis, acceptũ sit sanctis, ut cũ gaudio ueniã ad uos, per uoluntatẽ Dei, unaq; uobiscũ refociller. Deus autẽ pacis sit cũ oĩbus uobis. Amẽ.

CAPVT. XVI.

Commendo autem uobis Pheben, sororem nostram, quæ est ministra ecclesiæ Cenchreensis, ut illam suscipiatis in Christo

in Christo, ita ut decet sanctos, & adsitis ei. in quocunq; uobis egerit negocio. Nam hæc cum multis adfuit, tum mihi etiam ipsi. Salutate Priscã, & Aquilam, adiutores meos in Christo IESV, qui pro anima mea suã ipsorũ ceruicẽ suppoſuerũt Quibus nõ ego solus gratias ago, sed & omnes ecclesiæ gẽtium: Itẽ quæ in domo illorũ est cõgregationẽ. Salutate Epænetum dilectũ meũ, qui est primitiæ Achaiæ in Christo. Salutate Mariam, quæ multum laborauit erga nos. Salutate Andronicũ, & Iuniam, cognatos meos, & cõcaptiuos meos, q̃ sunt insignes inter Apostolos, qui etiã ante me fuerũt in Christo. Salutate Amplиã dilectũ meũ in domino. Salutate Vrbanũ adiutorẽ nostrũ in Christo, & Stachyn dilectũ meum. Salutate Appellam, probatũ in Christo. Salutate eos qui sunt ex Aristobuli familiaribus. Salutate Herodionem cognatum meum. Salutate eos qui sunt ex Narcisi familiaribus, hos qui sunt in domino. Salutate Triphænam & Triphosam, quæ laborãt in domino. Salutate Persidem dilectã, quæ multũ laborauit in domino. Salutate Rufum, electum in domino, & matrem illius, ac meam. Salutate Asyncritũ, Phlegontẽ, Hermã, Patrobam, Mercuriũ, & q̃ cũ his sunt fratres. Salutate Philologũ & Iuliã, Nereũ & sororẽ eius, & Olympã, & qui cum his sunt, omnes sanctos. Salutate uos inuicem cũ osculo sancto. Salutãt uos ecclesiæ Christi. Obsecro autẽ uos fratres ut consideretis eos qui dissidia & offendicula cõtra doctrinã, quã uos didicistis, gignunt. & declinetis ab illis: Nam qui eiusmodi sunt, domino IESV Christo non seruiunt, sed suo uentri, & per blandiloquentiã & assentationẽ decipiũt corda simplicium. Nam uestra obedientia ad omnes pmanauit. Gaudeo igitur sanè de uobis: Sed uolo uos sapientes quidẽ esse ad bonum, syncer os autem ad

tem ad malum. Deus autē pacis cōteret ſatanam ſub pedes noſtros breui. Gratia domini noſtri IESV Chriſti ſit uobiſcū Salutant uos Timotheus cooperarius meus, & Lucius, & Iaſon & Soſipater, cognati mei. Saluto uos ego Tertius, q̄ ſcripſi epiſtolam in domino. Salutat uos Gaius hoſpes meus & eccleſiæ totius. Salutat uos Eraſtus, quæſtor ærarius ciuitatis & Quartus frater. Gratia domini noſtri IESV Chriſti ſit cū omnibus uobis, Amen.

Ei autem qui potens eſt uos cōfirmare ſecundum Euangelium meum, & præconiū IESV Chriſti, iuxta reuelationē myſterij, temporibus æternis taciti, manifeſtati uero nūc, & per ſcripturas propheticas iuxta delegationē æterni dei in obedientiam fidei, in omnes gentes patefacti, ſoli ſapiēti deo, per IESVM Chriſtum, cui gloria in ſæcula, Amen.

AD ROMANOS.
miſſa fuit à Corintho per Phœben miniſtram Cenchreenſis eccleſiæ.

IN EPISTOLAM AD CORINTHIOS PRIorem argumentum per Eraſmum Roterodamum.

Corinthus Achaiæ Metropolis olim erat, ob portuum cōmoditatē (eſt enim Iſthmos) emporiū totius Aſiæ tum celeberrimū. tum opulentiſſimum Ferè fit autē, ut euſmodi ciuitatū mores multò ſint corruptiſſimi, quod undiq; ex omni natiōe nō tam mores quàm uitia ſoleant importari: et magnam uitæ licentiam, negociatorum genus ſibi uindicat. Proinde Corinthij, tametſi prædicatiōe Pauli iampridem euangelicā doctrinam accepiſſent, tamē adhuc ingenij uitæq; prioris ueſtigia

nonnulla ac reliquiæ manebant, adeo, ut periculũ esset, ne per philosophos crucis prædicationẽ, ut humilẽ & indoctã fasti diẽtes & pseudapostolos, ad Iudaismũ inuitãtes, à Christi syncerita te alienarẽtur. Vsq; adeo ardua res est, ab ijs in quibus natus sis, & quibus diu assueueris, in aliũ hominẽ transformari. Quin diuus Hieronymus in præfatiõe scd'i libri cõmẽtariorũ, quos scripsit in epistolã ad Galatas, testatur sua etiam num ætate apud Achaicos, horũ quæ Paulus Corinthijs obiecit extitisse reliquias. Cũ hodie satis esse putemus aquula mõtingi, ut subito fias Christianus. Paulus igitur sciens, nõ minoris esse uirtutis parta tueri, quàm parasse filios suos: quos magno studio Christo genuerat (nã sesquiannũ apud illos egerat) pari studio ad Christũ reuocat, & in euãgelica doctrina cõfirmat, nũc apostolica sæuiẽs autoritate, corripiẽs, obiurgãs ac minitãs deniq;, nũc paterno affectu blandiẽs atq; exhortãs & necessariæ reprehẽsiõis acrimoniã laudis admixtu leniẽs, & sapiẽtũ medicorũ exẽplo, amarũ absinthij pharmacũ præluto melle cõdulcãs, ac singulis malis oportuna admouẽs remedia. Primũ opulẽtiæ comes solet esse tumor ac ferocitas. Et inter feroces plerũq; factiões oriũtur, dũ nullus alteri uult cedere, & se qsq; potiorẽ ducit. Ad hæc opes comitatur luxus & gulæ studiũ. luxus libidinẽ comitẽ trahit. Porrò negociatorũ peculiaris est auaritia. Neq; uero solũ tumebãt opibus, uerũ etiã Græcanicæ philosophiæ supcilio, sine qua cæteros, ut Barbaros despiciebant, Tumoris erat, qd' ex dignitate apostolorũ, à quo qsq; fuerat baptizatus, efferrẽt sese. Hĩc illæ diſsidiorum uoces, Ego Apollo, ego Cephæ, ego Pauli. Præter ea qd' ne in cõuenticulis quidem solẽnibus satis inter eos conueniret, cum in donis spiritualibus sibi quisq; placeret, & dũ

in eodẽ

in eodem dono sibi nollent inuicem cedere, tumultus & confusio nasceretur, adeo ut in publico cõuentu mulieres etiã loquerentur ac docerent. Porrò luxus simul & tumoris erat, quod quoties ad sacro sãctam cœnam cõuenirẽt, quã Paulus dominicã uocat, in qua maxime conueniebat præstare Christianã cõcordiã, diuites nõ expectatis tenuioribus, cibũ caperent, & usq; ad temulẽtiã sese ingurgitarẽt, esuriẽtibus cæteris, ut iã nõ solũ diſsidiũ illic esset & intẽperantia, uerumetiã indecora quædã inæqualitas, quã dominica cœna nesciebat. Iã parti tumoris, parti philosophiæ uitiũ erat, qd' Paulũ qui dã illorũ, ut tenuẽ atq; humilẽ, deide ineloquentẽ, & ĩperitũ fastidirẽt. Propriũ uero philosophiæ fuit, qd' resurrectionem mortuorũ, fidei nostræ basim, in dubiũ uocarent. Luxus erat. q, ꝑmiscue uescerẽtur ijs, q tũ simulacris dæmonũ ĩmolabantur, nõ uitato offendiculo infirmorum. Libidinis erat, q̃ nusq̃ gentiũ regnabat impunitius q̃ Corinthi, qd' præter alia repertus sit inter eos, q patris uxorẽ, hoc est, nouercã suam stupro cõtaminarit, nec huius autorẽ flagitij è suo cõtubernio ꝓfligarint, quodq; cũ alijs flagitiosis Christianis cõmertiũ habuerint, uelut illorũ uitijs fauẽtes. Huc ꝑtinet, qd' præter decorũ & uiri essent comati, & mulieres nõ uererẽtur nudo capite cõspici in cœtu ecclesiastico, uelut ipso corpis habitu mores effœminatos, ac delitias præ se ferentes. Auaritiæ erat, qd' nõ de fama, neq; de capite, sed de re pecuniaria inter sese lites agitarẽt, eò glisceẽte pecuniæ studio, ut Christiani rerũ eiusmodi contemptũ profeßi, apud ethnicos & impios iudices litigarent, magno dedecore Christiani noïs. Et adeo nõ negligerent potius pecuniolæ iacturã, ut ipsi ultro alios in hmõi negocijs circũuenirẽt. Postremo de matrimonio iter sese diſ-

sentiebāt, iā tū asseuerātibus quibusdā Christianis, in totū à cōiugio temperandū, cū uiderent apostolos ab uxoribus suis abstinere. Morbos oſtēdi Corinthiorū, nō oīm, sed quorundā ne gregē uniuersum cōtagio inficerēt, Paulus his remedijs occurrit. Primo loco præfatus fiduciā suā de futura illorum cōſtantia in Euāgelio Christi, seuerius obiurgat ac docet, ne p contentionē humanā in hoībus gloriētur, sed p concordiā ex æquo gloriētur in Christo, cui uni accepta ferēda sunt oīa obiter indicās fontē eiusmodi diſſidiorū, animi tumorē esse. Proinde à supcilio mūdanæ philoſophiæ, ad crucis humilitatem reuocat, quæ licet oſtentationē nō habeat, uim tamē & energiā habet. Indicat & autores huius mali pſeudapoſtolos, q poſt Pauli abitū ſeſe ingerebāt, declarās ſe rectum iecisse fundamentū, cauendū, ne illi ſupſtruerent qd' paulopoſt esset demoliendū, hoc est, ne qd diſcerent Corinthij, qd' mox esset dediſcendū. Deinde ceu pater cum filijs expoſtulat, qd' huc prouecti sint magnitudinis, ut iā autorē ſuū uelut humilē contēnant, nihil nō ppetientē euāgelij gratia, cui ob id ipſum magis etiā fauere conueniebat. Hortatur aūt filios, ne degenerent à patre, neu ultro ſe pædagogis in ſeruitutē dedant. Atq; hæc qdem potiſſimū agit capite primo, ſecūdo, tertio, & quarto. Porrò quarti finis ad quinti initium mihi uidetur ptinere. De inceſto præcipit, & publico cōſilio decernit, uitandā hoīs conſuetudinē: partim quo pudore correctus reſipiſcat, partim ne huius cōtactu cæteri inficiantur. Admonet aūt, non hūc mō uitandū, uerūetiā oēs q falſo titulo Christiani manifeſtis flagitijs essent infames. Nā ethnicos flagitioſos nō ita oportere uitari, ul' qd' noſtra nō referat, quales illi ſint, uel q paſsim essent flagitioſi, ut oēs uitandi fuerint ei, q flagi

tioſos

tiosos uellet effugere. Hæc agit capite quinto. Tertio de litibus admonet, si qd hmõi quæstionũ inter ipsos natũ esset, qd' ipsum tamẽ inter Christianos fœdũ uideretur, ob pecuniam, quæ nobis debeat esse uilissima, cõtendere, ne res eò ꝓcedat, ut ethnici iudices adeantur, sed ipsi p arbitros quoscũq; rem inter sese transigãt. Idq; agit capite sexto, cuius magna pars ad septimum ptinet, mea quidẽ sentẽtia: nimirũ ab eo loco, quo de matrimonio tractaturus, inter cætera uitia scortationem, adulteriũ, & masculã Venerẽ dãnat, idq; ꝓsequitur sub initiũ ꝓximi capitis: Nescitis q, mẽbra uestra tẽpla sunt Christi? Quarto loco præcipit de matrimonio, de uiduitate, de impari cõnubio, de diuortijs, de uirginitate: obiter admonẽs ob susceptũ Christianismũ, nõ esse mutandũ uitæ statũ. Totoq; hoc sermone ita hortatur ad cœlibatũ, & continentiã, ut tamẽ cõiugij remediũ nõ adimat ijs, qbus opus est. Hoc agitur cap. septimo. Quinto, docet, carnes īmolatas simulacris nihil differre à cæteris carnibus, & tamẽ ab his abstinendum, si periculũ sit, ne qs ethnicus. aut Christianus infirmior ex eo qd' uiderit, existimet te simulacrorũ assentiri culturæ. Ab his & hmõi uitijs ueterũ exẽplo deterret. Idq; agit capite octauo, ac rursus capite nono. Nã in medio expatiatur in cõmendationẽ sui, tacite se præferẽs cæteris apostolis etiam summis, q solus oĩm Corinthijs gratis impartierit doctrinam euangelicam. Sexto docet, qd oporteat obseruari in cõuentu publico Christianorũ, ne uiri sint comati, ne mulieres nudo capillitio, tum in dominico cõuiuio seruetur communitas & æqualitas, neq; enĩ illic agi negociũ uentris, qd' domi rectius agatur, sed mysticis epulis repræsentari cœnã dominicam. Præterea monet, ne quis ob dotẽ spiritualem sibi placeat, sed

suam

ſuã quiſq; dotẽ in cõe cõferat cõmodũ, exẽplo mẽbrorũ corporis, exhortãs, ut reliqs qdem donis, q̃ cõtigerunt, recte utãtur, præcipue tamẽ enitãtur ad charitatem, ſine qua reliqua adeo nihil cõducant, ut officiãt etiã. Porrò cũ charitati primas tribuerit, proximas tribuit ꝓphetiæ, ſic enĩ uocat enarrationẽ arcanæ ſcripturæ. In hac admonet uitandũ eſſe tumultum & confuſionẽ. Id fore, ſi uiciſſim & pauci dicãt, multe ribus interĩ ſilere iuſſis, adeo ut nec diſcẽdi gratia rogare liceat ĩ cœtu. Hæc agit capite undecimo, duodecimo, decimo tertio, & decimoquarto. Septimo loco uarijs argumentis aſtruit reſurrectionẽ mortuorũ, declarãs, qualis & qbus modis ſit ea futura. Atq; id qdem capite decimoquinto. Poſtremo capite familiaria q̃dam ſubijcit, de collatione pecuniæ in ſubſidia pauperũ, de ſuo ad Corinthios reditu. Poſtremo Timotheũ & alios aliquot illis cõmendat. Diuus Ambroſius putat hãc nõ eſſe primã epiſtolã quã Paulus ſcripſerit Corinthijs, hãc, opinor, coniecturã ſequutus, qd' capite quinto. Scripſi, inquit, uobis in epiſtola, quaſi prius alteris literis ſuperhac re ad illos ſcripſerit. Etiãſi græci interpretes diſſentiũt. Hãc miſſã putãt ꝑ Timotheũ, cuius ſemel atq; iterũ facit mentionẽ, ſimulq; ꝑ Stephanã, Fortunatũ, & Achaicũ, quos illis cõmendat. Rurſus alij putãt ab Epheſo miſſã, qd' in calce ſcribat: Permanebo aũt Epheſi uſq; ad Pentecoſten. Alij è Philippis, nã hãc inſcriptionẽ habẽt Græcorũ codices. Nec mihi cõiectare licet, qd ſequuti ſint, q ita ſenſerunt, niſi colligũt ex itinere ſcriptã, ob ea q̃ ſcribit Paulus: Veniã aũt cum Macedoniam ꝑtranſiero, nã Macedoniã ꝑtranſibo. Ac mox: Nolo enim uos modo in tranſitu uidere.

ARGVMENTI FINIS.

Epiſtola

EPISTOLA
PAVLI APOSTOLI AD CORINTHIOS PRIMA.

AVLVS VOCATVS APOstolus IESV Christi, per uoluntatem Dei, et Sosthenes frater, ecclesiæ dei, quæ est Corinthi, sanctificatis p̃ Christum IESVM, uocatis sanctis, unà cũ omnibus qui inuocant nomen domini nostri IESV Christi in quouis loco, uel suo, uel nostro. Gratia uobis & pax à Deo patre nostro, & domino IESV Christo. Gratias ago deo meo semper pro uobis de gratia Dei, quæ data est uobis p̃ Christum IESVM, quod in omnibus ditati estis per ipsum, in omni sermone, & omni cognitione, quibus rebus testimonium IESV Christi confirmatum fuit in uobis, adeo ut non destituamini in ullo dono, expectantes reuelationem domini nostri IESV Christi, qui & confirmabit uos usq; ad finem, inculpatos in die domini nostri IESV Christi. Fidelis Deus, per quem uocati estis in consortium filij ipsius IESV Christi domini nostri. Obsecro autẽ uos fratres, per nomen domini nostri IESV Christi, ut idẽ loquamini omnes, & nõ sint inter uos dißidia, sed sitis integrum corpus, eadem mente, eadem sententia. Significatũ est enim mihi de uobis fratres mei, à familiaribus Chloæ, q̃, contentiones sint inter uos. Dico aũt illud, qd' unusquisq; uestrũ dicit: Ego quidem sum Pauli, ego uero Apollo, ego uero Cephæ, ego uero Christi. Num diuisus est Christus? Nũ Paulus

crucifixus

crucifixus est pro uobis? aut in noīe Pauli baptizati fuistis? Gratias ago Deo, q̄ neminem uestrum baptizauerim, nisi Crispum & Gaium, ne quis dicat, q̄ in meo nomine baptizauerim. Baptizaui aūt & Stephanæ familiam. Præterea haud scio, num quem alium baptizarim. Non enim misit me Christus, ut baptizarem, sed ut euangelizarem, non erudito sermone, ne inanis reddatur crux Christi. Nam sermo crucis, ijs quidem qui pereunt, stultitia est, at nobis qui salutem conse-
Esaiæ. 29. quimur, potentia Dei est. Scriptum est enim: ✶ Perdam sapi-
Abdiæ. 1. entiam sapientium, & intelligentiam intelligētium reijciam.
Esaiæ. 33. ✶ Vbi sapiens? ubi scriba? ubi disputator sæculi huius? Nónne infatuauit Deus sapientiam mūdi huius? Nam postquam in sapientia dei, non cognouit mundus per sapientiam deum, uisum est Deo, per stultitiam prædicatiōis saluos facere credentes. Quandoquidem & Iudæi signum postulant, & Græci sapientiam quærunt. Nos aūt prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem offendiculum, Græcis uero stulticiam: sed ijsdem uocatis Iudæis, pariter & Græcis Christum Dei potentiam, ac Dei sapientiam. Quoniam stultitia dei sapientior est quàm homines, & imbecillitas dei robustior est q̄ homines. Videtis enim uocationem uestram fratres, q̄ nō multi sapientes secundum carnem, nō multi potentes, nō multi claro genere nati, uerum quæ stulta erant secundum mundum delegit Deus, ut pudefaceret sapientes, & quæ erant imbecillia in mundo, delegit Deus, ut pudefaceret ea quæ sunt robusta: & quæ ignobilia erant in mundo contemptaq̄, delegit Deus: & ea quæ non erant, ut ea quæ sunt obliteraret, ut ne gloriaretur ulla caro coràm ipso. Ex eodem autem uos estis in Christo IESV, qui factus fuit nobis sapientia à deo, & iustitiaq̄

iusticiaq;, & sanctificatio, & redemptio. Vt quemadmodum scriptum est: Qui gloriatur, in domino glorietur.

CAPVT II.

ET ego cum uenirem ad uos fratres, nõ uenieb̃ cũ emi-
nentia sermonis, aut sapientiæ, annũcians uobis testimo
nium Dei. Non enim me iudicaui quicq̃ scire inter uos, nisi
IESVM Christum, & hunc crucifixum. Et ego p infirmita
tem, & cum timore, ac in tremore multo apud uos uersatus
sum, & sermo meus et prædicatio mea, nõ erat in psuasorijs
humanæ sapientiæ uerbis, sed in ostensiõe spiritus ac poten
tiæ, ut fides uestra non sit in sapiẽtia hoĩm, sed in potẽtia dei.
Porrò sapientiam loquimur inter pfectos, sapientiam aũt, nõ
sæculi huius, neq; principum sæculi huius, qui abolentur: sed
loquimur sapientiam Dei in mysterio, quæ est recondita, quã
præfinierat Deus ante sæcula, in gloriã nostram, quam nemo
principum sæculi huius cognouit. Nam si cognouissent, haud
quaq̃ dominum gloriæ crucifixissent. Sed quẽadmodum scri-
ptum est. ✶ Quæ oculus non uidit, & auris non audiuit, & Esai. 64.
in cor hoĩs non ascenderunt, quæ præparauit Deus diligenti
bus se. Nobis aũt Deus reuelauit p spiritũ suum. Spiritus enĩ
oĩa scrutatur, etiam profunditates Dei. Quis enim hoĩum no
uit ea quæ sunt hominis: nisi spiritus hoĩs, qui est in eo? Sic
& ea quæ sunt Dei, nemo nouit, nisi spiritus Dei. Nos uero
non spiritum mundi accepimus, sed spiritum qui est ex Deo,
ut sciamus quæ à CHRISTO donata sint nobis, quæ &
loquimur: non sermonibus quos docet humana sapientia,
sed quos docet spiritussanctus, spiritualibus spiritualia com
parantes. Animalis autem homo non accipit ea, quæ sunt
spiritus Dei: stultitia siquidem illi sunt, nec potest cogno-
scere,

ſcere, q̃ ſpiritualiter dijudicãtur. At ſpiritualis dijudicat q̃dẽ oĩa, ipſe uero à nemĩe dijudicatur. Quis.n. cognouit mentẽ dñi, q̃ conſiliũ daturus ſit illi? Nos aũt mentẽ Chriſti tenemus.

CAPVT III.

ET ego fratres, nõ potui loqui uobis, ut ſpiritualibus, ſed loquendum fuit ut carnalibus, ut infantibus in Chriſto. Lactis potu uos alui, & nõ cibo. Nondum enĩ poteratis, imò ne nunc quidem adhuc poteſtis, nã adhuc carnales eſtis. Stquidem cum in uobis ſit æmulatio & contentio, & factiões, nónne carnales eſtis, & ßm hoĩem ambulatis? Eteni cũ dicat aliquis, ego quidem ſum Pauli, alter uero, ego Apollo, nónne carnales eſtis? Quis igitur eſt Paulus, quis aũt Apollo? niſi miniſtri, p quos credidiſtis, & ut cuiq; dominus dedit. Ego plãtaui, Apollo rigauit, ſed deus dedit incrementũ. Itaq; neq; qui plantat eſt aliquid, neq; qui rigat, ſed qui dat incrementũ Deus. Cæterum is qui plantat, & is qui rigat, unum ſunt. Vnuſquiſq; tamen ſuam mercedem accipiet, iuxta ſuum laborem. Etenim Dei ſumus cooperarij, dei agricolatio, dei ædificatio eſtis iuxta gratiam Dei, quæ data eſt mihi. Vt ſapiens architectus fundamẽtum poſui, alius aũt ſup illud ædificat. Porrò quiſq; uideat quomodo ſuperſtruat. Nam fundamẽtum aliud nemo poteſt ponere, præter hoc quod poſitum eſt, quod eſt IESVS Chriſtus. Quod ſi quis ſuperſtruit ſup fundamentũ hoc, aurũ, argentũ, lapides precioſos, ligna, fœnum, ſtipulã, cuiuſq; opus manifeſtum fiet. Dies enĩ declarabit, qd' in igne reuelatur, & cuiuſq; opus quale ſit, ignis probabit. Si cuius opus manſerit, quod ſuperſtruxit, mercedem accipiet, ſi cuius opus exuſtum fuerit, damnum patietur, ipſe uero ſaluus fiet, ſed ſic tanq̃ per ignem. An neſcitis quod templum Dei eſtis, & ſpiritus

& spiritus dei habitat in uobis? Si quis templum dei profanat, hunc perdet deus. Nam templum dei sanctum est, quod estis uos. Ne quis seipsum fallat. Si quis sibi uidetur sapiens esse inter uos, in sæculo hoc, stultus fiat, ut reddatur sapiēs. ✶ Roma. 1.
Etenī sapiētia mūdi huius, stultitia est apud deū Scriptum est Iob. 5.
enī. ✶ Qui cōprehendit sapiētes in astutia ipsorū. Et rursum Psal 93.
✶ Dominus nouit cogitatiōes sapientiū, quod sint uanæ. Itaq; ne qs glorietur in hoībus. Oīa nāq; uestra sunt, siue Paulus, siue Apollos, siue Cephas, siue mundus, siue uita, siue mors, siue præsentia, siue futura, oīa inquā uestra sunt, uos autē Christi, Christus uero Dei.

CAPVT IIII.

SIc nos æstimet homo, ✶ ut ministros Christi & dispēsato 2. Cor. 6.
res mysteriorū Dei. Quod superest autē illud requiritur in dispensatoribus, ut fidus aliquis reperiatur. Mihi uero ✶ mi nimo est, ut à uobis dijudicer, aut ab humano iudicio, imò nec meipsum dijudico. Nullius eī rei mihi cōscius sum, sed nō per hoc iustificatus sum. Cæterū qui me iudicat, dominus est. Proinde ne ante tēpus quicquā iudicetis, donec uenerit dominus qui & illustraturus est occulta tenebrarum, & patefaciet consilia cordiū, ac tunc laus erit unicuiq; à deo. Hæc aūt fratres per figuram transtuli in meipsum, & in Apollo, propter uos, ut in nobis disceretis, ne quis supra id quod scriptum est de se sentiat, ut ne hic illius, ille huius noīe inflemini, alius aduersus aliū. Quis enī te dijudicat? Quid autē habes, quod nō accepisti? Quod si etiā accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Iam saturati estis, iam ditati estis, absq; nobis regnū adepti estis, atq; utinā adepti sitis, ut & nos simul uobiscū regnemus. Arbitror enī quod Deus nos, qui sumus Apostoli postremi, ostēderit tanquā morti addictos, Quoniā spectaculum

facti sumus mundo, & angelis, & hominibus. Nos stulti propter Christum, uos autem prudentes per Christum, nos imbecilles, uos autem ualidi, uos clari, nos contempti. Ad hoc usq; tempus & esurimus & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & incertis uagamur sedibus, et laboramus operantes pprijs manibus, male audiētes, benedicimus. persecutionem pacientes, sustinemus, cōuicijs affecti, obsecramus, ueluti excrementa mundi facti sumus, omniū reiectamentum ad hunc usq; diem. Non quo uos pudore suffundam hæc scribo, sed ut filios meos dilectos admoneo. Nam etiā si innumeros pedagogos habeatis in Christo, nō multos tamē habetis patres. Siquidē in Christo IESV, per Euangeliū ego uos genui. Adhortor itaq; uos, ut imitatores mei sitis. Hac de caussa misi uobis Timotheum, qui est filius meus dilectus, & fidelis in domino, q uobis in memoriam reducet uias meas, quæ sunt in Christo, quèadmodū ubiq; in omni ecclesia doceo. Proin de quasi nō sim uenturus ad uos, inflati sunt quidā. Sed ueniā breui ad uos, si dominus uoluerit, & cognoscā non sermonē istorū qui inflati sunt, sed uirtutē. Nō enī in sermone regnum est dei, sed in uirtute. Quid uultis? Cū uirga uenio ad uos, an cū charitate & spiritu lenitatis.

CAPVT. V.

Christum ex nouo testamento

OMnino auditur inter uos stuprū, & huiusmodi stuprū quod nec inter gentes nominatur, ut aliquis uxorem patris habeat. Et uos inflati estis, ac nō potius luxistis, ut tolleretur de medio uestrum, qui facinus hoc perpetrasset. Nam
Colos. 2. ego quidē, ✶ut absens corpore, præsens autem spiritu, iā decreui tanquā præsens, ut is qui sic hoc patrauit, in nomine domini nostri IESV Christi, congregatis uobis & meo spiritu, unà cum potestate domini nostri IESV Christi, tradatur

satanæ

satanæ ad interitum carnis, quo spiritus saluus sit in die domini IESV. Non est bona gloriatio uestra. An nescitis, quod paululum fermentit totã conspersionẽ fermentat? Expurgate itaq; uetus fermentũ, ut sitis noua cõsperſio, sicut estis infermẽtati. Nam & pascha nostrũ pro nobis immolatus est Christus. Itaq; festum celebremus nõ in fermẽto ueteri, nec in fermento maliciæ & uersutiæ, sed in panibus fermento carentibus, hoc est, synceritate & ueritate. Scripsi uobis per epistolam: Ne cõmisceremini cum scortatoribus ac non omnino cũ scortatoribus mũdi huius, aut cum auaris, aut cum rapacibus, aut simulacrorum cultoribus: Alioqui utinam uidelicet ẽ mũdo exissetis. Nunc autẽ scripsi uobis, ne cõmisceamini. Si qs cum frater appelletur, fuerit scortator, aut auarus, aut simulacrorum cultor. aut conuiciator, aut ebriosus, aut rapax, cũ eiusmodi ne cibum quidem capiatis. Quid enim ad me attinet, etiam de his qui foris sunt iudicare? Nónne de his qui intus sunt, iudicatis? Eos uero qui foris sunt, Deus iudicat. Etiã profligate istum qui malus est, ex uobisipsis.

CAPVT VI.

SVstinet aliquis uestrum, negocium habens cum altero iudicare sub iniustis. & non magis sub sanctis? An nescitis, quod sancti mundum iudicabunt? Et si per uos iudicatur mundus. indigni estis minimis iudicijs? An nescitis, quod angelos iudicabimus, non tantum ista quæ ad uictum pertinent? Proinde iudicia siquidem habueritis de ijs, quæ ad uitæ usum attinent, qui contempti sunt in ecclesia, eos constituite. Ad erubẽscentiam uestrum dico. Adeo non est inter uos sapiens? Ne unus quidem, qui possit dijudicare inter fratrẽ suum & fratrem? Sed frater cum fratre litigat, idq; sub infidelibus? Itaq;

iám quidém omnino delictum in uobis est, quod lites habetis inter uos inuicē. Cur nō potius iniuriā patimini? cur nō potius damnum accipitis? Imò uos iniuriam facitis, & damno afficitis, idq; fratres? An nescitis, quod iniusti regni Dei hæreditatem non consequentur? Ne erretis. Neq; scortatores, neq; cultores simulacrorum, neq; adulteri, neq; molles, neq; qui concumbunt cum masculis, neq; fures, neq; auari, neque ebriosi, neq; maledici, neq; rapaces, regni dei hæreditatē accipient. Atq; hæc cratis quidā. sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis per nomen domini IESV, & per spiritum dei nostri. Omnia mihi licent, at non omnia conducunt. Omnium mihi potestas est, at ego non redigar sub ullius potestatē. Escæ uentri destinatæ sunt, & uenter escis, Deus autem & hunc & illas abolebit. Corpus uero non stupro sed domino, & dominus corpori. Deus autem & dominum suscitauit, & nos suscitabit per potentiam suam. An nescitis qd' corpora uestra membra sunt Christi? Nū igitur tollēs mēbra Christi, faciā scorti mēbra? Absit: An nescitis, quod qui adglutinatur scorto, unū corpus est? Rediguntur enī, inquit, duo in carnē unā: At qui adglutinatur domino, unus spiritus est. Fugite scortationē. Omne peccatū, quodcūq; fecerit homo, extra corpus est. Sed qui scortatur. in proprium corpus peccat. An nescitis, qd' corpus uestrum templum est habitantis ī uobis spiritus sancti, quē habetis à deo, & nō estis ipsi uestri iuris? Nam empti estis precio. Glorificate iam deum in corpore uestro, & in spiritu uestro, quæ sunt Dei.

CAPVT VII.

CAeterum de quibus scripsistis mihi: Bonum est homini uxorem non attingere. Attamen propter stupra, uitanda, suam

da, ſuam quiſq; uxorem habeat, & ſuũ quæq; uirum habeat
Vxori uir debitam beneuolentiam reddat: Similiter autem et
uxor uiro, Vxor proprij corporis ius non habet, ſed maritus.
Similiter & maritus proprij corporis ius nõ habet, ſed uxor
Ne fraudetis uos inuicẽ, niſi ſi quid ex conſenſu, pro tempore
ut uacetis ieiunio & precationi, & rurſum in unum conue-
niatis, ne tentet uos ſatanas propter intemperantiam uestrã,
Hoc autẽ dico iuxta indulgentiã, nõ iuxta præceptum. Nam
uelim omnes homines eſſe, ut & ipſe ſum. Sed unuſquiſque
proprium donum habet ex deo, alius quidem ſic, alius autem
ſic. Dico autem inconiugatis & uiduis, bonum eis eſt, ſi man
ſerint, ut & ego. Quod ſi ſe non continent, contrahant matri
monium. Nam ſatius eſt matrimonium contrahere, quàm uri
At coniugatis præcipio, non ego, imò dominus: uxor à uiro
ne ſeparetur, quod ſi ſeparata fuerit, maneat innupta, aut ma
rito reconcilietur, & maritus uxorẽ ne dimittat. Reliquis
autem ego dico, non dominus: Si quis frater uxorem habet in
fidelem, & hæc aſſentitur ut habitet cum illo, ne dimittat eã
& mulier quæ habet maritum infidelem, & is aſſentitur, ut
habitet cum ea, ne dimittat illum. Sanctificatus eſt enĩ mari
tus incredulus per uxorem, & ſanctificata eſt uxor incredu
la per maritum. Alioqui filij uestri immundi eſſent, nunc au-
tem ſancti ſunt. Quod ſi incredulus diſcedit, diſcedat. Nõ eſt
ſeruituti ſubiectus frater aut ſoror in huiuſmodi, ſed ĩ pace uo
cauit nos deus. Quĩ nãq; ſcis mulier, an maritum ſis ſeruatu
ra? Aut qui ſcis uir, an uxorem ſis ſeruaturus? Vtcũq; fuerit,
unuſquisq; ut ipſi partitus eſt deus, ✶ unuſquisq; ut illũ uoca Ephe. 4.
uit dominus, ita ambulet: & ſic in eccleſijs oĩbus ordino. Cir
cunciſus aliquis uocatus eſt? ne accerſat præputiũ. In præpu

Ad Timo. 1. Cap. 3. Matth: 19.

tio aliqs uocatus est? ne circũcidatur. Circũcisio nihil est, & præputiũ nihil est, sed obseruatio mandatorũ Dei. Vnusqsq; in ea uocatiõe, in qua uocatus fuit, maneat. Seruus uocatus es? Ne sit tibi curæ: qn etiã si potes liber fieri, potius utere. Et enim qui in domino uocatus est seruus, libertus domini est. Similiter & qui liber uocatus fuit, seruus est Christi. Precio empti fuistis, nolite fieri serui hominũ. Vnusquisq; in eo, in quo uocatus fuit, fratres, maneat apud Deum. De uirginibus autẽ præceptũ domini non habeo, cõsiliũ tamẽ do, tanquã miser i cordiã consequutus à domino, in hoc ut sim fidelis. Arbitror igitur hoc bonũ esse propter præsentem necessitatem. Nam bonum est homini sic esse. Alligatus es uxori? ne quære diuortium. Solutus es ab uxore? ne quæras uxorẽ. Quodsi duxeris uxorem, nõ peccasti. Et si nupserit uirgo, non peccauit. Attamen afflictionẽ in carne habituri sunt huiusmodi. Ego uero uobis parco. Cæterũ illud dico fratres, tempus contractũ est: superest, ut qui habent uxores, sint tanquã nõ habeãt: & qui plorant, tanquã non plorẽt: & qui gaudent, tanquã non gaudeant: & qui emunt, tanquam nõ possideant: & qui utuntur mundo hoc, tanquam non utantur. Præterit enim habitus huius mũdi. Velim autẽ uos absq; sollicitudine esse. Qui cœlebs est, curat ea quæ sunt domini: quomodo placiturus sit domino At qui duxit uxorem, sollicitus est de his quæ sunt mundi. quomodo placiturus sit uxori. Diuisa sunt hæc duo, mulier et uirgo. Innupta curat ea, quæ sunt domini, ut sit sancta, cũ corpore, tum spiritu. Contra, quæ nupta est, curat ea quæ sunt mundi, quomodo placitura sit uiro. Hoc autẽ ad id, qd uobis cõducibile est, dico: non uti laqueũ uobis iniiciã, sed ut quod honestum ac decorum est, sequamini, et adhæreatis domino, absq;

ulla

ulla distractione. Quod si quis indecorum uirgini suæ putat, si prætereat nubendi tempus, & sic oportet fieri: quod uult faciat, non peccat, iungantur matrimonio. Cæterum, qui stat firmus in corde, non habens necessitatem, sed potestatem habet ppriæ uoluntatis, & hoc decreuit in corde suo, ut seruet suã uirginem, bene facit. Itaq; qui elocat nuptum, bene facit. Atta men, qui non elocat nuptum, melius facit. ✶ Vxor alligata est Roma. 7.
matrimonio, quandiu uiuit maritus eius. Quod si dormierit maritus illius, libera est ad cui uelit nubẽdum, modo in domino. Attamen beatior est, si sic maneat, iuxta meam sententiam
Opinor autem quod & ipse spiritum dei habeam.

CAP. VIII.

Cæterũ de his quæ simulacris immolantur, scimus, quod omnes scientiã habemus. Scientia inflat, charitas uero ædificat. Quod si quis sibi uidetur aliqd scire, nondum quicquam nouit, quemadmodũ oporteat scire. At si quis diligit deum, hic cognitus est ab illo. De esu igitur eorum quæ simulacris immolantur, scimus quod nullum est simulacrum in mundo: & quod nullus sit deus alius, nisi unus. Nã etiam si sunt qui dicantur dij, siue in cœlo, siue in terra, quemadmodum sunt dij multi, & domini multi: nobis tamen unus est deus, qui est pater ille, ex quo omnia & nos in illum: & unus dominus IESVS Christus, per quem omnia, & nos per illum, sed non in omnibus est scientia. Nonnulli uero cum cõscientia simulacri usq; ad hoc tempus, tanquã simulacris immolatum edunt: & conscientia illorũ infirma cum sit, polluitur. Atqui esca nos nõ cõmendat deo, neq; si comedamus, aliquid nobis supereſt: neq; si nõ comedamus, quicquã nobis deest. Sed uidete, ne quomodo facultas ista uestra offẽdiculo sit ijs, qui infirmi sunt. Etenim si quis conspexerit te qui habes scientiam

entiam, in epulo simulachrorum accumbentem, nõne conscientia eius, qui infirmus est, ædificabitur ad edẽdum ea, quæ sunt simulacris immolata? Et peribit frater, qui infirmus est in tua scientia, propter quem Christus fuit mortuus. Sic autẽ peccãtes in fratres, & uulnerantes illorũ conscientiam infirmã, in Christum peccatis. Quapropter si esca offendit fratrẽ meũ, haud quaquam uescar carnibus in æternũ, ne fratri meo sim offendiculo.

CAPVT IX.

AN nõ sũ Apostolus? an nõ sũ liber? an nõ IESVM Christũ dominũ nostrũ uidi? an nõ opus meũ uos estis in domino? Si cæteris nõ sum Apostolus, at sanè uobis sũ. Siquidẽ sigillum apostolatus mei, uos estis in domino. Mea respõsio apud eos q̃ me ũterrogãt, hæc est: An non habemus potestatẽ edendi ac bibẽdi? An non habemus potestatẽ, sororẽ mulierẽ circũducẽdi, quẽadmodũ & cæteri Apostoli, & fratres domini, & Cephas? aut solus ego & Barnabas nõ habemus potestatem hoc faciendi? Quis militat suis stipendijs unquã? quis plãtat uineam, & de fructu eius nõ edit? Aut quis pascit gregem, & de lacte gregis nõ edit? Num secundũ hominẽ hæc dico? An non & lex eadem dicit? Etenim in Mosi lege scriptũ est: Non obligabis os boui triturãti. Num boues curæ sunt deo? an hoc propter nos omnino dicit? propter nos enim hoc scriptũ est, quod sub spe debeat is, qui arat, arare, & qui triturat sub spe, spei suæ pticeps esse debeat. Si nos uobis spiritualia seminauimus, magnũ est, si nos uestra carnalia messuerimus? Si cæteri potestatis erga uos participes sunt, cur nõ potius nos? Atq nõ usi fuimus potestate ista, sed omnia sufferimus, ne quod offendiculum demus Euãgelio Christi. An nescitis quod ij qui in sacris operantur, ex sacrificio uiuunt? Qui sacrario assistunt

Deute. 25. 1. Timo. 5.

unà

unà cũ sacrario partẽ accipiũt? Sic & dominus ordinauit, ut q Euangelium annunciant, ex Euangelio uiuãt. Ego tamen nullo horũ usus fui. Quanq̃ non scripsi hæc, ut ita fiat in me. Nam bonũ est mihi mori potius, q̃ ut gloriationẽ meã aliqs inanẽ reddat. Etenĩ si euangelizem, nõ est quod glorier. Necessitas enĩ mihi incũbit. Væ aũt mihi est, nisi euangelizem. Nisi Euang. Nam si uolens hoc faciã, præmiũ habeo, sin inuitus, dispensatio cõmissa est mihi. Quod igitur mihi est præmiũ? Vt cum euangelizem gratuitũ efficiã Euangelium Christi, in hoc, ne abutar potestate mea in Euangelio. Etenim cũ liber sim ab oĩbus, oĩbus meipsum seruum feci, quo plureis lucrifaciã: & factus sum Iudæis, quasi Iudæus, ut Iudæos lucrifaciam, ijs qui sub lege sunt, quasi sim sub lege, ut eos qui sub lege sunt, lucrifaciam, his qui sine lege sunt, tanq̃ sim sine lege, cum non sim sine lege deo, sed obnoxius legi Christi, ut lucrifaciã eos qui sunt sine lege. Factus sum infirmis quasi infirmus, ut infirmos lucrifaciã. Oĩbus factus sum oĩa, ut omnino aliquos seruem. Hoc aũt facio propter Euangelium, ut particeps illius fiam. An nescitis q, qui in stadio currũt, oẽs qdem currũt, sed unus accipit præmiũ? Sic currite, ut comprehẽdatis. Omnis aũt qui certat, p oĩa tẽperans est, illi quidem igitur, ut peritura coronã accipiant, nos aũt ut æternã. Ego itaq; sic curro ut nõ in incertũ: sic pugilẽ ago, nõ uelut aërem feriẽs, uerum subijcio corpus meum, & in seruitutem redigo, ne quo modo fiat, ut cum alijs prædicarim, ipse reprobus efficiar.

CAPVT X.

NOlim autẽ uos ignorare fratres, quod * patres nostri omnes sub nube erant, & omnes per mare transierũt, & omnes in Mosen baptizati sunt in nube & in mari, Exod. 13 Exod. 14 Exo. 16.

Exod.17. * & oēs eandem escā spiritualem comedebant, * & oēs eundem potū spiritualem bibebant. Bibebant enim de spirituali, quæ illos comitabatur, petra, petra uero fuit Christus.
Nume.20 Sed plures illorū non approbauit Deus. * Prostrati sunt enī in deserto. Hæc aūt figuræ nostri fuerunt, ne nos simus concupiscentes rerū malarū, quemadmodū & illi concupierūt.
Exod. 32. Neq; simulacrorū sitis cultores, sicuti quidā illorū quemadmodum scriptū est: * Sedit populus ut ederet ac biberet, &
Nume. 25 surrexerunt ad ludendū. Neq; stupris inquinemur, * sicuti q dam illorū stupris polluti sunt, & cōciderunt uno die uiginti
Nume.21. tria milia. Neq; tentemus Christum, * sicut & quidā illorū tentauerunt, & à serpentibus extincti sunt. Neq; murmuretis sicut & quidā illorum murmurauerunt, & interēpti sunt ab exterminatore. Hæc aūt oīa figuræ cōtigerunt illis, Scripta uero sunt propter admonitionem nostri, in quos termini ætatū inciderunt. Proīde q sibi uidetur stare, uideat ne cadat. Tentatio uos non cœpit, nisi humana. Sed fidelis est Deus, q non sinet uos tentari, supra id quod potestis, imò faciet unà cum tentatione euentum, quo possitis sufferre. Quapropter dilecti mei, fugite ab simulacrorū cultu, ut prudētibus loquor, iudicate uos quod dico. Poculū benedictionis. cui benedicimus nōne cōmunicatio sanguinis Christi est? Panis quē frāgimus, nōne cōmunicatio corporis Christi est? Quoniā unus panis unum corpus multi sumus. Nam oēs ex eodē pane participamus. Videte Israēlem iuxta carnē. Nónne qui edunt uictimas participes sacrarij sunt? Quid ergo dico quod simulacrum aliquid sit? aut quod simulacris immolatum aliquid sit? Non, uerum illud dico, quod quæ immolant gentes, dæmonijs immolant, & nō deo. Nolim aūt uos consortes dæmoniorum esse.

Non

Non poteſtis poculũ domini bibere,& poculũ dæmoniorũ. Non poteſtis menſæ domini participes eſſe,& menſæ dæmoniorum. An prouocamus dominũ? Num fortiores illo ſumus? Omnia mihi licent, at nõ oĩa conducunt. Omnia mihi licent, ſed non oĩa ædificãt. Nemo quod ſuum eſt, quærat, ſed quiſq; quod alterius eſt. Omne quod in macello uẽditur edite, nihil interrogantes propter conſcientiã. Domini ſiquidem eſt terra,& plenitudo eius. Quod ſi quis uocat uos infidelium,& uultis ire, quicquid apponitur uobis, edite, nihil interrogãtes ꝓpter conſcientiã. Quod ſi quis uobis dixerit, hoc ſimulacris immolatũ eſt, ne edatis, propter illũ q indicauit,& ꝓpter cõſcientiam. Domini ſiquidem eſt terra,& plenitudo eius. Porrò conſcientiã dico, nõ tuã, ſed illius alterius. Cur enĩ libertas mea iudicatur ab alia cõſcientia? Quod ſi ego cũ gratia participo, cur ob id mihi male dicitur, pro quo ego gratias ago? * Siue igitur editis, ſiue bibitis, ſiue qd facitis, oĩa in gloriam dei facite. Tales eſtote, ut nullũ præbeatis offendiculũ, neq; Iudæis, neq; Græcis, neq; eccleſiæ dei: quemadmodũ ego per omnia omnibus placeo, non quærens meã ipſius utilitatẽ, ſed multorum, ut ſalui fiant. Coloſ. 3.

CAP. XI.

IMitatores mei eſtote, ſicut& ego Chriſti. Collaudo autẽ uos fratres, q oĩa mea memoria tenetis: & quemadmodũ tradidi uobis, inſtituta tenetis. Sed uolo uos ſcire, q omnis uiri caput Chriſtus eſt. * Caput aũt mulieris uir. Caput uero Chriſti Deus. Omnis uir orans, aut prophetans, quicquã habẽs in capite, probro afficit caput ſuum. Omnis uero mulier orans aut prophetans non uelato capite, deboneſtat caput ſuum. Nam id perinde eſt prorſus, ac ſi raſa eſſet. Etenim ſi non uelatur mulier, etiam tondeatur. Quod ſi fœdum eſt mulieri Ephe. 5.

lieri tonderi aut radi,ueletur. Vir qdem nõ debet uelare caput,cum is imago ſit & gloria dei. At mulier gloria uiri eſt. Non enĩ eſt uir ex muliere,ſed mulier ex uiro. Neq; enĩ conditus eſt uir ꝓpter mulierẽ,ſed mulier ꝓpter uirum. Propter hoc debet mulier poteſtatem habere in capite,propter angelos,alioqui neq; uir abſq; muliere, neq; mulier abſq; uiro in domino. Nã quemadmodũ mulier ex uiro eſt, ita et uir p mulierẽ,oĩa uero ex deo. Inter uoſipſos iudicate,-num decorum eſt,mulierem nõ uelatã deũ orare? An ne natura qdem ipſa hoc docet uos,quod uiro quidẽ ſi comatus fuerit,probro ſit? Contra,mulieri ſi comata fuerit,gloriæ ſit? eo q; coma ꝓ uelamine data ſit. Cæterũ,ſi qs uidetur cõtentioſus eſſe, nos huiuſmodi conſuetudinẽ nõ habemus,neq; eccleſiæ dei. Illud tamen præcipiẽs nõ laudo,q; nõ in melius,ſed in deterius conuenitis. Nã primũ qdem,cũ cõuenitis in eccleſia, audio diſſidia in uobis eſſe,& aliqua ex pte credo. Oportet enĩ & ſectas in uobis eſſe,quo q; ꝓbati ſunt, manifeſti fiant inter uos.

Igitur cũ cõuenitis in eundẽ locũ,nõ licet dominicã cœnam edere,q; unuſquiſq; ꝓpriam cœnã occupat in edẽdo. Et hic quidẽ eſurit,ille uero ebrius eſt. Nũ ſanẽ domos non habetis ad edendũ & bibendũ? An eccleſiã dei cõtemnitis, & pudefacitis eos q nõ habẽt? Quid uobis dicam? Laudabo uos? In hoc nõ laudo. Ego enĩ accepi à domino,qd' & tradidi uobis, qd' dominus IESVS, in ea nocte qua traditus eſt, accepit panẽ: & poſtq; gratias egiſſet,fregit ac dixit: Accipite,edite:

Matt.26. Marc.14. Lucæ.22. ✠ Hoc meũ eſt corpus,qd' ꝓ uobis frangitur, hoc facite in mei cõmemorationẽ. Ad eundẽ modũ & poculum,pacta cœna,dicẽs: Hoc poculũ nouũ teſtamentũ eſt in meo ſanguine, hoc facite, quotieſcunq; biberitis, in mei cõmemorationẽ.

Quotieſ-

Quotiescunq; enī comederitis panē hūc, & de poculo bibe ritis, mortē domini annūcietis, donec uenerit. Itaq; quisquis ederit panē hūc, aut biberit de poculo domini indigne, reus erit corpis & sanguinis domini. Probet aūt hō seipsum, & sic de pane illo edat & de poculo illo bibat. Nā q edit aut bibit indigne, iudiciū sibijpsi edit & bibit, nō dijudicās corpus domini. Propter hoc inter uos multi imbecilles & inualidi, & dormiunt multi. Etenim si nosipsos dijudicassemus, haud quaq; iudicati fuissemus. At cum iudicamur, à domino corripimur, ne cū mundo cōdemnemur. Itaq; fratres mei, cū conuenitis ad comedendū, alius alium expectate. Quod si quis esurit, domi edat, ne ad condemnationē conueniatis. Cætera uero, cum uenero disponam.

CAP. XII.

PORRÒ de spiritualibus fratres, nolo uos ignorare. Scitis q, gentes fuistis, & ad simulacra muta utcunq; ducebamini sequentes. Qua ppter notum uobis facio, q, nullus p spiritum dei loquens dicit anathema IESVM, & nemo pōt dicere dominum IESVM, nisi per spiritum sanctum. Diuisiones aūt donorum sunt, sed idem spiritus, & diuisiones ministeriorum sunt, & idem dominus, & diuisiones operationum sunt, sed idem est Deus, efficiens oīa in oībus. Vnicuiq; uero datur manifestatio spiritus ad id quod expedit. Nā huic quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alij uero sermo scientiæ, secundum eundem spiritum, alij uero fides per eundem spiritum, alij uero dona sanationū per eūdem spiritum, alij uero efficatiæ potentiarum, alij uero prophetia, alij uero discretiones spirituum, alij uero genera linguarum, alij uero interpretatio linguarum, sed oīa hæc efficit unus ille & idē spiritus, diuidēs peculiariter unicuiq; sicuti uult. Quemadmodum Roma. 12.

Ephe. 4. admodum enim corpus unum est, & mẽbra habet multa, oĩa uero mẽbra corpis unius, & multa cũ sint, unũ sunt corpus, sic & Christus. Etenim p unum spiritum nos oẽs in unum corpus baptizati sumus, siue Iudæi, siue Græci, siue serui, siue liberi, & oẽs unum spiritum hausimus. Etenim corpus non est unum mẽbrum, sed multa. Si dicat pes, non sum manus, non sum de corpore, num ideirco non est de corpore? Et si dicat auris, non sum oculus, non sum de corpore, num ideo nõ est de corpe? Si totum corpus oculus, ubi auditus? Si totũ auditus, ubi olfactus? Nũc aũt Deus posuit mẽbra, unũquodq; singulatim in corpe, quemadmodũ uoluit. Quod si essẽt oĩa unũ membrum, ubi corpus? Nunc aũt multa quidẽ mẽbra, unum uero corpus. At nõ põt oculus dicere manui, nõ ẽ mihi opus te, aut rursum caput pedibus, nõ ẽ mihi opus uobis, imò multo potius, quæ uidentur membra corpis imbecilliora esse, necessaria sunt, & quæ putamus minus honesta esse corpis, his honorẽ uberiorẽ apponimus, & indecora nostri, copiosiorem decorẽ habent. Cæterũ quæ decora sunt nostri, non indigent: sed Deus simul temperauit corpus: ei cui deerat, copiosiorem addens honorem, ne sit dissidium in corpe, sed inuicẽ alia pro alijs eandem sollicitudinẽ gerant mẽbra. Et siue patitur unum mẽbrum, simul patiuntur oĩa membra, siue glorificatur unũ membrũ, simul gaudent oĩa mẽbra. Vos aũtẽ estis corpus Christi, & membra exparte. Et alios quidem posuit Deus in ecclesia, primũ apostolos, deinde pphetas, tertio doctores, deinde potestates, deinde dona sanationum, subsidia, gubernationes, genera linguarũ. Num oẽs apostoli? num oẽs prophetæ? num omnes doctores? nũ omnes potestates? num omnes dona habent sanationum? num omnes linguis loquuntur? num

posuit deus in ecclesia

tur? num omnes interpretantur? Sectemini uero dona potiora. Et adhuc his excellentiorem uiam uobis ostendo.

CAPVT. XIII.

SI linguis hoim loquar & angelorũ, charitatẽ aũt non habeam, factus sum æs resonans, aut cymbalũ tinniens. Et si habeam pphetiam, & nouerim mysteria oĩa, omnemq; scientiam, & si habeã oẽm fidem, adeo ut mõtes loco dimoueam, charitatem aũt nõ habeam, nihil sum. Et si insumã in alimoniam oẽs facultates meas, & si tradã corpus meum ut comburar, charitatem aũt nõ habeam, nihil utilitatis capio. Charitas patiens est, benigna est, charitas nõ inuidet, charitas nõ est procax, nõ inflatur, non est fastidiosa, nõ quærit quæ sua sunt, nõ irritatur, nõ cogitat malum, nõ gaudet de iniustitia, sed cõgaudet ueritati, oĩa suffert, omnia credit, omnia sperat, oĩa sustinet. Charitas nunquam excidit, siue prophetiæ abolebuntur, siue linguæ cessabũt siue scientia abolebitur. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. Aũt ubi uenerit quod perfectum est, tunc quod ex parte est abolebitur. Cum essem puer, ut puer loquebar, ut puer sentiebam, ut puer cogitabam. At ubi factus sum uir, aboleui puerilia. Cernimus enim nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem, nunc cognosco ex parte, tunc uero cognoscam quemadmodum & cognitus sum. Nunc autem manet fides, spes, charitas, tria hæc, sed maxima in his charitas.

CAPVT XIIII.

SEctemini charitatem, æmulemini spiritualia, magis tamẽ ut prophetetis. Nam qui loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed Deo, nullus enim audit, spiritu uero loquutur mysteria. Cæterum qui prophetat, hominibus loquitur ædificationem

ficationem,& exhortationem,& consolationem. Qui loquitur liugua,seipsum ædificat,at qui prophetat,congregationem ædificat. Volo aũt omnes uos loqui linguis,magis tamen ut prophetetis. Maior enim qui prophetat, q̃ qui loquitur linguis,nisi interpretetur,ut ecclesia ædificationem accipiat. Nunc autem fratres,si ueniam ad uos linguis loquens, quid uobis prodero? nisi uobis loquar,aut per reuelationem aut per scientiam, aut per prophetiam, aut per doctrinam? Quin & inanima,uocem reddentia,siue tibia,siue cithara, nisi distinctionem sonis dederint,quomodo cognoscetur, qd̃ tibia canitur,aut cithara? Etenim si incertam uocem tuba dederit,quis apparabitur ad bellum? Sic & uos p linguam nisi significantem sermonem dederitis,quomodo intelligetur,qd̃ dicitur? eritis enim in aêrem loquẽtes. Tam multa,uerbi gratia,genera uocum sunt in mundo,& nihil horũ mutum. Itaq; si nesciero uim uocis,ero ei qui loquitur barbarus, & qui loquitur,apud me barbarus. Itaq; & uos, quandoquidem sectatores estis spirituum, ad ædificationem ecclesiæ quærite, ut excellatis. Quapropter qui loquitur lingua,oret,ut interpretetur. Nam si orem lingua, spiritus meus orat, at mens mea fructu uacat. Quid igitur est? Orabo spiritu, sed orabo & mente. Canam spiritu,sed canam & mente. Alioqui si benedixeritis spiritu,is qui implet locum indocti, quomodo dicturus est, Amen, ad tuam gratiarum actionem? Quandoquidem,quid dicas. nescit. Nam tu quidem bene gratias agis, uerum alius non ædificatur. Gratias ago Deo meo,quod magis q̃ omnes uos linguis loquor. Sed in ecclesia uolo quinq; uerba mente mea loqui:ut & alios instituam, potius quàm decem milia uerborum lingua. Fratres, ne sitis pueri sensibus, sed

malitia

malitia pueri ſitis: ſenſibus uero perfecti ſitis. In lege ſcriptũ eſt: ✱ uarijs linguis & labijs uarijs loquar populo huic, et ne ſic quidẽ audiẽt me, dicit dominus: Itaq; linguæ ſigni nice ſũt nõ ijs q credũt, ſed ĩcredulis: cõtra pphetia, nõ incredulis ſed credẽtibus. Ergo ſi cõuenerit eccleſia tota, ſimul, & oẽs linguis loquãtur: ingrediãtur autẽ idocti aut increduli nónne dicẽt uos inſanire? Quod ſi oẽs prophetetis, ingrediatur autẽ incredulus aut indoctus, coarguitur ab omnibus, dijudicatur ab oĩbus: et ſic occulta cordis eius manifeſta fiũt, atq; ita procidẽs in faciẽ, adorabit Deũ, renunciãs, qd' deus reuera in uobis ſit. Quid igitur eſt fratres? Quoties cõuenitis, unuſquiſq; ueſtrũ canticũ habet, doctrinã habet, linguã habet, reuelationẽ habet, interpretationẽ habet, oĩa adædificationẽ fiant. Siue lingua quis loquitur, fiat pbinos, aut ad ſummũ ternos idq; uicíſſim, & unus interpretetur. Quod ſi nõ ſit interpres taceat in eccleſia, cæterũ ſibi ipſi loquatur & Deo. Prophetæ uero duo aut tres loquãtur, & cæteri dijudicẽt. Porró ſi alij fuerit reuelatũ aſſidenti, prior taceat. Poteſtis enĩ ſingulatim, oẽs prophetare, ut oẽs diſcãt, & oẽs conſolationẽ accipiãt, & ſpiritus prophetárũ prophetis ſubijciũtur. Non enim eſt cõfuſionis autor Deus, ſed pacis, ut in oĩbus cõgregationibus ſanctorũ. ✱ Mulieres ueſtræ in eccleſijs ſileãt, nec enĩ permiſſum eſt illis ut loquãtur, ſed ut ſubditæ ſint: quẽadmodũ et Lex dicit. Quod ſi quid diſcere uolũt, domi ſuos uiros iterrogẽt. Nam turpe eſt mulieribus in cœtũ loqui. An à uobis ſermo Dei profectus eſt? An in uos ſolos incidit? Si quis uidetur propheta eſſe, aut ſpiritualis, agnoſcat quæ ſcribo uobis, quod domini ſint præcepta: cæterũ ſi quis ignorat, ignoret. Proinde fratres, ad id cnitamini, ut prophetetis, et loqui linguis ne ue

1 Thim. 2.

 ueritis

tueritis Omnia decenter, & secundum ordinem fiant:

CAPVT XV

NOtum autē uobis facio fratres Euangeliū, quod euāgelizaui uobis, qđ & accepistis, in quo & statis, per qđ & salutē cōsequimini, quo pacto anunciarim uobis, si tenetis, nisi frustra credidistis. Tradidi enim uobis in primis, quod & acceperā: qđ Christus mortuus fuerit propeccatis nostris secundū scripturas, & quod sepultus sit, et qđ resurrexerit tertio die, secundū scripturas, & qđ uisus sit Cephæ, deinde duodecim illis: postea uisus est plusquā quingentis fratribus simul. Ex quibus plures manēt ad hunc usq; diē: quidā autem et obdormierūt. Deīde uisus est Iacobo, post apostolis oībus. Postremo uero omniū, uelut abortuo uisus est & mihi. Ego enim sū minimus apostolorum: qui non sum idoneus, ut dicar apostolus, propterea quod persecutus sim ecclesiā Dei, sed gratia Dei sum, id qđ sum. Et gratia eius quæ prosecta est in me, nō fuit inanis: sed copiosius quā illi oēs laborauī: nō ego tamē, sed gratia Dei quæ mihi adest. Siue igitur, ego, siuē illi sic prædicamus, & sic credidistis. Quod si Christus prædicatur à mortuis resurrexisse, quomodo dicunt quidā inter uos, nō esse resurrectionē mortuorū? Porró si resurrectio mortuorū nō est, ne Christus quidē resurrexit. Quod si Christus nō resurrexit, inanis uidelicet est prædicatio nostra, inanis autē est & fides uestra. Reperimur autē & falsi testes Dei, quoniā testificati sumus de Deo, quod excitaucrit Christū, quē nō excitauit, si uidelicet mortui non resurgūt. Etenim si mortui non resurgūt, ne Christus quidē resurrexit. Quod si Christus nō resurrexit, supuacanea est fides uestra: adhuc estis in peccatis uestris. Igitur et q obdormierūt in Christo pierūt Si in ui

ta hac

ta hac spē in Christo tantū fixā habemus, maxīe miserabiles oīm hoīm sumus. ✶ Nūc autē Christus surrexit ex mortuis, primitiæ eorum qui dormierant, fuit. Postquā enim per hominem mors, etiā per hominē resurrectio mortuorū. Quemadmodū enim per Adā oēs moriūtur, ita & per Christū omnes uiuificabuntur, nuusquisq; autē in proprio ordine, primitiæ Christus deinde ij qui sūt Christi in aduentu ipsius, mox finis cū tradiderit regnū Deo, & patri, cū aboleuerit omnē principatū, & omnē potestatem, ac uirtutē. Nam oportet eū regnare, donec posuerit oēs iimicos sub pedes suos Nouissimus hostis aboletur mors. ✶ Nam oīa subiecit sub pedes illius. At qui cum dicat, qd' omnia subiecta sint. palàm est, excipiendū eum, qui subiecit illi omnia. Cū autē subiecta fuerint illi oīa, tunc & ipse filius subijcietur ei, qui illi subiecit oīa, ut sit Deus omnia in omnibus. Alioqui quid facient ij, qui baptizantur p mortuis? si nō omnino mortuire surgūt, cur et baptizantur pro illis? Quid & nos periclitamur omni tempore? Indies morior, per nostram gloriationē, quam habeo in Christo IESV domino nostro. Si secundū hominē, cū bestijs depugnaui Epheſi: quæ mihi utilitas, si mortui nō resurgūt? ✶ Edamus et bibamus, cras enim morimur. Ne decipiamini. Mores bonos colloquia corrumpunt mala. Expergiscimini iuste, & ne peccetis. Nam ignorationē dei nōnulli habēt. Ad pudorē uobis loquor. At dicet aliquis: Quomodo resurgūt mortui? Quali autem corpore uenient? Stulte, Tu quod seminas, nō uiuificatur, nisi mortuū fuerit. Et hoc quod seminas, nō corpus quod nascetur, seminas, sed nudū granū: exempli causa tritici, aut alicuius ex cæteris. Sed Deus illi dat corpus ut uoluit, et unicuiq; seminū suū corpus. Nō oīs caro eadē caro: sed alia qui

Co'oss. 1. 2. Thes. 4.

Hebræ. 2.

Esa. 22.

dē caro hominū, alia uero caro pecorū, alia uero piſciū, alia uero uolucrū. Et ſunt corpora cœleſtia, & ſunt corpora terreſtria. Verum alia quidem cœleſtium gloria, alia uero terreſtriū, alia gloria ſolis, et alia gloria lunæ, et alia gloria ſtellarū. Stella ſiquidem à ſtella differt in gloria: ſic & reſurrectio mortuorū. Seminatur in corruptiōe, reſurgit in corruptibilitate: ſeminatur in ignominia, reſurgit in gloria: ſeminatur in infirmitate, reſurgit in potētia. Seminatur corpus animale, reſurgit corpus ſpirituale. Eſt corpus animale, et eſt corpus
Gene. 2. ſpirituale, quemadmodū & ſcriptū eſt: ✶ factus eſt primus homo Adā in animā uiuentē, extremus Adā in ſpiritū uiuificantē. At nō primū, qd' ſpirituale, ſed qd' animale, deinde qd' ſpirituale. Primus homo de terra terrenus: ſecūdus homo ip ſe dominus de cœlo. Qualis terrenus ille, tales et hi q terreni ſūt. Et qualis ille cœleſtis, tales et hi q cœleſtes ſūt. Et quēadmodū geſtauimus imaginē terreni, geſtabimus & imaginē cœleſtis. Hoc autē dico fratres, qd' caro et ſanguis regni Dei hæreditatē cōſeq nō poſſūt. Neq; corruptio īcorruptibilitatis hæreditatē accipit. Ecce myſteriū uobis dico. Nō oēs qdē dormiemus, oēs tamē immutabimur, in pūcto tēporis, in momento oculi, per extremā tubā. Canet enim & mortui reſurgent incorruptibiles, et nos immutabimur. Oportet enī corruptibile hoc induere incorruptibilitatē, et mortale hoc induere immortalitatē. Cū aūt corruptibile hoc īduerit incorruptibilitatē, et mortale hoc induerit immortalitatē, tūc fiet
Oſee. 13. ſermo q ſcriptus eſt: Abſorpta eſt mors in uictoriā. ✶ Vbi tuus mors aculeus? ubi tua inferne uictoria? Aculeus aūt mortis, peccatū: potētia uero peccati, Lex, ſed Deo gratia, q dedit nobis uictoriā, per dominū noſtrū IESVM Chriſtū. Itaq;

fratres

fratres mei dilecti, stabiles sitis, immobiles, abundãtes in opere domini semper, cum sciatis, quod labor uester non est inanis in domino.

CAPVT XVI.

CAeterũ de collatione in sanctos, quẽadmodũ ordinaui ecclesijs Galatiæ, ita & uos facite. In una sabbatorum unusquisq; uestrũ apud se seponat, recondens quicquid commodũ fuerit, ne cũ uenero tunc collationes fiant. Vbi uenero autẽ, quoscunq; probaueritis per epistolas, hos mittã ut perferant munificentiam uestram Hierosolymam. quod si fuerit operæpreciũ, ut & ipse proficiscar, mecum proficiscentur. Veniam autem ad uos, cũ Macedoniam transiero. Macedoniam enim pertransiturus sum. Apud uos autẽ forte permanebo, aut etiã hybernabo, ut uos me deducatis quocũq; proficiscar. Nolo enim uos nũc in transcursu uidere, sed spero tẽpus aliquantũ mansurũ me apud uos, si dominus permiserit. Cõmorabor autem Ephesi, usq; ad diem quinquagesimũ. Nã ostiũ mihi apertũ est magnũ & efficax, & aduersarij multi. Quod si uenerit Timotheus, uidete ut absq; metu sit apud uos. Opus enĩ domini operatur, quẽadmodũ et ego. Ne quis igitur eũ spernat, sed psequamini eũ cũ pace, ut ueniat ad me Expecto enim illum cum fratribus. Porrò de Apollo fratre, multũ hortatus sum illum, ut iret ad uos cũ fratribus, & omnino non erat uoluntas nunc eundi. Venturus est autẽ, cum opportunitatẽ erit nactus. Vigilate, state in fide, uiriliter agite: estote fortes: omnia uobis cũ charitate fiant. Obsecro aũt uos fratres, nostis familiã Stephanæ esse primitias Achaiæ: et quod in ministeriũ sanctis ordinarunt seipsos, ut et uos subditi sitis talibus, & omni adiuuãti & laboranti. Gaudeo uero de aduentu Stephanæ & Fortunati et Achaici: quoniã id qd'

mihi decrat uestri, hi suppleuerũt. Refocillauerũt enim spiritum meum ac uestrũ. Agnoscite itaq; huiusmodi. Salutãt uos ecclesiæ Asiæ: salutãt uos in domino multum Aquila & Priscilla, cũ ea quæ in domo est ipsorũ ecclesia. Salutant uos fratres oẽs· salutate inuicẽ osculo sancto. Salutatio mea manu Pauli Si quis nõ diligit dominũ IESVM Christũ, sit anathema, maranatha. Gratia domini IESV Christi sit uobiscum. Dilectio mea cum omnibus uobis in Christo IESV

AMEN.

AD CORINTHIOS PRIOR

Missa fuit è Philippis, per Stephanam & Fortunatum, & Achaicum, & Timotheum.

IN SECVNDAM AD CORINTHIOS EPISTOLAM ARGVMENTVM PER ERASMVM ROTEROD.

PRimum reddit causſas Corinthijs quare nõ reuiserit illos, quemadmodũ pollicitus est epistola superiore: prius quædam præfatus de suis afflictionibus, quas ob Euangelium Christi perpetiebatur, ostendẽs in tãtis malis deum sibi fuisse solatio. Mox reconciliat Corinthijs eũ, quẽ superiore epistola iusserat tradi satanæ, utamanter reciperẽt castigatũ, quẽ peccãtem eiecerant. Hæc fermè capite primo ac secũdo. Deinde prædicat studium suũ in Euãgelio prædicãdo, obiter taxans ac notans cæteros pseudapostolos, qui suo seruiẽtes quæstui, suæ studẽtes gloriæ, nusquã non pelliciebant ad legẽ Mosaicam: quam Christo sic conabantur admiscere, quasi sine

huius

huius acceßione non eßet ſpes ſalutis. Itaq; umbris legis Mo ſaicæ præfert Euangelij lucẽ: ſubinde adhortãs illos nõ ad ce remonias legis, ſed ad cõſcientiam uitamq; Chriſto dignã. Teſtans interim qua ſynceritate prædicauerit Euãgelũ Chri ſti, quãtumq; malorũ eius gratia perpeſſus ſit ſpe præmij cœ leſtis. Ad hæc indicat, quibus in rebus ſita ſit potiſſimũ Chri ſtiana pietas. Hæc tractãtur in calce capitis ſecundi, ca. tertij, quarti, quinti, & principio ſexti. Nam reliqua huius capitis parte, ſimulq; ĩtio proximi hortatur illos, ut agnoſcẽtes digni tatẽ & ſanctitatẽ ſuæ profeſſionis modis omnibus abſtineant ab inquinamẽtis ethnicorũ, cum quibus nihil eßet illis commu ne. Quarto loco lenit ſuperioris reprehenſionis acerbitatẽ, collaudãs illorum obedientiã, quod epiſtolæ ſuæ, licet obiur gatrici, per oĩa paruiſſent: gratulatur q;, quod his mœror tẽ porarius, ſummũ gaudiũ utriſq; pepererit, uelut cũ ex amaro pharmaco conſequtur gratiſſima ſanitas. Quinto loco cum exemplo Macedonum: tum uarijs argumẽtis, ac ſcripturarũ teſtimonijs prouocat, ut p ſua quiſq; facultate, proq; animi propẽſione cõferat aliquid in ſubſidium ſanctorũ, q Hieroſo lymis agebãt, memor hoc ſibi mãdatum à Petro, ad hoc nẽ gocij miſſo Tito cum altero collega, ut pleriq; putãt, Luca, quos cõmendat Corinthijs Hæc agit capite octauo & nono. Sexto, quos ãte taxauit oblique, palàm inſectatur pſeudapo ſtolos: q faſtu ac ſupercilio dignitatẽ ac maieſtatẽ apoſtolicã præ ſe ferebãt, Paulũ in cõtẽptũ uocantes uelut humilem: ut qui cerdonicã exercuerit, uelut imperitũ, et infãtem, ad hæc toties cæſũ ac uexatũ iniurijs. Aduerſus hos autoritatẽ ſuam aſſerit apud Corinthios: teſtans nuſquam ſibi deeſſe autori tatem ac poteſtatẽ apoſtolica m, ſed qua nolit uti, grauandis

alijs, quemadmodũ cæteri: sed tantum ad cõmodũ suorũ & Christi gloriam. Deinde præfatus ueniã stulticiæ, quod de se glorioſius quædam dicere cogeretur: primũ æquat ſe ſummis apoſtolis: deinde præfert etiã, idq; multis nominibus: uel qđ latius ſparſerit euangelij doctrinã, uel quod unus gratuito eã tradiderit: neq; per ſe, neq; per ſuos grauãs Achaicos: uel qđ plura perpeßus ſit euangelij cauſſa, quã illorũ quiſquã, ea ſibi gloriæ uertẽs, ob quæ quibuſdã uidebatur cõemptior. Porrò ſermonis imperitiã agnoſcens modeſtiæ cauſſa, rerũ ſcientiã ſibi uindicat, ne quid uel hic deſiderent. Poſtremo, quoniam pſeudapoſtoli fictis angelorum uiſionibus ſeſe uenditabant apud ſimplices, Paulus ueram & inſignem adducit uiſionem ſe raptum in tertium uſq; cœlum: atq; illic edoctũ, quæ captũ hominũ excedãt. Hæc ferè capite decimo, undecimo, & duo decimo, Septimo, ne p pſeudapoſtolos relaberẽtur in priſtina uitia, teſtatur ſibi in animo eſſe, inuiſere illos, cum autoritate iterminans, ne tales eos offendat, ut ſui diſſimilis eſſe cogatur: aut ne, ſicut epiſtola ſæuire coactus eſt, ita præſens quoq; ſæuire cogatur: quod antehac non fecerit, cũ ſuo iure potuiſſet. Hæc agit in calce capitis duodecimi, & capite decimotertio. Græcorũ inſcriptiões teſtantur hãc epiſtolã miſſam è Philippis per Titum & Lucã. Cæterũ argumẽta quæ nullo autore, ſed commoda breuitate habentur in Latinis codicibus, teſtantur per eoſdem miſſam è Troade. Nam huius loci meminit capite ſecundo.

ARGVMENTI FINIS.

Ad Co-

AD CORINTHIOS SECVNDA.

AVLVS APOSTOLVS IESV Christi, per uolũtatẽ Dei, ac Timotheus frater cõgregationi dei, quæ est Corinthi, unà cũ sanctis omnibus, qui sunt in tota Achaia. Gratia uobis et pax à Deo patre nostro & domino IESV Christo. Benedictus Deus & pater domini nostri IESV Christi, qui est pater misericordiarũ, & Deus omnis cõsolatiõis, cõsolãs nos in omni afflictione nostra, in hoc, ut possimus cõsolari eos, q̃ sunt in quauis afflictiõe, p̃ cõsolationẽ, qua nosipsos cõsolatur deus. Quoniã sicut abũdãt afflictiões Christi in nobis, ita per Christum abũdat & cõsolatio nostra. Siue aũt affligimur p̃ uestri consolatiõe ac salute, quæ opatur in tolerãtia earũdẽ afflictionũ, quas & nos patimur, siue cõsolationẽ accipimus p̃ uestri cõsolatione ac salute, spes etiã nostra firma est p̃ uobis, cũsciamus, qd̃ quẽadmodũ participes estis afflictionũ, sic futuri sitis & cõsolatiõis. Nõ enĩ uolumus uos ignorare fratres de afflictiõe nostra, quæ nobis accidit in Asia: quoniã supra modũ grauati fuimus supra uires, adeo ut desperauerimus etiã de uita. quin ipsi in nobisipsis sentẽtiã mortis acceperamus, ne cõfideremus in nobisipsis, sed in deo, qui ad uitã suscitat mortuos, q̃ ex tanta morte eripuit nos, & eripit: in quo spem fixã habemus, qd̃ & iã posthac erepturus sit, simul aduuãtibus et uobis, per deprecationem pro nobis, ut ex multis psonis, pro dono in nos collato, per multos gratiæ agãtur pro nobis. Nã

gloriatio nostra hæc est, testimoniū cōscientiæ nostræ, qd' cū simplicitate & syncerita te dei, nō sapientia carnali, sed per gratiā dei cōuersati fuerimus in mūdo, abūdantius autē erga uos. Non enim alia scribimus uobis, q̄ quæ legitis, aut etiā agnoscitis. Spero aūt, qd' usq; ad finē quoq; agnoscetis, quēadmodū & agnouistis nos ex parte: quoniā gloria uestra sumus, quēadmodū & uos nostra, in die domini IESV. Et hac fiducia uolebā ad uos uenire prius, ut geminā apud uos irē gratiā, & per uos pirāsire in Macedoniā: & rursum à Macedonia uenire ad uos, ac à uobis deduci in Iudeam. Hoc igitur cū in aīo uersarē, nūcubi leuitate sum usus? aut num quæ cogito, secūdū carnē cogito? Vt sit apud me, qd' est etiā, etiā: & qd' est nō, nō. Imò fidelis Deus, qd' sermo noster erga uos, nō fuit etiā, & nō. Nam dei filius IESVS Christus, qui inter uos per nos prædicatus est, per me & Syluanū ac Timotheū, nō fuit etiā, & nō: sed etiā per ipsum fuit. Quotquot enī sunt promissiones dei, per ipsum sunt etiā, & per ipsum amen, deo ad gloriā per nos. Porrò q cōfirmat nos unà uobiscū in Christū, & qui unxit nos, Deus est: qui etiā obsignauit nos, deditq; arram spūs in cordibus nostris. Ego uero testem Deū inuoco in animā meā, qd' parcens uobis, nondū uenerim Corinthū: non q̄ dominemur uobis nomine fidei, sed adiutores sumus gaudij uestri: nam fide statis.

CAPVT II.

SEd decreui apd' memetipsum hoc, nō iterū cū dolore ad uos uenire. Nā si ego mœrore uos afficiā, & quis est qui exhilaret me, nisi is qui mœrore afficitur ex me? Et scripsi uobis hoc ipsum, ne si uenissem ad uos, dolorē caperē ex his, ex q̄bus oportebat me capere uoluptatē, fiduciā hāc habēs erga uos oēs, qd' meum gaudiū omniū uestrū sit. Nā ex multa affli

ctione

ctione & anxietate cordis scripsi uobis, per multas lachrymas, nõ ut mœrore afficeremini, sed ut cognosceretis charitatẽ, quã habeo abũdantius erga uos. Quòd si qs dolore affecit, non me dolore affecit, sed ex parte, ne aggrauem omneis uos. Sufficit istiusmodi homini increpatio hæc, quæ facta est à pluribus: adeo ut ediuerso magis cõdonare debeatis & cõsolari: ne quo modo fiat, ut ĩmodico dolore absorbeatur huiusmodi. Quapropter obsecro uos, efficite, ut ualeat in illum charitas. Nã & in hoc scripserã, ut cognoscerẽ ꝓbationem uestri, an ad oĩa obedientes sitis. Cui uero cõdonatis aliqd, et ego cõdono. Nã & ego si qd cõdonaui, cui cõdonaui, propter uos cõdonaui in cõspectu Christi, ne occuparemur à satana. Nõ enĩ illius cogitatões ignoramus. Cæterũ cũ uenissem Troadẽ in Euãgeliũ Christi, & ostiũ mihi esset apertum per dominũ, nõ habui relaxationẽ spiritu meo, eò q, nõ inuenissem Titũ fratrẽ meũ: sed dimissis illis, abij ĩ Macedoniã. Deo aũt gratia, qui semp triũphat per nos in Christo, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco. Quoniam Christi bona fragrãtia sumus deo, in his qui salui fiunt, & in his qui pereũt: his quidem odor mortis ad mortem, illis uero odor uitæ ad uitã Et ad hæc quis idoneus? Nõ enim sumus ut pleriq; cauponãtes sermonem Dei, sed uelut ex synceritate, sed uelut ex deo in cõspectu dei, per Christũ loquimur.

CAP. III.

INcipimus rursus nosipsos cõmẽdare. Nũ) egemus, ut nõnulli, cõmendaticijs epistolis apud uos, aut à uobis commendaticijs? Epistola nostra uos estis, inscripta in cordibus nostris: quæ intelligitur et legitur ab oĩbus hominibus, dum declaratis qd' estis epistola Christi, subministrata à nobis inscripta, non atramento, sed spiritu dei uiuentis: non in tabu-

in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carneis. Fiduciã autẽ hmõi habemus per Christũ erga Deũ: nõ q; idonei simus ex nobis ipsis cogitare quicq;, tanq; ex nobis ipsis: sed si ad aliquid idonei sumus, id ex deo est, q; & idoneos fecit nos ministros noui testamẽti, nõ literæ, sed spũs. Nã litera occidit, spũs aũt uiuificat. Quòd si administratio mortis ĩ literis, deformata in
Exodi. 34. saxis, fuit in gloria: adeo ✶ ut nõ possent oculos intẽdere filij Israël in faciẽ Moysi, ppter gloriã uultus eius, quæ aboletur, cur nõ potius administratio spũs erit in gloria? Nã si administratio cõdẽnatiõis gloria, multo magis excellit administratio iustitiæ in gloria. Quãdoquidẽ ne glorificatũ quidẽ fuit, qd' glorificatũ est in hac parte, ppter eminentẽ gloriã. Etenim si qd' aboletur fuit ĩ gloria: multo magis id qd' manet, est in gloria. Itaq; cũ habeamus hmõi spem, multa libertate utamur, et
Ibidem. nõ quẽadmodũ ✶ Moyses ponebat uelamẽ in facie sua, ne intenderent filij Israël in finẽ eius qd' abolebatur. Sed obcæcati sunt sensus illorũ. Nã usq; ad diem hodiernũ, idẽ uelamen in lectiõe ueteris testamẽti manet, nec tollitur uelũ, qd' per Christũ aboletur. Sed ad hunc usq; diẽ cũ legitur Moses, uelamen
Iohan. 4. cordibus illorũ impositũ est. At ubi cõuersi fuerint ad dominũ tolletur uelamẽ, Dominus aũt spũs est. Porrò ubi spũs domini, ibi libertas. Nos aũt oẽs retecta facie, gloriã domini ĩ speculo repræsentãtes, ad eãdẽ imaginẽ trãsformamur à gloria in gloriã, tanq; à domini spiritu.

CAPVT IIII.

PRopterea cũ ministeriũ hoc habeamus, ut nostri misertus est Deus, haud degeneramus: sed reiecimus occultamenta dedecoris, nõ uersantes per ✶ stutiã, neq; dolo tractantes uerbũ Dei, sed manifestatiõe ueritatis, cõmendãtes nosipsos apud oẽm cõscientiã hominũ in cõspectu Dei. Quòd si

adhuc

ádhuc uelatũ est Euãgeliũ nostrũ,in his q pereunt,uelatũ est: in qbus Deus huius sæculi excæcauit sensus incredulorũ, ne illucesceret illis lumen Euãgelij gloriæ Christi, qui est imago Dei. Nõ enĩ nosipsos prædicamus.sed Christũ IESVM dominũ:nos aũt seruos uestros ꝓpter IESVM.Quoniã Deus est, q iussit è tenebris lucẽ illucescere,q luxit in cordibus nostris, ad illũinationẽ cognitõis gloriæ dei in facie IESV Christi.habemus aũt thesaurũ hũc in testaceis uasculis,ut uirtutis eminẽtia sit Dei,& nõ ex nobis,dũ in omnibus premimur,at nõ anxij reddimur: laboramus,at nõ destituimur:pſecutionẽ patimur,at non in ea deserimur:deijcimur,at nõ perimus: semp mortificationẽ domini IESV in corpore circũferẽtes,ut & uita IESV in corpe nostro manifestetur. Semp enim nos qui uiuimus,in mortẽ tradimur propter IESVM, ut & uita IESV manifestetur in mortali carne nostra.Itaq; mors quidem in nobis agit,uita uero in uobis. Cæterũ cũ habeamus eundẽ spiritũ fidei,iuxta illud qd'scriptũ est. ✶ Credidi,& ideo locutus sum: & nos credimus,qua propter & loquimur,scientes, quòd qui suscitauit dominũ IESVM, nos quoq; per IESVM suscitabit,& cõstituet uobiscũ.Nã omnia propter uos, ut beneficiũ qd' exundauit,pluribus gratias agẽtibus, exuberet in gloriã Dei.Propterea nõ defatigamur, sed quamuis externus homo noster corrũpitur,internus tamẽ renouatur in dies singulos.Nã momentanea leuitas afflictiõis nostræ, mire,supra modũ æternũ pondus gloriæ parit nobis, dum nõ spectamus ea quæ uidentur,sed ea quæ nõ uidentur. Nam quæ uidentur temporaria sunt,at quæ non uidentur, æterna. Psal. 115

CAPVT V.

Scimus enim,qd' si terrenũ nostrũ domiciliũ huius tabernaculi

naculi destructũ fuerit, ædificationẽ ex Deo habemus, domiciliũ nõ manufactum, æternũ in cœlis. Nã in hoc gemimus, domicilio nostro, qd' è cœlo est, superindui desyderãtes: si tamen induti, nõ nudi reperiemur. Etenim qui sumus in hoc tabernaculo, gemimus onerati, propterea qd' nolimus exui, sed superindui, ut absorbeatur mortalitas à uita. Porrò qui paravit nos in hoc ipsum, Deus est: qui idẽ dedit nobis arrabonẽ spiritus. Itaq; bono animo sumus semp, & scimus, q; cũ domi sumus in corpore, peregrinamur à Deo. Per fidẽ enim ambulamus, nõ per speciem. Cõfidimus autẽ & probamus magis peregre abesse à corpore, & præsentes adesse apud Deum. Quapropter cõtẽdimus, siue domi præsentes, siue foris peregre agentes, ut illi placcamus. Omnes enim nos manifestari oportet corã tribunali Christi, ut reportet unusquisq; ea quæ per corpus, iuxta id qd' fecit, siue bonũ siue malũ. Scientes igitur terrorẽ illũ domini, suademus hoïbus, Deo uero manifesti sumus. Spero autẽ nos & in cõscientijs uestris manifestos esse. Nõ enim iterũ nosipsos cõmendamus uobis, sed occasionẽ damus uobis gloriãdi de nobis, ut aliqd habeatis aduersus eos qui in facie gloriãtur, & nõ in corde. Nã siue insanimus, Deo insanimus: siue sani sumus, uobis sani sumus. Charitas enì Christi, cõstringit nos, iudicãtes illud, qd' si unus pro omnibus mortuus fuit, ergo oẽs mortui fuerũt, & pro oïbus mortuus est, ut qui uiuũt, posthac nõ sibi uiuãt, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit. Itaq; nos posthac neminẽ nouimus secundũ carnẽ. Porrò etiã si cognouimus Christũ secundũ carnẽ, nũc tamẽ nõ amplius nouimus. Proinde si quis est in Christo, noua creatura est. Vẽtera præterierũt, ✠ ecce noua facta sunt omnia. Omnia autẽ ex Deo, qui reccõciliauit nos

Rom. 14

Esa. 43

nos sibi per IESVM Christũ, deditq; nobis ministeriũ reco
ciliationis, quãdoquidẽ Deus erat in Christo, mundũ reconci
lians sibi, nõ imputans eis peccata sua, & posuit in nobis ser
monẽ recõciliationis. Itaq; nomine Christi legatione fungi
mur, tanq̃ Deo uos obsecrãte per nos, rogamus pro Christo,
reconciliemini Deo. eum enim qui non nouit peccatum, pro
nobis peccatũ fecit, ut nos efficeremur iusticia Dei per illũ.

CAPVT VI.

VIn et adiuuãtes obsecramus. ne in uacuũ gratiã Dei
receperitis. Dicit enĩ: ✠ In tẽpore accepto ex-
audiui te, et ĩ die salutis succurri tibi. Ecce nũc tẽpus acceptũ,
ecce nũc dies salutis. Ne quam usquam demus offensionẽ, ne
reprehẽdatur ministeriũ, sed in oĩbus cõmendemus nosipsos
ut dei ministri, in tolerãtia multa, in afflictiõibus, in necessita
tibus, in anxietatibus, in plagis, in carceribus, in seditiõibus,
in laboribus, in uigilijs, in ieiunijs, ĩ puritate, in sciẽtia, in ani
mi lenitate, in benignitate, in spũ sancto, in charitate non si-
mulata, in sermone ueritatis, in potẽtia dei, per arma iusticiæ
dextra ac siniſtra, per gloriã & ignominiã, p cõuicia & lau-
des: quasi impostores, & tamẽ ueraces: quasi ignoti, et tamẽ
noti: quasi moriẽtes, et ecce uiuimus quasi correpti, et nõ oc-
cisi: quasi dolentes: semp tamẽ gaudẽtes: quasi paupes, multos
tamẽ dtãtes: ut nihil habẽtes, & tamẽ oĩa posidẽtes. Os no
strũ apertũ est erga uos Corinthij. Cor nostrũ dilatatum est.
Nõ estis angusti in nobis, sed angusti ĩ uisceribus uestris. Eã
dem aũt remunerationẽ, ut filijs pollicẽor. Dilatemini et uos,
ne ducatis iugũ cũ incredulis. Quod enĩ cõsortiũ iusticiæ cũ
iniusticia? aut quæ cõmunio luci cũ tenebris? aut quæ concor
dia Christo cũ Belial? aut quæ pars fideli cũ infideli? aut qd cõ

Esa. 49.

Act. Heb: 11. Rom: 8

uenit

uenit templo Dei cũ ſimulacris? Nã uos templũ eſtis Dei uiuentis, quemadmodũ dixit Deus: Inhabitabo in illis, & inambulabo, ✶ & ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi populus. Leui. 26
Quapropter ✶ exite de medio illorũ, & ſeparemini ab illis, dicit dominus: & immundũ ne tetigeritis, & ego ſuſcipiam uos, & ero uobis loco patris, & uos eritis mihi uice filiorũ. Eſa. 52.
ac filiarũ: dicit dominus omnipotẽs.

CAP. VII.

HAs igitur pmiſsiones cũ habeamus chariſſimi, mundemus noſipſos ab omni inqnamẽto carnis, ac ſpũs perficientes ſanctimoniã cum timore Dei. Capaces eſtote noſtri, neminẽ læſimus, neminẽ corrupimus, neminem fraudauimus
Nõ hoc ad cõdemnationẽ ueſtri dico. Siquidẽ iam ante dixi uobis, q, in cordibus noſtris eſtis ad cõmoriendũ & cõuiuendũ. Multa mihi fiducia erga uos, multa mihi gloriatio de uobis, ĩpletus ſum cõſolatiõe: uehemẽter exundo gaudio in omni afflictiõe noſtra. Etenim cũ ueniſſemus in Macedoniã, nullã habuit relaxationẽ caro noſtra, ſed in oĩbus affligebamur, foris pugnæ, intus terrores. Verũ qui cõſolatur humiles, conſolatus eſt nos deus per aduẽtũ Titi. Nõ ſolũ aũt per aduẽtũ illius, uerũetiã per conſolationẽ, quã ille accepit de uobis, cũ annũciaret nobis ueſtrũ deſyderiũ, ueſtrũ fletum, ueſtrũ pro me ſtudiũ, adeo ut magis gauiſus fuerim. Nã etiã ſi cõtriſtaui uos per epiſtolam, nõ me pœnitet, tametſi pœnituerat. Video nãq;, q, epiſtola illa, tametſi ad tẽpus cõtriſtauit uos: nũc gaudeo, nõ q, cõtriſtati ſueritis, ſed q, cõtriſtati ſitis ad pœnitentiam. Nã cõtriſtati eſtis ſecundũ Deũ, ſic ut nulla in re detrimento ſitis affecti per nos. Nã qui ſecundũ Deũ eſt dolor, is pœnitentiã ad ſalutẽ haud pœnitendã parit: cõtrà mũdi dolor mortẽ adfert. Ecce enim iſtuc ipſum qđ ſecundũ Deũ cõ

triſtati

triſtati fuiſtis.quantã in uobis genuit ſollicitudinẽ,imó ſatis factionẽ,imò idignationẽ,imò timorẽ,imò deſideriũ,imò uin dictã.Siquidem ubiq; cõmendaſtis uoſipſos,quod puri ſitis in eo negocio.Proinde tametſi ſcripſi uobis,non id feci eius cauſſa qui læſerat,nec eius cauſſa qui læſus fuerat.ſed ob id, ut pàlã fieret ſtudiũ ueſtrum pro nobis apud uos in cõſpectu Dei.Idcirco conſolationẽ accepimus ex cõſolatione ueſtri: quin uberius inſuper gauiſi ſumus ob gaudiũ Titi.qđ reſocillatus ſit ſpiritus illius ab omnibus uobis:quod ſi quid apud illũ de uobis gloriatus ſum,nõ fuerim pudefactus,ſed ut oĩa cum ueritate locuti ſumus uobis,ita & gloriatio noſtra, quã uſus erã apud Titũ,ueritas facta eſt.Et uiſcera illius maiorẽ in modũ erga uos affecta ſunt,dũ recolit omniũ ueſtrũ obedientiam,quemadmodũ cũ timore ac tremore exceperitis ipſũ Gaudeo qđ in oĩbus confidã uobis.

CAP. VIII.

Certiores autẽ uos facio fratres de gratia Dei,quæ datã fuit in eccleſijs Macedoniæ:quoniã per multã probationem afflictionis exuberauit gaudiũ illorum et profunda paupertas illorum exundauit in diuitias ſimplicitatis ipſorum. Nam pro uiribus(teſtor)etiam ſupra uires prompti fuerunt, multa cũ obteſtatione rogãtes nos,ut beneficiũ & ſocietatẽ miniſterij ſuſciperemus in ſanctos, ac nõ quatenus ſperabamus:quin etiã ſemetipſos dediderũt primũ domino,deinde et nobis per uolũtatẽ Dei,in hoc ut adhortaremur Titũ,ut quẽ admodũ ante cepiſſet,ita & cõſũmaret hãc quoq; erga uos beneficentiã.Imò quemadmodũ ubiq; abũdatis fide,et ſermone,& ſcientia,et omni diligẽtia,et in ea quæ ex uobis erga nos eſt charitate,facite ut in hac quoq; beneficẽtia abũdetis. Nõ ſecundũ imperiũ loquor,ſed per ſollicitudinẽ,erga alios

1 Thim. 2.

etiam uestræ dilectionis synceritatẽ approbans, Nostis enim beneficentiã domini nostri IESV Christi, qđ propter uos pauper factus sit, cũ esset diues, ut uos illius paupertate diteſ ceretis. ✶ Et consiliũ in hoc do, nam hoc uobis cõducit: qui quidẽ nõ solũ facere, uerũetiã uelle iã cœpistis anno superio re Nũc autem & illud quod facere cœpistis perficite, ut quẽ admodũ uolũtas prompta fuit, ita & perficiatis, ex eo qđ po teſtis. Etenĩ si prius adsit animi promptitudo, ea iuxta qcquid illud est, qđ possidet aliquis, accepta est, nõ iuxta id, quod nõ possidet. Non enim, ut alijs relaxatio sit, uobis autẽ anguſtia: sed ut ex æquabilitate in præseti tempore uestra copia illo= rũ succurrat inopiæ, et illorũ copia uestræ succurrat inopiæ ut fiat æquabilitas, quẽadmodũ scriptũ è: Qui multũ habe bat Exdo. 16. huic nihil superfuit: & qui paulũ habebat, is nihilominus ha buit Gratia autẽ Deo, qui dedit eandẽ sollicitudinẽ pro uobis in corde Titi, qui exhortationem acceperit: quin potius cum esset diligentior, suapte sponte ad uos uenerit: Misimus autẽ unà cũ illo fratrẽ eũ, cuius laus est in Euangelio per omnes eccleſias: nec id solũ, uerũetiã delectus est ab eccleſijs, comes peregrinatiõis nostræ, cũ hac beneficentia quæ adminiſtratur à nobis ad eiusdem domini gloriã, & animi uestri promptitu dinem: declinãtes hoc, ne quis nos carpat in hac exuberãtia quæ adminiſtratur à nobis, procurãtes honeſta, nõ tantũ corã domino, sed etiam corã hominibus. Misimus aũt unà cũ illis fratrem nostrũ, quẽ probaueramus in multis sæpe numero di ligentem, nunc autem multo diligentiorem, ob multam fidu= ciam, quam habeo erga uos: siue Titi nomine, qui socius meus est, & erga uos adiutor: siue aliorũ, qui fratres nostri sũt & legati eccleſiarum, gloria Christi. Proinde documentũ chari

tatis

tatis uestræ, & nostræ de uobis gloriationis, in eos demõstre tis etiam in conspectu ecclesiarum.

CAPVT IX

Nam de subministratiõe quidem, quæ fiat in sanctos, sup peruacuũ est mihi scribere uobis. Noui enĩ promptitu dinem animi uestri, quam de uobis tacito apud Macedones. Quod Achaia parata est ab anno superiore: & uestrũ exem plum, prouocauit cõplures. Misi tamẽ hos fratres, ne gloria nostra, qua glorior de uobis, inanis fiat in hac parte: ut quẽad modũ dicebã, parati sitis, ne quo pacto fiat, ut si mecũ uene rint Macedones, & offenderint uos imparatos, nos pudore suffundamur: ut ne dicã uos, in hoc argumẽto gloriatiõis. Pro inde necessariũ arbitratus sum, adhortari fratres, ut prius ac cederent ad uos, & præpararent ante promissam bonã col lationẽ uestrã, ut ea sit in promptu, sic, tanquã bona collatio, & non tanquã fraudatio. Illud autẽ dico: Qui sementẽ facit parce, is parce messurus est. Et qui sementem facit libẽter, ac benigne largiendo, copiose messurus est: unusquisq; secundũ propositum cordis, nõ ex molestia, aut ex necessitate. Nã hi larem datorem diligit Deus. Potens est autẽ Deus efficere, ut totũ beneficiũ in uos exuberet, ut in omnibus omnẽ sufficien tiam habẽtes, exuberetis in omne opus bonũ, quemadmodũ scriptũ est: Dispersit dedit pauperibus, iusticia eius manet in sæculũ. Porró qui suppeditat semen seminanti, is & panẽ in cibum suppeditet, & multiplicet semẽtem uestrã, & augeat prouẽtus iusticiæ uestræ ut ĩ omnibus locupletemini, ĩ omnẽ simplicitatẽ, quæ per nos efficit, ut gratiæ agantur Deo. Nam functio huius ministerij nõ solũ supplet ea quæ desũt sanctis, uerumetiã exuberat in hoc, quod per multos agantur gratiæ Psal. 111.

Deo, qui per probationē ministerij huius glorificāt Deū super obedientia cōsensus uestri in euangeliū Christi, et de simplicitate cōmunicatōis in ipsos, et in omneis, & in illorū oratione pro uobis, qui desiderāt uos propter eminentē gratiam Dei in uobis. Gratia aūt Deo super ienarrabili suo munere.

CAeterum ipse ego Paulus obsecro (CAP. X.
uos per lenitatē & māsuetudinem Christi, qiuxta faciem quidē humilis sum inter uos, absens tamē audax sum erga uos. Rogo aūt uos, ne præsēs audeam ea fiducia, qua existimor audax fuisse in quosdā, qui putāt nos ueluti secundum carnem ambulare: nā in carne ambulātes, non secundū carnem militamus. Siquidem arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potētia deo ad demolitionē munitionū, quibus consilia demolimur, et omnem celsitudinē, quæ extollitur aduersus cognitionē dei: & captiuā ducimus omnem cogitationē ad obediendū Christo: & in promptu habemus uindictā aduersus omnē inobedientiā, cum impleta fuerit uestra obedientia. Quæ in cōspectu sunt uidetis? Si quis de seipso confidit, quod Christi sit illud rursum perpēdat ex seipso, quod quemadmodum ipse Christi est, ita & nos Christi sumus. Nā si & ampluus quippiam gloriet de potestate nostra, quā dedit dominus nobis ī ædificationē, et nō in destructionē uestri, nō pudefiam, ne uidear ceu perterrefacere uos per epistolas: Nā epistolæ quidē, inquit, graues sunt & robustæ, at præsentia corporis infirma, & sermo cōtemptus. Hoc reputet qui istiusmodi est quod quales sumus sermone per epistolas cum absumus, tales sumus & cum adsumus facto. Nō enim sustinemus, inferere, aut cōferre nosipsos cū quibusdā, qui seipsos cōmendant. Sed isti nō intelligunt, quod ipsi inter sese seipsos metiuntur,

metiuntur, & cõparãt semet sibi. At nos non in immensum gloriabimur, uerũ iuxta mensurã regulæ, qua partitus est nobis Deus, mensurã pertingendi etiam usq; uos. Nõ enim quasi non pertingamus usq; ad uos, extendimus nosipsos supra modũ. Nam usq; ad uos quoq; puenimus in Euãgelio Christi, non in immensũ gloriãtes super alienis laboribus, sperantes futurum, ut subolescente fide uestra in uobis, magnificemur iuxta regulã nostrã in exuberãtiam: ut iis quoq; regionibus, quæ ultra uos sunt, euangelizem: non per alienã regulam, ut de his quæ parata sunt, gloriemur: sed qui gloriatur, in domino glorietur. Nõ enim qui seipsũ cõmendat, ille probatus est, sed is quẽ dominus cõmendat.

CAP. XI.

VTinam toleraſſetis me pauluſper in inſipiẽtia mea. Imõ & ſuffertis me. Nã zelotypus ſum erga uos, dei zelo. Aduunxi enim uos uni uiro, ut uirginẽ caſtã exhiberetis Chriſto, ſed metuo, ne quâ ſiat, ut quemadmodum ſerpens Euam decepit uerſutia ſua, ita corrumpãtur ſenſus ueſtri à ſimplicitate, quæ erat erga Chriſtũ. Nã ſi is, qui uenit, aliũ IESVM prædicat, quem non prædicauimus: aut ſi ſpiritum aliũ accipitis, quem non accepiſtis, aut Euangelium aliud, quod non accepiſtis recte ſuſtinuiſſetis. Arbitror enim me nihilo inferiorem fuiſſe eximijs Apoſtolis. Cæterũ licet imperitus ſim ſermone, non tamẽ ſcientia. Verũ ubiq; manifeſti ſumus in omnibus erga uos. Num illud peccaui, quod meipſũ humiliari, ut uos exaltaremini? quod gratuito euangeliũ dei prædicauerim uobis? Cæteras eccleſias deprædatus ſum accepto ab illis ſtipendio, quo uobis inſeruirem. Et cũ apud uos eſſem, & egerẽ, non oneroſus fui cuiquã. Nam quod mihi deerat, ſuppleuerũt fratres, qui uenerant à Macedonia: & in omnibus

sic me seruabam. ne cui essem onerosus, atq; ita seruabo. Est ueritas Christi in me, quod hæc gloriatio nō interrūpetur cō tra me in regionibus Achaiæ. Quapropter? an quod nō dili gam uos? Deus nouit. Verū quod facio, idem & faciā, ut am putem occasionē ijs, qui cupiunt occasionē, ut in eo de quo gloriantur, reperiantur, quemadmodū et nos. Siquidem isti usmodi pseudapostoli operarij dolosi sunt, sumpta persona apostolorū Christi, atq; haud mirum, quandoquidē ipse sata nas transfiguratur in angelū lucis. Non magnum est igitur. si & ministri illius, personam in se transferunt, quasi sint mi nistri iusticiæ, quorū finis erit iuxta opera eorū. Iterū dico, ne quis me putet insipientē esse, alioquin et iam ut insipientē accipite me, ut paululū quiddā & ego glorier. Quod dico, nō dico secundū dominū, sed uelut per insipientiā, in hoc ar gumēto gloriationis. Quandoquidē multi gloriātur secundū carnē, & ego gloriabor. Libenter enī sufferti insipiētes, cū sitis sapientes: Sufferti enim: si quis uos in seruitutē adigit, si quis exedit: si qs accipit, si quis attollit sese, si quis uos in fa ciem cædit: iuxta cōtumeliam loquor. Periide quasi nos infir mi fuerimus. imò in quocunq; audet aliqs (per insipientiam loquor) audeo et ego. Hebræi sū: sum et ego. Israëlitæ sunt, sum & ego. Semen Abrahæ sūt, sum & ego. Ministri Christi sūt (desipiens loquor) excellētius sum ego: in laboribus co piosius, in uerberibus supra modū, * in carceribus abūdan tius, in mortibus frequēter. A Iudæis quīquies quadragenas plagas una minus accepi. Ter uirgis cæsus sui: semel sui lapi datus: ter naufragiū feci: nocte ac die in profūdo egi: in iti neribus sæpe, in periculis fluminū, periculis latronū, pericu lis ex genere, periculis ex gētibus, periculis in ciuitate, peri

culis in

* 2. Tess. 3.

culis in deserto, periculis in mari, periculis iter falsos fratres in labore et molestia, in uigilijs sæpe, in fame et siti, in ieiunijs sæpe, in frigore et nuditate, præter ea quæ extrinsecus accidũt, incũbens mihi quotidiana cura oĩm ecclesiarũ. Quis infirmatur, et ego nõ infirmor? Quis offenditur, et ego non uror? Si gloriari oporteat, de his quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor.

CAPVT. XII.

DEus & pater domini nostri IESV Christi, qui est laudãdus in sæcula, nouit quod non mentiar. In Damasci ciuitate gẽtis præfectus nomine Aretæ regis excubias posuerat in Damascenorũ urbe, cupiẽs me cõprehendere, ac per fenestrã in sporta demissus fui p mœnia: effugiq; manus eius. Gloriari sanè nõ expedit mihi, uenią enĩ ad uisiões et reuelationes domini. Noui hominẽ in Christo ante ãnos quatuordeci: an in corpore, nescio: an extra corpus, nescio: Deus nouit, raptũ huiusmodi ĩ tertiũ usq; cœlũ. Et scio huiusmodi hominẽ: an in corpore, an extra corpus, nescio: Deus nouit raptũ fuisse ĩ paradisũ, et audisse arcana uerba, quæ fas nõ sit homini loq. Sup huiusmodi homine gloriabor: de meipso uero nõ gloriabor, nisi sup ĩfirmitatibus meis. Nã si uoluero gloriari, nõ ero insipiẽs, ueritatẽ enim dicã sed parco (uobis) ne quis de me cogitet, sup id qd' uidet esse me, aut quod audit ex me. Et ne excellẽtia reuelationũ supra modũ efferrer, datus fuit mihi stimulus p carnẽ, nũcius satanæ, ut me colaphis cæderet, ne supra modũ efferrer. Sup hoc ter dominũ rogaui, ut discederet á me, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea, nã uirtus mea per infirmitatẽ perficitur. Libẽtissime igitur gloriabor potius super ĩfirmitatibus meis, ut inhabitet in me uirtus Christi. Quamobrẽ placeo mihi in infirmitatibus, in con

Actu. 9.

tumelijs,in neceſſitatibus,in perſecutionibus,in anxietatibus pro Chriſto Cũ enim infirmus ſum,tũc robuſtus ſum.Factus ſum inſipiens gloriando.Vos me coegiſtis:nam ego debuerã à uobis cõmendari.Nulla enim in re inferior fui ſũmis apoſtolis tametſi nihil ſum.Signa quidem apoſtoli peracta fuerũt inter uos cum omni patientia,& ſignis,& prodigijs,& potẽtibus factis.Nam quid eſt in quo fuiſtis iferiores cæteris eccleſijs,niſi qd'ipſe ego non fuerim uobis oneroſus? Cõdonate mihi hãc iniuriã.Ecce tertio propenſus animo ſũ,ut ueniã ad uos,nec ero uobis oneroſus.Non enim quæro quæ ueſtra ſunt,ſed uos.Non enim debent filij parẽtibus recondere,ſed filijs parẽtes.Ego uero libẽtiſſime impendã,& expẽdar pro animabus ueſtris:licet uberius uos diligẽs,minus diligar.Sed eſto.ipſe nõ grauaui uos:uerum cum eſſem aſtutus.dolo uos cepi.Num per quenquã eorũ,quos miſi ad uos,expilaui uos? Rogaui Titũ,& unà cum illo miſi fratrẽ.Num quid à uobis extorſit Titus? An nõ eodẽ ſpiritu ambulauimus? an nõ iiſdẽ ueſtigijs? Rurſum arbitramini quod nos uobis excuſemus? In conſpectu dei,in Chriſto loquimur,ſed oĩa chariſſimi pro ueſtri ædificatione.Nã metuo,ne quâ fiat,ut ſi uenero,nõ quales uelim,reperiã uos,et ego reperiar uobis,qualẽ nolitis.✶ Gal.5. Ne quo modo ſint cõtentiones,æmulatiões,iræ,cõcertatiões obtrectationes,ſuſurri,tumores,ſeditiones,ne iterũ ubi uenero,humilẽ faciet me Deus meus apud uos,& lugeã multos eorum qui ante peccauerũt,nec eos pœnituit immundiciæ,libidiniſq;,& impudicitiæ,quam patrarunt Deut. 17. Matth. 18, Iohan. 8.

CAP. XIII.

HIc tertius erit aduẽtus meus ad uos:✶ In ore duorum teſtiũ aut triũ conſtituetur omne uerbum.Prædixi,& prædico,ut preſens cum eſſem iterum,ita & abſens nunc

ſcribo

scribo iis, qui ante peccauerunt, & reliquis omnibus: quòd si uenero denuo, non parcam. Quandoquidem experimẽtum quæritis in me loquentis Christi, qui erga uos non est infirmus, sed potens est in uobis: nam quamuis crucifixus fuit ex infirmitate, uiuit tamen ex uirtute dei. Siquidẽ & nos infirmi sumus in illo, sed uiuemus cum illo ex uirtute dei erga uos. Vosipsos tentate, num sitis in fide. Vosipsos probate, An non cognoscitis uosmetipsos, quòd IESVS Christus in uobis est? Nisi forte reprobi estis. At spero uos cognituros, quòd nos non simus reprobi. Opto autem apud deum, ne quid mali faciatis, non quó nos probati appareamus, sed ut uos, quod honestum est, faciatis: nos uero ueluti reprobi simus. Nõ enim possumus quicquam aduersus ueritatẽ, sed pro ueritate. Gaudemus enim, cum nos infirmi fuerimus: uos autem ualidi fueritis. Hoc autem insuper optamus, uestram integritatẽ. Propterea hæc absens scribo, ne cum presens fuero, rigidus sim iuxta potestatem, quam dedit mihi dominus in extructionem, & non ad destructionem. Quod superest fratres, ualete, integri estote, consolationẽ habete, unanimes sitis, in pace agite, & deus charitatis ac pacis erit uobiscũ. Salutate uos mutuo sancto osculo. Salutant uos sancti omnes. Gratia domini IESV Christi, & charitas dei, & communicatio spiritus sancti sit cum omnibus uobis. AMEN.

ΤΕΛΟΣ

AD CORINTHIOS SECVNDA.

Missa fuit à Philippis Macedoniæ per Titum & Lucam.

argumentum per Erasmum Roterodamum.

Galatæ Græci sunt, sed ex Gallis oriundi. Vnde iuxta diuum Hieronymũ originis ingeniũ, ingenij tarditate referebant. Quandoquidẽ & Hilarius Gallus ipse, in hymnorũ carmine Gallos indociles uocat. Et Paulus illos obiurgans ἀνοήτους, appellat. Ad quorum ingenium suũ attemperans sermonem, acerbius illos castigat, quàm ullos in cæteris epistolis: & reprehendit magis quàm docet: ut quibus ratio suadere nõ poterat, reuocaret autoritas. Agit in hac epistola, qd' nusquam nõ agit, ut à legis Mosaicæ seruitute inuitet ad Euãgelij gratiam. Quod idẽ agit in epistola ad Romanos: nam utriusq; idẽ error acciderat, sed diuersa ratione. Nam Romani primũ in Iudaismũ inducti, postea resipuerũt: Galatæ recte ab Apostolo instituti, pseudapostolorũ operа in Iudaismũ retracti fuerũt. Quod Romani perperã instituti sunt, simplicitatis erat: quòd mox admoniti resipuerunt, prudentiæ. Contrà, qd' Galatæ Christũ amplexi sunt, facilitatis erat: quod protinus in Iudaismum relapsi, leuitatis atq; stultitiæ. Ad hos igitur subierãt pseudapostoli, uelut à Petro & Iacobo summatibus apostolis missi: & Pauli autoritatẽ calumnijs eleuabant, negantes illi fidem habendã, qui sibi non constaret, nunc legis utens ceremonijs, suscepti uotis, rasoq; capite, et circũciso Timotheo, nunc cum ethnicis legem negligens ac damnans: potius audiendos, qui apud Petrum & Iacobum uersati fuissent, quiq; dominum IESVM uidissent, cũ Paulus nec uidisset Christũ, & discipulorum duntaxat discipulus esset, non Christi. Proiude

inde Paulus uehementi & acri oratione, neq; enim est ulla epistola concitatior, salubriq; austeritate, & clementi seueritia, simul & Galatarum errori medetur, & suam asserit authoritatem, & pseudapostolorũ fraudulentiã aperit. In ipso statim epistolæ limine testatur, sese uel summis apostolis parem, aut etiam superiorem, in hoc quòd Euangelij prædicandi autoritatẽ à Christo iam immortali cœlitus accepisse: atq; hoc autore fretum, in Arabia & Damasci aliquãdiu prædicasse Christũ prusq̃ cum quoquã apostolorũ cõtulisset: deinde Hierosolymis uidisse quidẽ Petrũ ac Iacobũ diebus perpaucis, neq; quicquam tamen ab illis adiutum esse: sub hæc in Syria & Cilicia quatuordecim annis Christi præconẽ egisse: donec admonitus diuinitus: Hierosolymã reuersus unà cũ Barnaba ac Tito, cum primarijs apostolis contulit Euangeliũ suum: non quòd de tot annorum prædicatione iam uenisset in dubium, sed ut eorum comprobatione, quorum summa erat apud omnes authoritas, magis confirmarentur cæteri: sed ita cõtulisse cum Petro, ut ab illo nihil accesserit quod ad Euangelij rem attineret: & adeo non fuisse se compulsum à Petro, ut gentibus legis onus imponeret, ut Antiochiæ Petrũ cibis communibus uescentem, ubi se metu superuenientium Iudæorum, è conuiuio subduceret, palàm in os reprehenderit, docens, ex fide contingere salutem Euangelicam, non ex obseruatione legis iam antiquatæ. Id ueluti Petro dicì cœptum, latius prosequitur, uersus ad Galatas: demonstrãs, legem Mosaicam ad tempus modo fuisse datam, & ad unum Christum illa spectasse omnia: in illa fuisse carnem, in Euangelio spiritum: in illa umbras, in Euangelio lucem: in illa imagines, in Euangelio ueritatẽ: in illa seruitutẽ, in Euangelio libertatem.

Dementiæ

ARGVMENTVM.

Demẽtiæ uero esse, gu[illegible]datis potioribus, ultro recidere ad deteriora. Hæc agit capite primo, secundo, tertio, quarto. Deinde grauiter interminatus eis, ne circuncisione recepta, turpiter se dedant in seruitutem legis, ostendit Christianã libertatem non esse peccandi licentiam, sed ultroneam functionẽ officiorum pietatis, quæ charitate dictante, non lege iubente præstantur. Postremo hortatur ad Christianam concordiam, ad subleuandos infirmiores aut lapsos, ad benemerendum de ijs, qui nos fidem edocuerunt. Huiusmodi factis, quoniam spiritus sunt, æterna deberi præmia: cũ ceremonijs temporarijs, temporaria sit gloria: obiter in odium uocans pseudapostolos, qui non ob aliud studebant circuncidi Galatas, nisi ut super hoc gloriarentur, uelut authores huius facinoris. Cui morbo affines sunt, qui hodie nouos cultus & prodigiose insignes reperiunt, ut dicatur: hoc hominum genus ille instituit. Hanc epistolam, ut apparet, Paulus, quo singularẽ erga Galatas affectum testaretur, totam sua manu scripsit, cum in alijs soleat duntaxat subscribere.

Nostra argumenta scriptã testantur ab Epheso ciuitate: Græcorum inscriptiones ab urbe Roma.

ARGVMENTI FINIS.

EPISTOLA

EPISTOLA PAVLI AD GALATAS.

PAVLVS APOSTOLVS, nō ab hoībus, neq; per hominē, sed per IESVM Christū, ac deū patrē, qui suscitauit illū ex mortuis, quiq; mecū sunt oēs fratres, ecclesijs Galatiæ. Gratia uobis & pax à deo patre & domino nostro IESV Christo, q dedit seipsum p peccatis nostris, ut eriperet nos ex præsenti sæculo malo, iuxta uolūtatē dei & patris nostri: cui gloria in sæcula sæculorū. Amē.

Miror, qđ à Christo qui uocauit uos per gratiam, adeo cito trāsferamini in aliud Euāgeliū: qđ nō est aliud, nisi qđ quidā sunt, qui turbāt uos, et uolūt inuertere Euāgeliū Christi. Cæterū etiāsi nos, aut angelus è cœlo prædicauerit uobis Euāgeliū, præter id qđ prædicauimus uobis, anathema sit. ✻ Quēadmodū ante diximus, & nūc iterū dico: Si quis uobis prædicauerit Euāgeliū, præter id qđ accepistis, anathema sit. Nūc enim utrū hoībus suadeo, an deo? aut quæro hoībus placere? Nā si hactenus hominibus placuissem, Christi seruus haud quaquam essem. Notū aūt uobis facio fratres, Euāgelium qđ prædicatū est à me, nō esse secūdū hominē. Neq; enim ego ab homine accepi illud, neq; didici, sed per reuelationē IESV Christi. Audistis enim meā cōuersationē quondā in Iudaismo, qđ supra modū persequebar ecclesiā dei, ac depopulabar illā, & pficiebam in Iudaismo supra multos æquales in genere meo, cū uehementer essem studiosus à maioribus meis traditorum institutorū.

Ast ubi

Aſt ubi deo, qui ſegregauerat me ab utero matris meæ, et uocauit p gratiã ſuã in hoc, ut reuelaret filiũ ſuũ per me, uſum eſt, ut prædicarẽ ipſum inter gẽtes, cõtinuo non cõtuli cũ carne & ſanguine, neq; rediĳ Hieroſolymã, ad eos qui ante me fuerãt apoſtoli: ſed abĳi in Arabiã, ac denuo reuerſus ſum Damaſcũ. Deinde poſt annos treis rediĳ Hieroſolymã, ut uiderẽ Petrũ, & mãſi apud illũ dies quindecim. Aliũ aũt ex apoſtolis non uidi quenquam, niſi Iacobũ fratrẽ domini. Porrò quæ ſcribo uobis, eccè corã deo, nõ mentior. Deinde ueni in regiones Syriæ, Ciliciæq;. Eram aũt ignotus iuxta faciẽ eccleſĳs Iudææ, quæ erãt in Chriſto, Sed tantum hic rumor apud illos erat, qui perſequebatur nos aliquãdo, nunc prædicat fidem, quam quondam expugnabat, & glorificabant in me Deum.

CAP. II.

Deinde poſt annos quatuordecim rurſum aſcẽdi Hieroſolymã unà cũ Barnaba, aſſumpto ſimul & Tito. Aſcẽdi autẽ iuxta reuelationẽ, & cõtuli cũ illis Euãgeliũ, qd' prædico inter gentes, ſed priuatim cum ĳs, qui erãt in precio, ne quo modo in uanũ currerẽ, aut cucurriſſem. Sed neq; Titus, qui mecũ erat, cũ eſſet Græcus, cõpulſus fuit circũcidi, propter obuer ingreſſos falſos fratres, qui ſubintroierant ad explorandũ libertatẽ noſtrã quã habemus in Chriſto IESV quo nos in ſeruitutẽ adigerẽt. Quibus ne ad tẽpus quidẽ ceſſimus per ſubiectionẽ, ut ueritas Euãgelĳ permaneret apud uos. Ab his autẽ qui uidebãtur aliqd eſſe, quales aliquãdo fuerunt, nihil mea refert. Perſonã hominis Deus nõ accipit. Nam mihi qui uidebãtur eſſe in precio, nihil cõtulerũt. Imò cõtrà, cum uidiſſent, mihi cõcreditũ fuiſſe Euangeliũ præputĳ, quẽadmodũ Petro circũciſionis. Nã qui efficax fuit in Petro ad apoſtolatum

stolatū circūcisionis, efficax fuit & in me erga gentes, cum cognouissent gratiā mihi datā Iacobus & Cephas & Iohannes, q uidebātur esse colūnæ, dextras dederūt mihi ac Barnabæ societatis: ut nos in gētes, ipsi uero in circūcisionē apostolatu fungeremur, tantū ut pauperū memores essemus, in quo & diligens fui, ut hoc ipsum facerē. Cū autē uenisset Petrus Antiochiā, palā illi restiti, eò q, reprehensus esset. Nam anteq uenissent quidā à Iacobo, unà cū gentibus sumebat cibū. cum aūt uenissent, subduxit ac separauit se ab illis, metuens eos, q erant ex circūcisione, ac simulabāt unà cū illo cæteri quoq iudæi, adeo ut Barnabas simul abduceretur in illorū simulationē. Verū ubi uidissem, q nō recto pede incederēt ad ueritatē Euangelij, dixi Petro corā omnibus: Si tu, cū sis Iudæus, gētiliter uiuis, ac nō Iudaice, cur gētes cogis Iudaissare? Nos natura Iudæi & nō ex gētibus peccatores: quoniā scimus nō iustificari hominē ex opibus legis, niſi per fidē IESV Christi & nos in Christū IESVM credidimus, ut iustificaremur ex fide Christi, & nō ex opibus legis: propterea qđ nō iustificabitur ex opibus legis omnis caro. quòd si dum quærimus iustificari per Christū, reperimur & ipsi peccatores. Num ergo Christus peccati minister est? Absit. Nam si quæ destruxi, eadem rursum ædifico, transgressorem meipsum cōstituo. Ego enim per legem legi mortuus sui, ut Christo uiuerem unà cū Christo crucifixus sum. Viuo tamen, non iam ego, sed uiuit in me Christus. Vitam autem quam nunc uiuo in carne, per fidem uiuo filij Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Non aspernor gratiam dei. Nam si per legem est iusticia, igitur Christus frustra mortuus est.

CAPVT III.

O stulti

O Stulti Galatæ, quis uos fascinauit, ut nõ crederetis ueri
tati? Quibus præ oculis IESVS Christus ante fuit depi
ctus, inter uos crucifixus. Hoc solum cupio discere à uobis,
utrũ ex operibus legis spiritũ accepistis, an ex prædicatiõe fi
dei? Adeo stulti estis, cũ spiritu cœperitis, nũc carne cõsuma=
mini. Tã multa passi estis frustra, si tamẽ & frustra. Qui igi=
tur subministrat uobis spiritũ, & operatur uirtutes in uobis,
Gene. 15. utrũ ex opibus legis, an ex prædicatiõe fidei id facit? ✶ Quẽ=
Rom. 4. admodũ Abrahã credidit deo, & imputatũ est illi ad iustitiã.
Scitis igitur, qd' qui ex fide sunt, hi sunt filij Abrahæ. Præuidẽs
aũt scriptura, qd' ex fide iustificet gẽtes deus, prius rem lætã
Gen. 22. nũciauit Abrahæ: ✶ Benedicẽtur, inquiens, in te oẽs gentes.
Itaq; qui ex fide sunt, benedicũtur cũ fideli Abrahã. Nã quot=
quot ex operibus legis sunt, execratiõi sunt obnoxij. Scriptũ
Deute. 27 est enĩ: ✶ Execrabilis est omnis, qui nõ mãserit in oĩbus quæ
scripta sunt in libro legis, ut faciat ea. Quòd aũt in lege nul
Abac. 2. lus iustificetur apud deũ, palàm est. ✶ Siquidem iustus ex fide
uiuet. Lex aũt nõ est ex fide: sed qui fecerit ea homo, uiuet in
ipsis. Christus nos redemit ab execratiõe legis, dũ pro nobis
Deute. 21 factus est execratio. Scriptũ est enĩ: Execrabilis oĩs qui pen=
det in ligno, ut in gẽtes benedictio Abrahæ ueniret per Chri
stũ IESVM, ut pmissionẽ spũs acciperemus per fidẽ. Fratres,
secũdũ hominẽ dico. Hominis licet testamentũ, tamẽ si sit cõ
probatũ, nemo reijcit, aut addit aliqd. Porrò Abrahæ dictæ
sunt promissiões & semini eius. Nõ dicit, & seminibus, tanq̃
de multis, sed tanq̃ de uno: & in semine tuo, qui est Christus.
Hoc aũt dico, testamẽtũ ante cõprobatũ à deo erga Christũ,
lex quæ post annos quadringẽtos & triginta cœpit, nõ facit
irritũ, ut abroget pmissionẽ. Nã si ex lege est hæreditas, non

tam

iam est ex promissione. Atqui Abrahæ per promissionem donauit Deus, Quid igitur Lex? Propter transgressiones addita fuit, donec ueniret semen, cui promissum fuerat, ordinata per angelos in manu intercessoris. intercessor aũt unius nõ est, at Deus unus est. Lex igitur nũ est aduersus ꝓmissiones Dei? Absit. eteni si data fuisset Lex, quæ possit uiuificare, uere ex lege esset iusticia. Sed cõclusit scriptura oĩa sub peccatũ, ut promißio ex fide IESV Christi daretur credẽtibus, Cæterũ antequã ueniſſet fides, sub lege custodiebamur, cõclusi in eam fidem, quæ erat reuelãda. Itaq; lex pædagogus noster fuit ad Christũ, ut ex fide iustificaremur. At postquã uenit fides, non amplius sub pædagogo sumus Oẽs enim filij Dei estis, eo qđ credidistis Christo IESV. Nã quicunq; baptizati estis, Christum induistis Non est Iudæus, neq; Græcus: nõ est seruus, neq; liber: nõ est masculus ac fœmina. Omnes enĩ uos unus estis in Christo IESV. Quod si uos estis Christi, Igitur Abrahæ semen estis, & iuxta promissionem hæredes.

Act rom. iii

CAP. IIII.

DIco autem, quamdiu hæres puer est, nihil differt à seruo, cum sit dominus omniũ, sed sub tutoribus & actoribus est usq; ad tẽpus quod pater præscripserit. Sic et nos, cum essemus pueri, sub elementis mundi eramus, in seruitutem adacti. At ubi uenit plenitudo temporis, emisit Deus filiũ suum, factum ex muliere, factum legi obnoxiũ, ut eos qui legi erant obnoxij, redimeret: ut adoptionẽ filiorum acciperemus. Quoniam autem estis filij, emisit Deus spiritum filij sui in corda nostra clamantẽ, abba, pater. Itaq; iam nõ es seruus, sed filius. quod si filius, & hæres Dei per Christũ. Sed tũc quidem cũ ignoraretis Deũ, seruiebatis ijs, qui natura nõ sũt

dij, At nũc posteaquã cognouistis Deũ quĩ potius cogniti estis à Deo, quomodo cõuertimini denuo ad infirma et egena elemẽta, qbus iterũ ab integro seruire uultis? Dies obseruatis, et mẽses, & tpa, et annos. Metuo de uobis, ne frustra laborauerim erga uos. Estote, ut ego sũ: quãdo quidẽ et ego sũ, ut uos, fratres rogo uos. Nihil me læsistis. Nostis, qd' per infirmitatẽ carnis euãgelizauerim uobis prius, & experimentũ mei, qd' erat ĩ carne, nõ estis aspernati, neq; respuistis, sed me uelut angelũ Dei suscepistis, uelut Christũ IESVM. Quæ est igitur beatitudo uestra? Testimoniũ enĩ reddo uobis, qd' si fieri potuisset, oculos uestros effossos dedissetis mihi igitur inimicus factus sũ uobis, uera loquẽdo uobis? Ambiũt uos nõ bene, imõ excludere uos uolũt, ut ipsos æmulemini. Bonũ aũt est æmulari in re bona sẽper, & nõ solũ cũ præsẽs sũ apud uos. Filioli mei, quos iterũ parturio donec formetur Christus in uobis. Vellẽ aũt adesse apud uos nũc, & mutare uocẽ meã, quoniã cõsilij inops sum in uobis. Dicite mihi, qui sub lege uultis esse, legẽ ipsã nõ auditis? Scriptũ est enĩ, ✶ qd' Abrahã duos filios habebat, unũ ex ancilla, et unũ ex libera. Verũ is qui ex ancilla natus est, secundũ carnẽ natus est: q uero ex libera per repromissionẽ, quæ per allegoriã dicũtur. Nã hæc sũt duo testamẽta unũ quidẽ à mõte Sina, ĩ seruitutẽ generãs, qui est Agar, nam Agar Sina mõs est in Arabia, cõfinis est aũt, ei quæ nũc uocatur Hierusalẽ, seruit autẽ cũ filijs. At quæ sursum est Hierusalem, libera est: quæ est mater omniũ nostrũ. Scriptum est enim: Lætare sterilis, quæ non paris. erũpe et clama, quæ nõ parturis: quoniam multi liberi desertæ, magis quàm eius quæ habet uirũ. Nos autẽ fratres secundũ Isaac promissionis filij sumus. sed quẽadmodũ tunc is qui secundũ carnẽ natus erat,

Gene. 21.

Esa. 54.

perseque-

persequebatur eũ, qui natus erat secundũ spiritum. ita et nũc Gene. 21.
At quid dicit scriptura? ✶ Eijce ancillam & filium illius, non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Itaq; fratres, non sumus ancillæ filij, sed liberæ. ¶ CAPVT V.

IN libertate igitur qua Christus nos liberauit, state, et ne rursus iugo seruitutis implicemini. Ecce ego Paulus dico uobis qd si circuncidamini, Christus nihil uobis ꝓderit Cõtestor aũt omnẽ hominẽ qui circũciditur, qd debitor est totius legis seruandæ, Christus uobis factus est ociosus: quicunq; per legẽ iustificamini, á gratia excidistis. Nos enim spiritu ex fide spẽ iusticiæ expectamus: nã in Christo IESV, neq; circũcisio quicquã ualet, neq; præputiũ, sed fides per dilectionẽ operans, Currebatis bene, quis uos impediuit. ut nõ crederetis ueritati? Nempe persuasio non ex eo profecta, qui uocat uos. ✶ Paulã fermenti totã conspersionẽ fermẽtat. Ego cõfido de uobis in domino, quod nihil aliud sesuri sitis. Cæterũ qui cõturbat uos, portabit iudicium, qsquis fuerit. Ego autẽ fratres si circumcisionẽ adhuc prædico, quid adhuc persecutionem patior? Abolitũ est igitur offendiculũ crucis. Vtinã & abscindantur qui uos labefactãt. Vos enĩ in libertatẽ uocati fuistis fratres: tantũ ne libertatẽ in occasionem detis carni, sed per charitatẽ seruite uobis inuicẽ. Nã tota lex in uno uerbo cõpletur, nẽpe hoc: Diliges proximũ tuũ ut teipsũ. Quod si alius aliũ uicißim mordetis et deuoratis, uidete ne uicißim alius ab alio cõsumamini. Dico aũt, spiritu ambulate, et cõcupiscentiã carnis nõ pficietis. Nã caro cõcupiscit aduersus spiritum, spiritus aũt aduersus carnẽ. Hæc aũt inter se mutuo aduersantur, ut nõ quæcunq; uolueritis, eadem faciatis. Quod si spiritu ducimini, non estis sub lege. Porrò manifesta sunt opera 1. Cor. 5

carnis, quæ sũt hæc: adulteriũ, scortatio, immundicia, lasciuia, simulacrorum cultus, beneficiũ inimicitiæ, lis, æmulationes, iræ, cõcertationes, seditiones, sectæ, inuidiæ, cædes, ebrietates, cõmeßationes, & his similia: de quibus prædico uobis quemadmodũ & prædixi: qđ qui talia agũt, regni dei hæredes non erunt. Contra, fructus spiritus est, charitas, gaudiũ, pax, lenitas, benignitas, bonitas fides, mansuetudo, tẽperãtia. Aduersus huiusmodi nõ est lex. Qui uero sũt Christi, carnẽ crucifixerũt cũ affectibus et cõcupiscẽtijs. Si uiuimus spũ, spiritu et ĩcedamus. Ne efficiamur inanis gloriæ cupidi inuicẽ nos prouocãtes inuicẽ inuidẽtes. CA. VI.

FRatres, etiã si occupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spirituales estis, instaurate huiusmodi spiritu mansuetudinis, cõsiderans temetipsũ ne & tu tenteris. Inuicem alij aliorũ onera portate, & sic cõplete legẽ Christi. Nã si quis sibi uidetur aliquid esse, cũ nihil sit, suũ ipse fallit animum. Opus aũt suum probet unusquisq;, et tũc in semetipso tantũ gloriationẽ habebit, et nõ in alio. Vnusquisq; enim propriã sarcinã baiulabit. Cõmunicet autẽ qui catechizatur sermone, ei qui se catechizat in omnibus bonis. Ne erretis, Deus nõ irridetur. Quicquid enĩ seminauerit homo, hoc & metet. Nã qui seminat per carnẽ suã, de carne metet corruptionẽ: sed qui seminat per spiritũ, de spiritu metet uitã æternam. Bonũ autem facientes ne defatigemur. Tempore enim suo metemus nõ defatigati: Itaq; dum tẽpus habemus, operemur bonũ: cum erga omnes, tũ uero maxime erga domesticos fidei. Videtis quãta uobis epistola scripserim mea manu. Quicunq; uolunt iuxta faciẽ placere in carne hi cogunt uos circuncidi, tantũ, ne ob crucẽ Christi persecutionẽ patiãtur.

Nam

Nam qui circũciduntur, ne ipſi quidẽ legẽ ſeruant: ſed uolunt uos circũcidi, ut in ueſtra carne gloriẽtur. Ego uero, abſit glorier, niſi in cruce domini noſtri IESV Chriſti: per quẽ mihi mũdus crucifixus eſt, et ego mũdo. Nã in Chriſto IESV neq; circũciſio quicquã ualet, neq; præputiũ, ſed noua creatura. Et quicunq; iuxta regulã hanc incedunt, pax ſuper eos, & miſericordia, et ſuper Iſraëlem dei. De cætero ne quis mihi moleſtias exhibeat. Ego enim ſtigmata domini IESV in corpore meo porto. Gratia domini noſtri IESV Chriſti cum ſpiritu ueſtro, fratres. AMEN.

Ad Galatas miſſa fuit è Roma.

IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

Argumentum per Eraſmum Roterodamum.

EPheſus metropolis quondã erat Aſiæ minoris, ciuitas ſupſtitioſe dedita cultui dæmonũ et præcipue Dianæ, unde et in actis Dianæ νεω κόρος dicitur: nõ illius uenatricis, cui poëtæ ſagittas & arma tribuunt: ſed multimammiæ, quam Græci πολύμαζον appellant, quã uolebãt omniũ animãtium eſſe nutricẽ, ut ĩdicauit Hieronymus. Nã de templo Epheſiæ Dianæ, toto orbe celebratiſſimo, paſſim etiã ethnici meminere ſcriptores. Hos curioſarũ artiũ tenebat ſtudium. Vnde legimus ad prædicationẽ apoſtolorũ, magicos libros ab eis cõportatos, igni traditos fuiſſe, et ſupputato precio, cõpertum fuiſſe quinquagies mille nummũ argẽti, ſicut refertur in Actis, capite decimo nono. Vt igitur à tãtis erroribus illos abduceret trienniũ apud illos egit: nihil interĩ non faciẽs, qd' ad illorum ſalutẽ faciebat, magno ſtudio reclamãtibus & obſtrepẽ

pentibus multis, sicut ipse testatur alicubi: ubi & bestijs obiectus est quemadmodũ ipse testatur in secũda ad Corinthios epistola. At discedẽs, Timotheum apud eos remanere iußit. Abũdabat aũt ea ciuitas, ut curiosis et magiæ deditis, ita doctissimis uiris: unde Paulus, ut ad oĩm mores et ingenia sese aptẽperat, de dæmonibus ac spiritibus crebro meminit, bonorũ ac malorũ differẽtiã indicãs. Ad hæc retrusa quædã aperit. Nec enim est alla epistola, quæ tã abditos habeat sẽsus, ut ob hãc potißimũ Petrus scripsisse uideatur: Sicut et charißimus frater noster Paulus, secũdũ datã sibi sapiẽtiã scripsit uobis, sicut in oĩbus epistolis, loquẽs in eis de his, in qbus sũt quædã difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles depraũãt, sicut et cæteras scripturas ad suã ipsorũ pditionẽ. Hos igitur quoniam in fide perstiterãt, hortatur ut pergãt et ad pfectionem proficiãt, cõmonefaciens cuiusmodi fuerint, cũ utilijs addicti seruirẽt impijs spiritibus, et quales nunc facti sint, insiti Christo: docẽs interi Euangelij gratiã cõsilio diuino, licet Iudæis promissã, in gẽtes quoq; recte propagatã et huius muneris seministrũ à deo cõstitutũ. Quoniam aũt scripsit è carcere, hortatur ne deijciantur animo ob ipsius afflictiones, uerum eas potius sibi gloriæ ducãt. Hæc agit capite primo, et secundo. In cæteris tribus uitæ formã illis præscribit, demonstrans quid sequendũ, quid fugiendũ: quæ officia maritorũ in uxores, uxorũ in maritos: quæ parẽtum in liberos, liberorũ in parẽtes: quæ dominorũ i seruos, seruorũ in dominos. Scripta est Epistola ab urbe Roma p Tichicũ diaconũ: cuius meminit in calce, fidelẽ ministrũ eũ uocãs. Ambrosius addit scriptã è carcere, cũ Hierosolymis Romã deductus sub fideiussore degeret extra castra in suo cõductlo. ARGVMENTI FINIS.

Ad Ephe-

AD EPHESIOS

EPISTOLA.

AVLVS APOSTOLVS IESV Christi p uolũtatem dei, ſanctis q agũt Epheſi, & fidelibus in Chriſto IESV. Gratia uobis & pax à deo patre noſtro, & domino IESV Chriſto. Benedictus Deus, et pater domini noſtri IESV Chriſti, qui benedixit nos omni benedictione ſpirituali i cœleſtibus Chriſto. Quẽadmodũ elegit nos in ipſo, antequã iacerẽtur fũdamenta mundi: ut eſſemus ſancti et irreprehẽſibiles corã illo p charitatẽ, q prædeſtinauit nos, ut adoptaret, i filios per IESVM Chriſtũ, i ſeſe, iuxta beneplacitũ uolũtatis ſuæ, ut laudetur gloria gratiæ ſuæ, qua charos reddidit nos p dilectũ, p quẽ habemus redemptionẽ p ſãguinẽ ipſius, remiſſionẽ peccatorũ, iuxta diuitias gratiæ, de qua ubertĩ nobis impartiuit in omni ſapiẽtia et prudẽtia, pateſacto nobis arcano uolũtatis ſuæ, iuxta beneplacitũ ſuũ, qd̃ propoſuerat i ſeipſo, uſq; ad diſpenſationẽ plenitudinis tẽporũ: ut ſummatim inſtauraret omnia per Chriſtũ, et quæ in cœlis ſũt et quæ in terra per eundẽ, p quẽ et i ſortem aſciti ſumus, prædeſtinati ſecundũ propoſitũ ipſius, cuius uiſiũt uniuerſa, iuxta decretũ uoluntatis ipſius: ut ſimus nos in laudẽ gloriæ illius, qui priores ſperauimus in Chriſto, in quo ſperamus et nos, audito uerbo ueritatis, Euãgelio ſalutis ueſtræ i quo etiã poſteaquã credidiſtis, obſignati eſtis. ſpiritu p miſſionis ſãcto, q eſt arrabo hæreditatis noſtræ, in redempti

onem acquisitæ possessionis, in laudẽ gloriæ ipsius. Quapro
pter & ego, cũ audissem eam quæ in uobis est fidẽ, in domi-
no IESV, & charitatẽ in omnes sanctos, non desino gratı-
as agere pro uobis, mentionẽ uestri faciens in præcibus meis
ut Deus domini nostri IESV Christi, pater gloriæ det uobis
spiritũ sapientiæ & reuelationis, per agnitionem sui, illumi-
natos oculos mẽtis uestræ: ut sciatis, quæ sit spes ad quã ille uo
cauit, & quã opulẽta gloria hæreditatis illius in sanctis, &
quæ sit excellens magnitudo potẽtiæ illius in nos, q credimus
secũdum efficaciam roboris fortitudinis eius, quam exercuit
in Christo, cum suscitaret eũ ex mortuis, et sedere fecit ad de
xteram suam in cœlestibus, supra omnem principatũ ac po-
testatem, & uirtutem, & dominium, & omne nomẽ quod no
minatur, non solum in sæculo hoc, ,uerumetiam in futuro, &
oĩa subiecit sub pedes illius, & eũ dedit caput super omnia
ipsi ecclesiæ, quæ est corpus illius, complementum eius, qui
omnia in omnibus adimplet. CAPVT II.

Coloß. 2. ET uos cũ essetis mortui delictis ac peccatis, in quibus
aliquando ambulastis: iuxta sæculum mundi huius, iuxta
principem, cui potestas est aëris, qui est spiritus, nũc agens
in filijs contumacibus inter quos & nos omnes conuersaba-
mur aliquando in concupiscentijs carnis nostræ, facientes
quæ carni ac menti libebant: et eramus natura filij iræ, quẽ
admodum et cæteri. sed Deus qui diues est in misericordia,
propter multam charitatem suam, qua dilexit nos etiam cũ
essemus mortui per delicta, conuiuificauit nos unà cũ Christo
(per gratiam estis seruati) simulq; cum eo resuscitauit, et si-
mul cum eo sedere fecit inter cœlestes, in Christo IESV: ut
ostenderet in sæculis superuenientibus eminentem opulentiã

gratiæ

gratiæ suæ, benignitate erga nos per Christũ IESVM. Gratia enī estis seruati per fidē, idq; nō ex uobis. Dei donū est, nō ex operibus, ne quis glorietur, nā ipsius sumus opus, cōditi in Christo IESV ad opera bona, quæ præparauit Deus, ut in eis ambularemus. Quapropter memētote, q; uos quondā gētes in carne, uocabamini præputiū, ab ea quæ uocatur circūcisio in carne: quæ circūcisio manibus fit: qd', inquam, eratis in tēpore illo, sine Christo, abalienati à Republica Israēlis, & extranei à testamētis ꝓmissionis: spem nō habētes, deoq; carentes in mūdo. Nūc aūt per Christũ IESVM uos, qui quōdā eratis lōginqui, ꝓpinqui facti estis per sanguinē Christi. Ipse enī est pax nostra qui fecit ex utrisq; unū, & interstitiū macerię diruit: simultatē per carnē suā, legē mādatorū in decretis sitā abrogās, ut duos cōderet in semetipso in unū nouū hominē, faciens pacē: & ut recōciliaret ambos in uno corpe deo per crucē, pempta inimicitia per eā: & ueniēs euāgelizauit pacē uobis, qui ꝓcul aberatis, & ijs qui propè. Quoniā autē per illũ habemus aditū utriq; in uno spiritu ad patrē. Iam igitur nō estis hospites & incolæ, sed conciues sanctorū ac domestici Dei supstructi sup fundamentū Apostolorū ac ꝓphetarū, sūmo angulari lapide ipso IESV Christo: in quo quæcūq; structura coagmētatur, ea crescit in tēplū sanctū in domino: in quo & uos coædificamini in habitaculū dei per spūm.

CAPVT III.

HVius rei gratia ego Paulus uinctus sum Christi IESV pro uobis gētibus. Siquidē audistis dispēsationē gratiæ Dei, quæ data est mihi in uos, q; secundū reuelationē notū mihi fecit mysteriū, quēadmodū ante scripsi paucis, ex qbus potestis legētes intelligere cognitionē meā in mysterio Christi, qd' in

alijs ætatibus nõ innotuit filijs hominũ, quẽadmodũ nũc reuelatũ est sanctis Apostolis eius & pphetis per spiritum, ut sint gentes cohæredes, & eusdẽ corporis, cõsortes q; pmissionis eius in Christo, per Euãgelium, cuius factus sum minister secundũ donũ gratiæ Dei, qd' datũ est mihi secundũ efficaciam potentiæ illius. Mihi minimo omniũ sanctorũ data est gratia hæc, ut inter gentes euangelizem inperuestigabiles diuitias Christi: et in lucem proferã omnibus quæ sit cõmunio mysterij, qd' erat absconditũ à sæculis in Deo, qui uniuersa cõdidit per IESVM Christũ, ut notum fiat nunc principatibus ac potestatibus in cœlestibus per ecclesiã, uehemẽter uaria sapientia dei, secundũ præfinitionem sæculorũ quã fecit in Christo IESV domino nostro, per quem habemus audaciã & aditũ cũ fiducia, quæ est per fidem illius. Quapropter peto, ne deficiatis ob afflictiões meas, quas pro uobis tolero, quæ est gloria uestra. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrẽ domini nostri Iesu Christi, ex quo oĩs à cõmuni patre cognatio in cœlis, et in terra nomiatur, ut det uobis iuxta diuitias gloriæ suæ, ut fortitudine corroboremini per spiritũ suũ, in internũ hominẽ, ut inhabitet Christus per fidẽ in cordibus uestris, fixis in charitate radicibus, et fundamẽto iacto, ut ualeatis assequi cũ oĩbus sanctis, quæ sit latitudo, et lõgitudo, et pfunditas, et sublimitas: cognoscere q; præeminentẽ cognitõis dilectionẽ Christi, ut impleamini in oẽm plenitudinẽ dei. Ei uero qui potest cumulate facere ultra omnia quæ petimus, aut cogitamus, iuxta uim agentem in nobis, sit gloria in ecclesia per Christũ IESVM, in oês ætates sæculi sæculorũ. AMEN.

CAPVT IIII.

Hortor itaq; uos ego uinctus ĩ domino, ut ambuletis: ita ut dignum

ut dignum est uocatione, qua uocati estis, cũ omni submissione ac mansuetudine, cũ animi lenitate, tolerãtes uos inuicem per charitatẽ, studentes seruare unitatem spũs, per uinculum pacis. ✶ Vnũ corpus & unus spiritus quemadmodũ & uocati Rom. 12. & 1. Corin. 12.
estis in una spe uocationis uestræ. Vnus dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus & pater omniũ, qui est sup omnia & per oĩa & in oĩbus uobis. Verũ unicuiq; nostrũ data est gratia iuxta mẽsurã donatiõis Christi. Quapropter dicit. ✶ Psal. 67.
Cũ ascendisset in altũ, captiuã duxit captiuitatẽ, & dedit dona hoĩbus. Cæterũ illud ascendit, qd est, nisi qd' etiã descenderat prius in infimas partes terræ? Qui descendit idẽ ille est, qui etiã ascẽdit supra oẽs cœlos, ut impleret oĩa. ✶ Et idẽ de Corin. 12.
dit, alios quidẽ apostolos, alios uero pphetas, alios aũt euãgelistas, alios aũt pastores ac doctores, ad instaurationẽ sanctorũ in opus administratiõis, in ædificationẽ corporis Christi, donec pueniamus oẽs in unitatem fidei & agnitiõis filij dei, in uirũ perfectũ, in mensurã ætatis plene adultæ Christi, ut nõ pueriles
amplius simus pueri, qui fluctuemus et circũferamur quouis uento doctrinæ per uersutiã hominũ, per astutiã, qua nos adoriuntur, ut imponãt nobis: sed ueritatẽ sectãtes in charitate adulescamus in illũ per oĩa, q est caput, nẽpe Christus in quo totũ corpus, si coagmentetur, & cõpingatur per oẽm cõmissurã subministratiõis, iuxta actũ in mẽsura, uniuscuiusq; partis, incrementũ corpis facit, in ædificationẽ suijpsius per charitatẽ. Hoc itaq; dico, et testor p dominũ, ne posthac ambuletis. quẽadmodũ & reliquæ gẽtes ambulãt in uanitate mentis suæ, dũ mentẽ habẽt obtenebratã, abalienati à uita dei, propter ignorantiã quæ est in illis, & excæcationẽ cordis eorũ, qui posteaquàm puenerũt eò, ut dolere desierint, semetipsos

dediderunt

dediderũt lasciuiæ, ad patrãdũ immũdiciã oẽm cũ auiditate. Vos aũt nõ sic didicistis Christũ, siquidẽ illũ audistis, & in eo docti fuistis, quẽadmodũ est ueritas in IESV, deponere iuxta priorẽ cõuersationẽ ueterẽ hominẽ, qui corrũpitur iuxta cõ cupiscentias erroris: renouari uero spũ mẽtis uestræ, & induere nouũ hominẽ, qui iuxta Deũ cõditus est per iustitiã, et
1. Petri. 2. sanctitatẽ ueritatis. ✶ Quapropter deposito mẽdacio, loqua
Zacha. 8. mini ueritatẽ quisq; pximo suo, quoniã sumus inuicẽ mẽbra.
Psal. 4. ✶ Irascimini & nõ peccetis: sol ne occidat sup irã uestrã, ✶
Iaco. 4. neq; detis locũ calũniatori. Qui furabatur, nõ amplius furetur: magis aũt laboret opando manibus qd' bonũ est, ut possit impartiri ei qui opus habuerit. Omnis sermo spurcus ex ore uestro non pcedat: sed si quis est bonus ad ædificationẽ, quoties opus est, ut det gratiã audiẽtibus: & ne cõtristetis spũm sanctũ Dei, per quẽ obsignati estis in diem redẽptiõis. Omnis amarulẽtia & tumor, & ira, & uociferatio, & maledicẽtia tollatur à uobis cũ omni malicia. Sitis aũt inuicẽ alius in aliũ comes, misericordes, largiẽtes uobis inuicẽ, quẽadmodũ & Deus per Christũ largitus est uobis. CAP. V.

SItis igitur imitatores Dei tanq̃ filij dilecti, & ambuletis in dilectiõe, quẽadmodũ & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum p nobis oblationẽ ac uictimã Deo in odorẽ bonæ fragrãtiæ. Cæterũ scortatio, & oĩs immũdicia, aut auaricia, ne nominetur quidẽ inter uos, sicut decet sanctos, aut obscœnitas, aut stultiloquiũ, aut urbanitas, quæ nõ cõueniũt, sed magis gratiarumactio. Nã hoc scitis, qd' omnis scortator, aut immundus, aut auarus, qui est simulacrorũ cultor, non habet hæreditatẽ in regno Christi & Dei. Ne quis quàm uos decipiat inanibus sermonibus. Propter hæc enim uenire solet ira

Dei

dei in filios inobedientes. Ne sitis igitur cõsortes illorũ. Eratis enī quõdã tenebræ, nũc aũt lux in domino, ut filij lucis ambulate: (nã fructus spũs situs est in omni bonitate, & iustitia, & ueritate) probãtes, qd sit acceptũ domino, & ne cõmercũ habueritis cũ opibus infrugiferis tenebrarũ, qn ea potius etiam arguite. Nã quæ secreto fiũt a b istis turpe est uel dicere. Sed oĩa dũ prodũtur à luce manifesta fiũt. Nã quicqd manifestũ redditur, lumẽ est. Quapropter dicit: expgiscere qui dormis, & surge à mortuis, & illucescet tibi Christus. ✶ Videte igitur quomodo circũspecte ambuletis, nõ ut insipientes, sed ut sapiẽtes, redimẽtes occasionẽ, qd' dies mali sint. Propterea ne sitis imprudẽtes, ✶ sed intelligẽtes quæ sit uolũtas domini Et ne inebriemini uino, in quo luxus est, sed impleamini spiritu, loquentes uobismetipsis per psalmos, & hymnos, & cantiones spirituales, canentes ac psallẽtes in corde uestro domino, gratias agẽtes semp de oĩbus, in nomine domini nostri IESV Christi, Deo & patri, subditi uicissim alius alij cũ timore dei. ✶ Vxores proprijs uiris subditæ sitis, ueluti domino: quoniã uir est caput uxoris, quẽadmodũ & Christus ẽ caput ecclesiæ: & idẽ est qui salutẽ dat corpori. Itaq; quẽadmodũ ecclesia subdita est Christo, sic & uxores suis uiris subditæ sint in oĩbus. Viri, diligite uxores uestras, sicut & Christus dilexit ecclesiã & semetipsum exposuit p ea, ut illũ sanctificaret, mũdatã lauacro aquæ per uerbũ, ut adhiberet eã sibijpsi gloriosam, ecclesiã, non habentẽ maculã aut rugã, aut quicq; ciusmodi, sed ut esset sancta, & irreprehensibilis. Sed debent uiri diligere suas uxores, ut sua ipsorũ corpora. Qui diligit suã uxorem, seipsum diligit. Nullus enī unquam suã ipsius carnẽ odio habuit: imò enutrit, ac fouet eã, sicut et dominus ecclesiam.

Colos. 4.
Roma. 12.
1. Thess. 4.
1. Cor. 11.
Colos. 3.
1. Petri. 3.

cleſiã. Quoniã mẽbra ſumus corporis eiuſdẽ, ex carne eius, & ex oſſibus eius. Huius rei gratia, relinquet homo patrem ac matrem, & adiungetur uxori ſuæ, atq; ẽ duobus fiet una caro. Myſteriũ hoc magnũ eſt, uerũ ego loquor de Chriſto et de eccleſia. Quanquam & uos ſingulatim hoc præſtate, ut ſuã quiſq; uxorem diligat tanq̃ ſeipſum: uxor autem reuereatur uirum.

CAPVT VI.

Filij, obedite parẽtibus ueſtris in domino, nam id eſt iuſtũ. Honora patrem tuũ, & matrem, qd' eſt præceptũ primũ in promiſſiõe, ut bene tibi ſit, & ſis lõgæuus in terra. Patres, ne prouocetis ad irã liberos ueſtros: ſed educetis eos per eruditionem & correptionẽ domini. Serui obedite ijs, qui domini ſunt iuxta carnẽ, cũ timore, ac tremore, cũ ſimplicitate cordis ueſtri, tanquam Chriſto: nõ ad oculũ ſeruientes: uelut hoĩbus placere ſtudentes, ſed tanq̃ ſerui Chriſti, faciẽtes quæ uult Deus, ex animo, cũ bencuolentia, ſeruientes domino, & non hominibus: illud ſcientes, qd' unuſquiſq; qd' fecerit boni, hoc reportabit à Deo, ſiue ſeruus fuerit, ſiue liber. Et uos domini eadem facite erga illos, remittentes minas: ſcientes, qd' & ueſter ipſorũ dominus eſt in cœlis, nec perſonæ reſpectus eſt apud illũ. Quod ſupeſt fratres mei, ſitis fortes per dominũ, perq; potentiã roboris illius. Induite totã armaturã Dei, ut poſſitis ſtare aduerſus aſſultus diaboli. Quoniã nõ eſt nobis lucta aduerſus ſanguinẽ & carnẽ, ſed aduerſus principatus, aduerſus poteſtates, aduerſus mũdi dominos, rectores tenebrarũ ſæculi huius, aduerſus ſpirituales aſtutias in cœleſtibus. Quapropter aſſumite uniuerſam armaturã dei, ut poſſitis reſiſtere in die malo, & oĩbus peractis ſtare. State igitur lumbis circũcinctis baltheo per ueritatẽ, & induti thoracem iuſticiæ,

iuſticiæ,& calceati pedibus,ut parati ſitis ad Euãgeliũ pacis, ſup oĩa aſſũpto ſcuto fidei,quo poſſitis oĩa iacula mali illius ignita extinguere. Galeamq; ſalutaris accipite,& gladiũ ſpiritus,qui eſt uerbũ dei,in omni deprecatiõe & obſecratiõe, orãtes in omni tẽpore,in ſpiritu,& ad hoc ipſum uigilantes cũ omni ſedulitate & deprecatiõe pro oĩbus ſanctis,& pro me:ut mihi detur ſermo in apertiõe oris mei cũ libertate, ut notũ faciã myſteriũ Euãgelij mei: ſup quo legatiõe fungor in catena,ut in eo libere loquar ſicut oportet me loqui. Vt autẽ ſciatis & uos quæ ad me ptinent quid agam, de omnibus uos certiores reddet Tychicus dilectus frater & fidus miniſter in domino,quẽ miſi ad uos in hoc ipſum, ut cognoſceretis de rebus noſtris,& conſolaretur corda ueſtra. Pax fratribus et charitas cũ fide,à Deo patre,& domino IESV Chriſto. Gratia ſit cum omnibus diligentibus dominum noſtrum IESVM Chriſtum cum ſyncritate. Amen.

Miſſa fuit è Roma,ad Epheſios per Tychicum

IN EPISTOLAM AD PHILIPPENSES

Argumentum per Eraſmum Roterodamum.

PHilippenſes in prima Macedoniæ parte ſunt ut narratur in Actis,cap. decioſexto,colonia oriũda ab urbe Philippis,dicta à Philippo cõditore. Horũ metropolis eſt Theſſalonice. q quoniã in fide ſemel accepta pſiterãt nõ admiſſis pſeudapoſtolis, quibus auſcultarãt Corinthij & Galatæ,merito ab Apoſtolo collaudãtur. Ad hos Paulus admonitu ſpũs profectus,cõplures dies apud illos egit nõ ſine negocio.

Nam

Nam hic flagris cæsus est Paulus, & cum Sila cõiectus est in carcerem. Quo tẽpore carceris custos cũ tota familia baptizatus est. Hic erat & Lydia purpuraria, quæ prima conuersa, Paulũ excepit hospitio, hic & milites, cognito q; Romanus esset ciuis, ultro rogarunt, ut quò uellet, abiret: & Christi nomẽ satis felicibus auspicijs inclaruit. Quin etiã cũ Paulus Romæ ageret in uinculis, miserũt illi quæ ad uitæ necessitatẽ pertinebãt, per Epaphroditũ, qd' & ante fecerãt, cũ ageret Thessalonicæ: sicut in hac ipse testatur epistola. Collaudatos igitur eos adhortatur, ut perseuerent ac proficiant: ostendẽs gloriandũ etiã in afflictionibus, quæ ad illustrandum Christi Euangelium facerent: se uero uel mortem adeo nõ horrere, ut optet etiam, si Christo uolente contingat. Deinde cum pr mis adhortatur ad mutuam cõcordiam, quæ inter elatos esse nõ potest, & quo æquiore sint animo, pollicetur Timotheũ atq; etiã ipsum breui ad illos redituru: interim misso Epaphrodito, qui ex periculosissima ægrotatiõe cõualuerat. Hæc agit duobus primis cap. Nã in tertio cõfirmat animos illorũ aduersus pseudapostolos, ad Iudaismum ubiq; sollicitãtes: quos canes appellat, operarios iniquitatis, inimicos crucis Christi, & qui uentrem Dei loco colerent, nusquam apertius, in eos stomachatus. Quartũ cõmendatiõibus & salutatiõibus occupat, nisi qd' monita quædã obiter admiscet, & Philippensibus pro sua in se munificentia gratias agit. Scripsit ex urbe Roma per Epaphroditũ, cum iterũ esset in carcere. Nã post primã defensionẽ, rursus in carcerẽ ductus est, cuius rei meminit ipse in epistola ad Timotheum

ARGVMENTI FINIS.

Ad Phi-

AD PHILIPPENSES EPISTOLA.

PAVLVS AC TIMOTHEVS SERui IESV Christi, oībus sanctis in Christo IESV q sunt Philippis, unà cū episcopis ac diaconis. Gratia uobis & pax à Deo patre nostro et domino IESV Christo. Gratias ago deo meo in omni memoria uestri, semp in omni precatiōe mea p oībus uobis, cū gaudio precationē faciēs, qd uenertis ī cōmunionē euangelij à primo die usq; ad hoc tēpus, psuasum habēs hoc ipsum qd' is qui cœpit in uobis opus bonū, pficiet usq; ad diē IESV Christi: sicut iustū est mihi, ut hoc sentiā de oībus uobis, propterea qd' habeā uos in corde, & in uinculis meis, & in defensione et confirmatiōe Euāgelij, cū sitis oēs mihi cōsortes gratiæ, testis enī mihi est deus, q̄ desyderem uos oēs in uisceribus IESV Christi. Et illud oro, ut charitas uestra adhuc magis ac magis exuberet in omni agnitiōe omniq; intelligētia: ut pbetis quæ sunt præstātia, ut sitis synceri: ac tales, ut neminī sitis offendiculo in diē Christi, īpleti fructu iustitiæ, q cōtingit p Iesum Christū ad gloriā & laudē dei. Scire aūt uos uolo fratres, qd' quæ mihi acciderūt, magis ad pfectū Euāgelij euenerūt: ita ut uincula mea manifesta facta sint in Christo in toto prætorio ac cæteris oībus: ut q; plures ex fratribus in domino freti uinculis meis, uberius auderēt īpauide sermonē loq. Nōnulli qdem p inuidiā & cōtentionē, nōnulli uero et pter bonā uolūtatē Christū prædicāt: alij quidē ex cōtentiōe Christū annūciāt nō pure, existimātes sese afflictionē addere uinculis meis: alij rursus ex charitate, sciētes qd' in defensionē Euāge

lij cõstitutus sim. Quid enim? Attamẽ quouis modo, siue per occasionẽ, siue p ueritatem, Christus tamẽ annũciatur, & in hoc gaudeo, qn etiã gaudebo. Noui enĩ q̃ hoc mihi cedet in salutẽ, per uestrã deprecationẽ & subministrationẽ spiritus Iesu Christi, secundũ expectationẽ & spem meã, qd' nulla in re pudefiã: sed cũ omni libertate, ut semp, ita nũc quoq; magnificabitur Christus in corpe meo, siue per uitã, siue p mortem. Nã mihi uita Christus est, & mors lucrũ. Quòd si contingat uiuere in carne, ea re mihi fructus est operis: & quid eligã ignoro. Coartor enĩ ex his duobus, desyderãs dissolui: & esse cũ Christo multo lõgeq; melius est. Cæterũ manere in carne, magis necessarũ ꝓpter uos & hoc certo scio, q̃ mãsurus sim, & cũ oĩbus uobis ꝓmansurus sim, in uestrum pfectũ, & gaudiũ fidei: ut gloriatio uestra exuberet per Christũ Iesum in me, per meũ ad uos reditũ: tãtũ ut dignũ est Euãgelio Christi, cõuersemini: ut siue cũ uenero & uidero uos, siue absens sim, audiã de rebus uestris, qd' stetis in uno spiritu, una aĩa, adiuuãtes decertantẽ fidẽ Euãgelij: nec in ullo terreamini ab aduersarijs: quæ illis qdẽ est causſa pditiõis, uobis aũt salutis: & hoc à deo, qa uobis donatũ est p Christo, nõ solũ ut in eũ credatis, uerũetiã ut p illo patiamini, idẽ certamẽ habentes, quale uidistis in me, & nũc auditis in me.

CAPVT II.

Si qua igitur cõsolatio in Christo, siqd' solatiũ dilectiõis, si qua cõmunio spũs, si qua uiscera ac miseratiões, cõplete meũ gaudiũ, ut similiter affecti sitis, eãdẽ charitatẽ habẽtes, unanimes, idẽ sentiẽtes, ne qd fiat p cõtentionẽ aut p inanem gloriã, sed p humilitatẽ animi, aliũ quisq; se præstãtiorẽ existimet: ne sua quisq; spectetus, sed unusquisq; quæ sunt aliorũ. Is enim

enim affectus sit in uobis, q̃ fuit et in Christo Iesu, qui cũ esset in forma dei, nõ rapinã arbitratus ẽ, ut esset æqualis deo, sed semetipsum inaniuit, forma serui sũpta, in similitudine hominũ constitutus, & figura reptus ut homo, humilẽ præbuit semetipsum, factus obediẽs usq; ad mortẽ, mortẽ aũt crucis. ✶ Qua Heb. 2.
ppter & deus illũ in sũmã extulit sublimitatẽ, ac donauit illi nomẽ qd̃ est supra omne nomẽ: ut in noie Iesu omne genu flectat cœlestiũ, ac terrestriũ, & infernorũ: omnisq; lingua cõfiteatur, qd̃ dominus sit Iesus Christus ad gloriã dei patris. Proinde dilecti mei, quemadmodũ semp obedistis, nõ tanq̃ in præsentia mea solũ, sed nũc multo magis in absentia mea, cũ timore ac tremore, uestrã ipsorũ salutẽ operemini. Nã Deus est is q̃ agit in uobis, et ut uelitis, et ut efficiatis p bono animi ppo[illegible]o. ✶ Oĩa facite sine murmuratiõibus ac disceptatõibus 1. Petri. 4.
tales ut nemo de uobis queri possit, syncerіq;, filij dei irrepre hẽsibiles ĩ medio natiõis prauæ ac tortuosæ, inter quos lucce te tanq̃ luminaria in mũdo, sermonẽ uitæ sustinẽtes, ut gloriari possim in diẽ Christi, qd̃ nõ in uanũ cucurrerim, uec in uanũ laborauerim. Quinetiã si ĩmolor sup hostia sacrificioq; fi dei uestræ, gaudeo et cõgaudeo oĩbus uobis. Ob id ipsum aũt et uos gaudetis, et cõgaudetis mihi. Spero aũt ĩ domino Iesu, me Timotheũ breui missurũ uobis, ut et ego læto sim aĩo, cognito statu uestro. Neminẽ [illegible]ĩ habeo pari mecũ aĩo præditũ, q̃ germane res uestras curaturus sit. nã oẽs quæ sua ipsorũ sũt querũt, nõ q̃ Christi Iesu. Porrò pbationẽ eius nostis, q̃ ut filius mecũ ueluti cũ patre seruierit in Euãgeliũ. Hũc igitur spero me missurũ, mox ubi uidero mea negocia. cõfido aũt ĩ domino, q̃ et ipse breui uẽturus sim. Sed operæ preciũ arbitratus sũ, Epaphroditũ fratrẽ, et collegã, et cõmilitonẽ meũ, uestrũ

aũt Apostolũ, quiq; mihi subministrat in necessitate mea, mittere ad uos. Quãdoquidẽ desyderabat oẽs uos anxius animi ꝓptereaq; audisse etis eũ infirmatũ fuisse. Et certe fuit infirmus ita ut esset uicinus morti, sed deus misertus ẽ illius: at nõ illius tãtũ, sed et mei, ne dolorẽ haberẽ sup dolorẽ. Studiosius itaq; misi illũ, ut cũ uideritis illũ, denuo gaudeatis, et ego magis uacem dolore. Excipite igitur illũ ī domino cũ omni gaudio, et qui hmõi sũt, eos ī precio habete, quoniã ꝓpter opus Christi eò accessit, ut morti ꝓximus fuerit: nõ habita ratione uitæ, ut suppleret id qd' in uestro erga me officio fuit diminutũ.

QVod supest fratres, gaudete ī domino) CA. III. Eadẽ scribere uobis, me qdẽ haud piget, uobis aũt tutũ est. Cauete canes, cauete malos operarios, cauete cõcisionẽ. Nos enī sumus circũcisio, qui spũ deũ colimus, et gloriamur in Christo Iesu, & nõ cõfidimus in carne, quanq; ego cõfidam etiã in carne. Si quis alius uidetur fiduciã habere in carne, ego magis habeo, circũcisus octauo die, Israël ex genere, tribus Beniamin. Hebræus ex Hebræis, iuxta legẽ phariseus, iuxta studiũ persequẽs eccleſiã, iuxta iusticiã quæ est in lege, factus irreprehensibilis. Sed quæ mihi erãt lucra, ea arbitratus sum ꝓpter Christũ damnũ esse. Quinetiã ārbitror oĩa damnũ esse ꝓpter excellentiã cognitiõis Christi IEsu domini mei, ꝓpter quẽ oĩa ꝓ dãnis duxi, habeoq; ꝓ reiectamẽtis, ut Christũ lucrifaciã, utq; reperiar in illo nõ habẽs meã iusticiã ex lege, sed eã quæ p fidẽ est Christi, quæ est ex deo iusticiã sup fide, ut cognoscam illũ, & potentiã resurrectiõis illius, & cõmunionem afflictionũ illius, dũ cõformis fio morti eius, si quomodo ptingam ad resurrectionẽ mortuorũ: nõ qd' apprehenderim, aut iã pfectus sim, sed sector: si etiã apprehendã, quatenus

tenus & apprehensus sum à Christo IESV. Fratres, ego me ipsum nondũ arbitror assequutũ esse. Vnũ autẽ illud ago, ea quidẽ quæ à tergo sunt obliuiscẽs, ad ea uero quæ à frõte sunt enitens, iuxta præfixũ signũ insequor ad palmã supernæ uocatiõis dei, per Christũ Iesum. Quotquot itaq; ꝑfecti sumus, hoc sentiamus: & si qd aliter sentitis, hoc quoq; uobis Deus reuelabit. Attamen ad id qd' assequuti sumus, eadẽ ꝓcedamus regla, ut simus cõcordes: Pariter estote imitatores mei fratres et cõsyderate eos q sic ambulãt, quẽ admodũ habetis nos ꝓexemplari. Nã cõplures ambulãt, de qbus sæpe dixi uobis, nunc aũt & flens dico, inimici crucis Christi, quorũ finis ꝑditio est, quorũ deus uenter, & gloria in dedecore ipsorũ, qui terrestria curãt. Nã nostra cõuersatio in cœlis est: ex quo et seruatorem expectamus, dominũ Iesum Christũ, qui trãsfigurabit corpus nostrũ humile, ut cõforme reddat corpori suo glorioso, secundũ efficaciã, qua potest etiã subijcere sibi omnia.

CAP. IIII.

PRoinde fratres mei dilecti ac desyderati, gaudiũ & corona mea, sic state in domino dilecti. Euodiam obsecro, & Synthicen obsecro, ut sint cõcordes in domino. Sanè rogo & te cõpar germana, adiuua eas, quæ in Euãgelio decertarũt mecũ unà cum Clemente quoq; & reliquis cooperarijs meis, quorũ noia sunt in libro uitæ. Gaudete in domino semp, et iterũ dico gaudete. Modestia uestra nota sit omnibus hoĩbus. Dominus ꝓpè est. De nulla re solliciti sitis, sed in omni precatiõe & obsecratiõe, cũ gratiarũ actione petitiões uestræ innotescãt apud Deũ. Et pax dei quæ superat oẽm intellectũ, custodiet corda uestra et sensus uestros per Christũ Iesum. Quod reliquũ est fratres, quæcunq; sunt uera, quæcũq; honesta, quæcunq; iusta, quæcunq; pura, quæcunq;

cunq; accõmoda, quæcunq; boni nominis: si qua uirtus, & si qua laus: hæc cogitate, quæ & didicistis & accepistis & audistis & uidistis in me: hæc facite, & deus pacis erit uobiscũ. Gauisus sum aũt in domino magnopere, q; iam tãdẽ reuiguit uestra pro me sollicitudo in eo, in quo & solliciti eratis: uerũ deerat opportunitas. Nõ q; iuxta penuriã loquar. Nã ego didici, in qbus sum, his cõtentus esse. Noui & humilis esse, noui & excellere, ubiq; & in oĩbus instlutus sum, & saturari & esurire & abũdare, & penuriã pati. Oĩa possum p Christũ qui me corroborat. Attamẽ recte fecistis, q; simul cõmunicastis meæ afflictiõi. Nostis aũt & uos Philippẽses, q; in principio Euãgelij cũ pficiscerer à Macedonia, nulla mihi ecclesia cõmunicauerit in rationẽ dãdi & accipiẽdi, nisi uos soli. Nã & in Thessalonica cũ essem, semel et iterũ qđ opus erat mihi misistis, nõ qđ requiro munus, sed requiro fructũ exuberantem in rationẽ uestrã. Recepi tamẽ oĩa & abũdo: expletus sum, postea q; accepi ab Epaphrodito, quæ à uobis missa fuerãt, odorẽ bonæ fragrantiæ, hostiã acceptã, gratãq; deo. deus aũt meus supplebit quicqd opus fuerit uobis, secũdũ diuitias suas cũ gloria, per Christũ Iesum. Deo aũt & patri nostro gloria in sæcula sæculorũ. Amen. Salutate oẽm sanctũ in Christo IESV. Salutant uos qui mecum sunt fratres. Salutant uos omnes sancti, maxime uero qui sunt ex Cæsaris familia. Gratia domini nostri IESV Christi cũ oĩbus uobis. Amen.

Scripta est è Roma per Epaphroditum.

IN EPISTOLAM AD COLOSSENSES.

Argumentum per Erasmum Roterodamum.

Colossenses

Oloſſenſes in Aſia minore ſunt, finitimi Laodicenſi-
c bus. Hos nõ uiderat Apoſtolus. Nam Archippi, ſiue
qd' addit Ambroſius, Epaphræ, qbus hoc delegatũ
erat, prædicatiõe cõuerſi ſunt ad Chriſtũ. His uehemẽter im-
minebãt pſeudapoſtoli, conãtes in dogma multo puerſiſſimũ
inducere, docẽtes non eſſe filiũ dei ſaluris autorẽ, ſed p ange-
los uiã patere ad patrẽ: neq; eñ uenisſe filiũ dei in hũc mũdũ
neq; uenturũ, cũ in ueteri teſtamẽto p angelos adminiſtrata
ſint oĩa. deinde Iudaiſmũ et philoſophiæ ſupſtitionẽ cũ Chri-
ſti doctrina miſcebãt, obſeruãtes quædã legis inſtituta, & ſu
perſtitioſe obſeruãtes Solẽ, Lunã, ac ſtellas, & elemẽta huius
mũdi, qbus docebãt nos eſſe obnoxios. Hos igitur ſuæ pfeſſio
nis cõmoneſacit, oſtendẽs illos quicqd hactenus aſſequuti ſũt
nõ angelis debere, ſed Chriſto angelorũ cõditori, hũc unũ eſ-
ſe caput eccleſiæ, nec ab alio quoquã petendã ſalutẽ. Atq; in
terim autoritatẽ ſuã aſſerit. Diligẽter aũt monet, ne pſeuda-
poſtolorũ magniloquẽtia, cõfictis q; uiſionibus angelorũ ſibi
imponi paterentur, & uel in Iudaiſmũ, uel in philoſophicã
ſupſtitionẽ ꝓlaberentur. Atq; hæc agit duobus primis capiti
bus. In reliquis hortatur ad officia pietatis: nominatim præ-
ſcribens, qualis uxor erga maritũ, qualis debeat eſſe maritus
in uxorẽ, qualis parens erga liberos, liberi erga parẽtes, ſerui
erga dominos, domini erga ſeruos. Extrema pars ſalutationi
bus occupatur, niſi qd' Archippũ cõmonet officij ſui. Scripſit
aũt è carcere ab Epheſo p Tychicũ, qd' ipſe palã teſtatur in
hac epiſtola. Noſtra argumẽta addũt Tychico collegã One-
ſimũ, nec ſatis uideo qd ſequuta. Græcorũ inſcriptiões ex ur-
be Roma miſſam teſtãtur. Hinc certe remiſit Oneſimũ, quẽ il
lic ĩ unculis genuerat Chriſto. ARGVMENTI FINIS

AD COLOSSEN-
SES EPISTOLA PAVLI.

AVLVS APOSTOLVS IESV Christi per uoluntatem dei, & Timotheus frater, his qui sunt Coloſsis ſanctis ac fidelibus fratribus in Chriſto. Gratia uobis & pax à Deo patre noſtro, & domino IESV Chriſto. Gratias agimus Deo & patri domini noſtri IESV Chriſti, ſemper de uobis, cũ oramus: quoniam audiuimus fidem ueſtrã in Chriſto IESV, & charitatem erga omnes ſanctos, propter ſpem repoſitam uobis in cœlis, de qua prius audieratis per ſermonem ueracem Euãgelij qd̃ peruenit ad uos, quemadmodũ & in toto mũdo etiã fructificat, ſicut & in uobis, ex eo die quo audiſtis & cognouiſtis gratiã dei per ueritatem. Quemadmodũ & didiciſtis ex Epaphra dilecto cõſeruo noſtro, q̃ eſt fidus p̃ uobis miniſter Chriſti, qui & expoſuit nobis ueſtrã dilectionẽ in ſpũ. Propterea & nos ex quo die audiuimus, nõ deſiuimus pro uobis orare, & poſcere, ut impleamini agnitione uoluntatis eius in omni ſapientia & prudẽtia ſpirituali, ut ambuletis digne domino, ut per oĩa placeatis, in omni opere bono fructificãtes, & creſcentes in agnitionẽ dei, omni robore corroborati, iuxta potẽtiã gloriæ illius, ad oẽm tolerãtiã, ac patientiã cũ gaudio, gratias agẽtes patri, q̃ idoneos nos fecit ad participationẽ ſortis ſanctorũ in lumine, qui eripuit nos à poteſtate tenebrarũ, ac trãſtulit in regnũ filij ſibi dilecti, p̃ quẽ habemus redẽptionẽ per ſan-

per sanguinē ipsius,remissionē peccatorū,qui est imago Dei incōspicui primogenitus uniuersæ creaturæ,qđ per illū creata sint oīa,quæ in cœlis sunt,et quæ in terra,uisibilia,et inuisibilia,siue throni,sine dominatiōes,siue principatus,siue potestates. Oīa per illū, et in illū creata sunt et ipse est ante oīa, et omnia per illū cōsistunt:et ipse est caput corporis ecclesiæ qui est principiū primogenitus ex mortuis,ut sit in omnibus ipse primas tenens:quoniā in illo cōplacitū est patri uniuersam plenitudinē inhabitare,et per eū recōciliare eūcta ergase,pacificatis per sanguinē crucis eius per eundē,siue quæ in terra sūt,siue quæ in cœlis. Et uos qui quondā eratis abalienati,et inimici mente in operibus malis,nūc tamē recōciliauit in corpore carnis suæ per mortē,ut exhiberet uos sanctos & irreprehensibiles,& inculpatos in cōspectu suo. Siquidē permanetis in fide fūdati ac stabiles,nec dimoueamini à spe Euangelij,qđ audistis,quod prædicatū est apud uniuersā creaturā, quæ sub cœlo est:cuius factus sū ego Paulus minister, Nunc gaudeo super afflictiōibus meis pro uobis,& suppleo quod deerat afflictionū Christi in carne mea,pro corpore ipsius, qđ est ecclesia:cuius ecclesiæ factus sū ego minister iuxta dispensationē Dei:quæ data est mihi in uos,ĩplēdi sermonē Dei mysteriū qđ recondītū fuit à sæculis,et à generatiōibus:nūc aūt patefactū est sanctis illius,qbus uoluit Deus notū facere, quæ sint diuitiæ gloriæ mysterij huius inter gētes,qui est Christus in uobis,spes gloriæ,quē nos annūciamus, admonentes omnē hoīem,et docētes oēm hominē in oī sapientia ut exhibeamus omnē hominē pfectū in Christo IESV:ad qđ etiā enitor,decertās secūdū efficaciā eius agentē in me puirtutē.

CAPVT II.

NAm uolo uos scire, quantam sollicitudinem habeam de uobis, & his q sũt Laodiceæ, & q otquot non uiderũt faciem meam in carne, ut consolationem accipiãt corda illorum, cum fuerint compacti in caritate, & in omnem opulentiam certæ persuasionis intelligentiæ, in agnitionẽ mysterij Dei, & patris et Christi: in quo sunt oẽs thesauri sapiẽtiæ ac scientiæ reconditi. Hoc autẽ dico, ne quis uobis imponat pro
2. Cor. 5. habilitate sermonis. ✻ Etenim quamuis carne sim absens, tamen spiritu uobiscũ sum, gaudens ac uideus uestrum ordinẽ & soliditatem uestræ in Christum fidei. Quemadmodũ igitur accepistis Christum IESVM dominum: ita in eo ambulate, sic ut radices habeatis in illo fixas: et in illo superstruamini, cõfirmemini q; per fidẽ, sicut edocti estis, exuberãtes in ea cũ gratiarũ actione uidete ne quis sit, qui uos deprædetur per philosophiã et inanẽ deceptionẽ, iuxta cõstitutionẽ hominũ iuxta elemẽta mũdi, et nõ iuxta Christũ. Quoniã in illo inhabitat oĩs plenitudo deitatis corporaliter, et estis in illo cõpleti. qui est caput oĩs principatus ac potestatis per quẽ & circũcisi estis circũcisiõe, quæ fit sine manibus, dũ exuistis corpus peccatorũ carnis per circũcisionẽ Christi. cõsepulti simul cum illo per baptismum in quo simul etiã cum illo resurrexistis per fidem operationis Dei, qui excitauit illum ex
Ephe. 2. mortuis. ✻ Et uos cũ essetis mortui p delicta et per præputiũ carnis uestræ, simul cũ illo uiuificauit, cõdonãs nobis oia delicta, deleto, qd' aduersus nos erat, chirographo, qd' erat cõtrariũ nobis per decreta, et illud sustulit è medio, affixũ cruci: exspoliatos q; principatus ac potestates ostẽtauit palã, triũphãs de illis per seipsũ. Ne quis igitur uos iudicet in cibo aut potu, aut in parte diei festi. aut nouilunij. aut sabbatorum quæ sunt

umbra

umbra rerũ futurarum, corpus autẽ Christi. ✶ ne quis uobis palmam interuertat data opera per humilitatem & superstitionem angelorum, in his quæ non uidit fastuosus incedens, frustra inflatus à mente carnis suæ nec obtinẽs caput, ex quo totum corpus per commissuras & compagines subministratum, & compactum, augescit augmento Dei: Itaq; si mortui estis cum Christo ab elementis mundi, quid quasi uiuentes in mũdo, decretis tenemini? Ne tetigeris, ne gustaris, neq; contrectaris, quæ omnia ipso pereunt abusu, iuxta præcepta & doctrinas hominum, quæ uerbotenus quidem habent speciẽ sapiẽtiæ per superstitionẽ, ac humilitatẽ animi, et læsionẽ corporis, non per honorem aliquẽ ad expletionem carnis,

Matt. 24.

CAPVT III.

ITaq; si resurrexistis unà cum Christo, superna quærite, ubi Christus est ad dexteram Dei sedens. Superna curate, non terrestria. Siquidem emortui estis, & uita uestra abscondita est cum Christo in Deo, Quandocunq; Christus manifestatus fuerit, uita nostra, tunc & uos cũ illo manifestabimini in gloria. Mortificate igitur membra uestra terrestria, stuprũ, immundiciã, mollicie, concupiscentiã malã, & auariciã, quæ est simulacrorum cultus: ob quæ uenire solet ira Dei in filios intractabiles, inter quos ambulabatis quondam, cũ uiueretis in his. Nunc autem deponite et uos omnia, irã, indignationẽ, maliciã, maledicentiã, turpiloquẽtiã ab ore uestro. Ne mẽtiamini alius aduersus aliũ, posteaq; exuistis ueterẽ hominẽ cum factis suis, et iduistis nouũ, qui renouatur ad agnitionẽ et imaginẽ eius, qui cõdidit illũ: ubi nõ est Græcus et Iudæus, circũcisio et præputiũ, barbarus. Scytha, seruus, liber, sed oĩa in omnibus Christus. Sitis igitur iduti tãq; electi Dei, sancti ac dilecti,

uiscera

uiscera miserationũ, comitatem, modestiã, mansuetudinem, lenitatẽ: sufferẽtes uos inuicem, & cõdonãtes uobis mutuo, si qs aduersus aliquẽ habuerit querelã: quẽadmodũ et Christus cõdonauit uobis, ita et uos. Super oĩa autẽ hæc charitatem, quæ est uinculũ pfectionis: & pax Dei palmam ferat in cordibus uestris, in quã et uocati estis in uno corpore, et grati estis. Sermo Christi inhabitet in uobis opulẽte cũ omni sapientia. Docetéq; et cõmonete uos inuicẽ: cãtionibus et laudibus, et cãtilenis spiritualibus, cũ gratia canẽtes ĩ corde uestro domino. Et quicquid egeritis sermone aut facto, oĩa in nomine domini IESV facite, gratias agẽtes Deo et patri per illum. Ephe. 5. ✳ Vxores, subditæ estote proprijs uiris, sicuti cõuenit 1. Petri. 3. in domino. Viri, diligite uxores, et ne sitis amarulẽti aduer- Ephe. 6. sus illas. ✳ Fi'ij, obedite parentibus in oĩbus, hoc enim bene placet domino. Patres, ne puocetis liberos uestros, ne despõ deant animũ. Serui, obedite per oĩa ijs, qui domini sunt secundũ carnẽ: nõ obsequijs ad oculũ exhibitis, tanquã hominibus placere studentes, sed cũ simplicitate cordis timentes Deum. Et quicquid feceritis, ex animo facite, tanquã domino, et non hominibus, sciẽtes, quod à domino recipietis mercedem hæreditatis, nã domino Christo seruitis. Cæterum qui peccarit, reportabit peccatum suum, & non est personarum respectus.

CAPVT IIII.

VOs domini æquitatem, et æquabilitatem seruis exhibete scientes quod & uos habeatis dominũ in cœlis. Obsecrationi instate, uigilãtes in ea cũ gratiarũ actione, orantes simul et pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostiũ sermõis, ut loquamur mysteriũ Christi, propter qd' & uinctus sũ, ut manifestem illud, sicut oportet me loqui. Sapienter ãbulate erga extra

erga extraneos, opportunitatē redimētes. Sermo uester sēp cum gratia, sit sale cōditus: ut sciatis quomodo oporteat uos unicuiq; respōdere. De oībus rebus meis certiores uos faciet Tychicus, dilectus frater, et fidus minister, et cōseruus in domino, quē misi ad uos in hoc ipsū, ut cognoscat quid agatis, et cōsoletur corda uestra, unà cū Onesimo fido et dilecto fratre, q est ex uobis: de oībus uobis exponēt, quæ hic agātur. Salutat uos Aristarchus cōcaptiuus meus, ✶ et Marcus consobrinus Barnabæ, de quo accepistis mandata: si uenerit ad uos, excipite eū: et IESVS qui uocatur iustus, qui sūt ex circūcisione. Hi soli cooperarij sūt ad regnū Dei q fuere mihi solatio. Salutat uos Epaphras, q ex uobis est seruus Christi, semper anxie laborās p uobis in precatōibus, ut stetis pfecti et cōpleti in omni uolūtate Dei. testimoniū eni illi perhibeo, qd' habeat multū studiū pro uobis: et his qui sūt Laodiceæ, et his qui Hierapoli. Salutat uos Lucas medicus dilectus, et Demas. Salutate fratres, q sūt Laodiceæ, et Nymphā, et quæ in domo illius est cōgregationē: et cū recitata fuerit à uobis epistola, facite ut et in Laodicēsium ecclesia recitetur: et eā quæ scripta est ex Laodicea, ut uos quoq; legatis, et dicite Archippo: Vide ministeriū quod accepisti in domino, ut illud impleas. Salutatio mea manu Pauli. Memores sitis uinculorū meorum Gratia uobiscum AMEN; 2 Tim. 4.

Missa è Roma per Tichicum, et Onesymum.

IN EPISTOLAM AD TESSALONICENses priorem argumentū per Erasmū Roterodamum.

Tessalo-

THeßalonica Macedoniæ metropolis est, unde & regionis incolæ Theßalonicenses appellati. Hi in fide semel accepta, tãta cõstantia perstiterũt: ut & Pauli exemplo, cuiũ suorum persecutiones, infracto & alacri pertulerint animo, nec ullo pseudapostolorum suasu quieuerint ab euangelica institutione deflecti. Quod ueritus Paulus, quẽ nõ latebat pseudapostolorũ improbitas, cum ipsi non liceret illos inuisere, misit Timotheum, ex quo reuerso cũ didicißet illorũ cõstantiam, collaudat eos, gratias agens Deo. Atq; id quidem agit capite primo & secundo. In cæteris duobus instituit eos, in uarijs pietatis officijs, subindicans eße inter eos, qui nondum omnino puri eßẽt ab omni libidine, nec deeße, q̃ocic dediti grauarẽt alios: item qui inquieti ipsi, turbarent ecclesiæ tranquillitatem: quos corripi iubet. Præterea qui de resurrectione nondum satis cõfirmata eßent opinione (cũ defunctos ita lugerent, quasi periißẽt, ac nõ potius ad meliora demigrassent) hos instituit atq; confirmat. Rursus alios disputaße de die aduentus domini, quasi is præscire prædicíq; poßit, cũ incertus sit omnibus. Verum eum ait subitum, et præter omnium expectationem adfuturum, quo magis simus ad omne momentum parati.

Scripsit ab Athenis per Tychicum ministrũ, iuxta Græcorũ inscripsionem: cui collegã addunt Onesimum nostra argumẽta, quæ icerto autore legũtur in uulgatis exemplaribus.

ARGVMENTI FINIS.

Ad

AD THESSALONICENSES EPISTOLA PAVLI PRIMA.

PAVLVS ET SILVANVS ET Timotheus ecclesiæ Thessalonicēsiū, i Deo patre et domino IESV Christo. Gratia uobis et pax à Deo patre nostro et domino IESV Christo Gratias agimus Deo semper de omnibus uobis, mentionē uestri faciētes in precibus nostris, indesinenter memores uestri propter opus fidei ac laborem charitatis: et quod permāsistis in spe domini nostri IESV Christi, corā deo & patre nostro, scientes fratres dilecti à Deo, electionem uestrā: quoniā euangeliū nostrum fuit erga uos, nō per sermonē solum uerumetiā per uirtutē, & per spiritum sanctum, perq; certitudinem multam: quemadmodum nostis, quales fuerimus inter uos, uestra causa. Et uos imitatores nostri facti fuistis et domini, recipiētes sermonē cū afflictione multa, cū gaudio spirituſsancti, adeo ut fueritis exēplo oībus credentibus in Macedonia & Achaia. A uobis enim pertonuit sermo domini: nō solum in Macedonia & Achaia, uerumetiā in omni loco fides uestra, quæ est in Deū, dimanauit, ut nō sit nobis neceſse loqui quicquā. Siquidem ipsi de uobis annūciāt, qualē igreſsū habuerimus ad uos, et quomodo cōuersi fueritis ad deū à simulacris, ut seruiretis Deo uiuēti, et ueraci, et expectaretis filiū eius de cœlis, quem excitauit à mortuis IESVM, qui liberat nos ab ira uentura.

CAPVT

CAPVT II.

NAm ipsi nostis fratres, introitũ nostrũ ad uos, qd' nõ fuerit inanis: sed quod ante malis afflicti, & cõtumelijs affecti, quemadmodum scitis Philippis, audacter egerimus in domino nostro ad loquendũ apud uos euãgeliũ Dei, in multo certamine. Siquidẽ exhortatio nostra nõ fuit ex inpoſtura, neq; ex immũdicia, neq; cũ dolo, sed quẽadmodũ probati fuerамus à Deo, ut nobis cõmitteretur euãgeliũ: ita loqmur, nõ ut homĩbus placẽtes, sed Deo, qui probat corda nostra. Neq; enĩ unquã per sermonẽ adulatiõis uersati sumus quẽadmodũ nostis: nec per occasionẽ auariciæ, Deus est testis, neq; querẽtes ex homĩbus gloriã, nec à uobis, nec ab alijs, cum poſſemus in autoritate eſſe, tanquã apoſtoli Christi: sed fuimus placidi in medio uestri, perinde ac si nutrix foueat suos filios: sic affectu ppensi in uos anĩo, cupiebamus ĩpertire uobis: nõ solũ euãgeliũ Dei, uerũetiã nostras ipsorũ aĩas, pptere a qd chari nobis facti estis. Meministis enĩ fratres laboris nostri, ac sudoris. Nocte enim ac die opus facientes ob id, ne cui uestrũ esſemus oneri, prædicauimus apud uos euãgeliũ Dei. Vos aũt testes estis et Deus, quàm sancte et iuste et ĩculpate uobis cũ qui credebatis, uersati fuerimus, quemadmodum nostis, ut erga unumquenq; uestrum, tanquàm pater erga filios suos, fuerimus affecti: obsecrantes uos & consolantes & obtestantes, ut ambularetis digne Deo, qui uocasset uos in suũ regnũ ac gloriã. Quapropter & nos gratias agimus deo indesinenter: quod cũ acciperetis sermonẽ à nobis, quo deũ discebatis, accepistis nõ sermonẽ hominũ, sed sicut erat uere sermonem dei, qui & agit in uobis credentibus. Vos enĩ imitatores facti estis fratres, eccleſiarũ dei, quæ sunt in Iudæa in Christo IESV:

SV. quod eadē passi sitis & uos à proprijs cōtribulibus, quē admodū et ipsi nos à Iudæis, qui ut & dominū occiderūt IESVM, & proprios prophetas, ita & nos persecuti sūt, & deo non placent & omnibus hominibus aduersantur, qui obsistunt nobis, ne loquamur gentibus, quò salui fiant, ut expleāt sua peccata semper: peruenit autē in illos ira in finē. Cæterū nos fratres, orbati uobis ad spaciū temporis aspectu, nō corde, uehemētius studuimus uidere faciem uestrā, cū multo desiderio. Quapropter uoluimus uenire ad uos, ego quidē Paulus, & semel & iterū, & obstitit nobis satanas. Nam quæ est nostra spes, aut gaudiū, aut corona gloriationis: an non & uos, in cōspectu domini nostri IESV Christi, in eius aduētu? Vos enim estis gloria nostra & gaudium. CAP. III

PRoinde cum non amplius ferremus, uisum est nobis, ut Athenis residēremus soli, ac misimus Timotheum fratrē nostrū, & ministrū dei, & adiutorē operis nostri in euangelio Christi, ut cōfirmaret uos, et consolaretur uos de fide nostra, ne quis quā turbaretur in afflictiōibus his. Nā ipsi nostis, nos in hūc usū positos esse. Etenim cū apud uos essemus, prædicebamus uobis fore, ut afflictionē pateremur, quemadmodū & euenit, & nostis. Quapropter et ego non amplius ferens, misi ad hoc: ut cognoscerē fidem uestrā: ne quo pacto tentasset uos ille qui tētat, & inanis factus esset labor noster. Nuper aūt cū uenisset Timotheus ad nos à uobis, & annunciasset nobis fidem ac dilectionē uestrā: et quod habeatis memoriā nostri bonā semper, desiderantes nos uidere, quemadmodū nos quoq; uos. Idcirco cōsolationē accipimus fratres per uos super omni afflictione et necessitate nostra, p uestrā fidem. Quoniam nunc uiuimus, si uos statis in domino. Quā

enĩ gratiarũ actionẽ possumus deo rependere de uobis super omni gaudio, qd' gaudemus propter uos in cõspectu dei nostri, nocte ac die supra modũ orãtes, ut uideamus uestrã faciem, et suppleamus quæ desunt fidei uestræ. Ipse uero Deus et pater noster, et dominus noster IESVS Christus dirigat uiã nostram ad uos: uos aũt dominus abundantes et exuberantes faciet mutua inter uos charitate, & in oẽs, quemadmodum & nos in uos, ut confirmet corda uestra, irreprehẽsibilia in sanctimonia corã deo & patre nostro, in aduẽtu domini nostri IESV Christi, cũ omnibus sanctis eius. CAP. IIII.

QVod super est igitur fratres, rogamus uos & adhortamur per dominum IESVM, quemadmodum accepistis à nobis quomodo oporteat uos uersari, et placere deo, ut abũdetis magis. Nostis enim quæ præcepta dederimus uobis per domnũ nostrũ IESVM. Hæc est enim uoluntas dei sanctificatio uestra, ut abstineatis à scortatione et sciat unusquisq; uestrũ suũ uas possidere, cũ sanctificatiõe et honore, nõ cũ affectu cõcupiscentiæ, quẽadmodũ et gẽtes quæ nõ nouerunt deũ: ne quis opprimat ac fraudet in negocio fratrẽ suũ, propterea qd' ultor est dominus de omnibus his: quemadmodũ et ante diximus uobis, ac testati sumus. Nõ enĩ uocauit nos Deus ĩmundiciæ causa, sed ad sanctificationẽ. Proinde qui reijcit, non reijcit hominẽ sed deũ, qui dedit spiritũ suũ sanctũ in uos. ✠ Cæterũ de fraterna charitate nõ necesse habetis, ut scribã uobis. Ipsi nãq; diuinitus docti estis ut diligatis uos inuicẽ. Nã & facitis hoc erga cũctos fratres, qui sunt in tota Macedonia. Obsecramus aũt uos fratres, ut abundetis magis, et in hoc incũbatis, ut quieti sitis, & agatis res proprias, et operemini pprijs manibus uestris, sicuti uobis

Iohan. 15
1 Iohan. 4

uobis præcepimus: ut uos geratis honeſte erga extrarios, et nullare uobis ſit opus. Cæterũ nolo uos ignorare fratres de ijs, qui obdormierũt, ne doleatis, quẽadmodũ et cæteri nõ habentes ſpem. Nam ſi credimus, quod IESVS mortuus eſt & reſurrexit: ſic et Deus eos qui obdormierũt per IESVM, adducet cũ illo. Hoc enĩ uobis dicimus in uerbo domini, quod nos qui uiuemus, & reliqui erimus in aduentũ domini, nequaquã præueniemus eos qui dormiũt. Quoniã ipſe dominus cũ hortatu, et uoce archãgeli, ac tuba dei deſcẽdet de cœlo: ✠ 1. Cor. 15 & mortui in Chriſto reſurgẽt primũ: deĩde nos qui uiuemus, qui reliq erimus, ſimul cũ illis rapiemur in nubibus in occurſum domini in aẽra, & ſic ſemper cum domino erimus. Proinde conſolemini uos mutuo ſermonibus his. CAP. V.

POrrõ de temporibus & articulis temporum fratres, nõ eſt opus, ut uobis ſcribã. Ipſi enim plane ſcitis, ✠ quod 1. Petr. 3. dies ille domini, ut fur in nocte, ita uenturus ſit. Cũ enim dixerint, pax & tuta omnia, tũc repẽtinus eis imminet interitus, ſicuti dolor partus mulieri prægnãti, nec effugiẽt. At uos fratres, nõ eſtis in tenebris, ut dies ille uos tãquã fur opprimat. Oẽs uos filij lucis eſtis, ac filij diei: nõ ſumus noctis, neq; tenebrarũ. Proinde ne dormiamus, ſicut & cæteri, ſed uigilemus & ſobrij ſimus. Nã qui dormiũt, nocte dormiũt: et q inebriantur, noctu ſũt ebrij. At nos q ſumus diei, ſobrij ſimus, ✠ induti Eſaiæ. 59 thoracẽ fidei et charitatis, et pro galea, ſpem ſalutis. Quoniam nõ cõſtituit nos Deus, ut iram nobis cõcitemus, ſed ut ſalutẽ cõſequamur per dominũ noſtrũ IESVM Chriſtũ, qui mortuus eſt p nobis ut ſiue uigilemus, ſiue dormiamus, ſimul cũ illo uiuamus. Quapropter adhortemini uos mutuo, et ædificetis ſinguli ſingulos, ſicut et facitis. Rogamus aũt uos fra-

tres, ut agnoscatis eos, qui laborãt inter uos, & qui præsunt uobis in domino, et admonent uos, ut habeatis illos in sũmo precio per charitatẽ propter opus illorũ, pacẽ habete cũ illis. Obsecramus aũt uos fratres, monete inordinatos, cõsolamini pusillanimes, subleuate infirmos, patiẽtes estote erga omneis. Videte, ne qs malũ pro malo cuipiã reddat, sed semp qd̃ bonum est sectemini, tum erga uos inuicẽ, tũ erga omneis. Semp gaudete, indesinẽter orate in oĩbus gratias agite. Hæc enim est uoluntas dei per Christũ IESVM erga uos. Spiritũ ne extinguãtis: prophetias ne aspernemini. Omnia probate, qd̃ bonũ fuerit, tenete. Ab omni specie mala abstinete. Ipse aũt Deus pacis sanctificet uos totos. Et integer uester spiritus, et anima, et corpus, ita ut in nullo posĩtis culpari, in aduẽtu domini nostri IESV Christi seruetur. Fidelis est q uocauit uos, q idẽ efficiet. Fratres orate pro nobis. Salutate fratres omneis cũ osculo sancto. Aduro uos per dominũ, ut recitetur hæc epistola oĩbus sanctis fratribus. Gratia domini nostri IESV Christi sit uobiscũ. AMEN.

AD THESSALON. PRIMA.

Scripta fuit ex Athenis.

IN EPISTOLAM AD THESSALONICENses posteriorẽ Argumẽtum per Erasmum Roteroda.

QVoniam nõ contigit Paulo facultas reuisẽdi Thessalonicẽses, per epistolam confirmat illorum animos, ut fortiter ferãt illatas ob Christũ afflictiones, nec ipsis defuturũ præmiũ, nec aduersarijs uindictã. Rursũ de die aduẽtus domini: de quo nõnihil attigerat ĩ epistola superiori, monet,

monet ne quid cõmouerentur quorundã dictis, qui aſſeuerabant illũ iam inſtare, tecte, ſicuti putãt, ſignificãs prius abolendum Romanum imperium, ac deinde uenturũ Antichriſtum. Attentius etiam inculcat coërcendos eſſe, qui ocio & curioſitate ſua turbarent quietẽ & ordinem publicũ, & ad opus adigendos, cum ipſe Paulus apud eos manibus ſuis laborarit. Scripſit Athenis per eoſdem, per quos miſit priorem epiſtolam, ut noſtra docent argumenta.

ARGVMENTI FINIS.

AD THESSALONICENSES EPISTOLA SECVNDA.

PAVLVS ET SILVANus ac Timotheus, eccleſiæ Theſſalonicenſium in deo patre noſtro, & domino IESV Chriſto. Gratia ſit uobis & pax à deo patre noſtro, & domino IESV Chriſto. Gratias agere debemus deo ſemper de uobis fratres, ut par eſt, quod uehementer augeſcit fides ueſtra, & exuberat mutua ueſtra omnium charitas, cuiuſq; in alterum, adeo ut noſipſi de uobis gloriemur in eccleſijs dei, de tollerantia ueſtra & fide, ſuper oĩbus perſecutionibus ueſtris & afflictionibus,

nibus, quas sustinetis, documentum iusti iudicij dei, in hoc ut digni habeamini regno dei, pro quo et patimini. Siquidē iustum est apud deū, reddere ijs qui affligunt uos, afflictionem, & uobis qui affligimini relaxationem nobiscū, cum reuelabitur dominus IESVS de cœlo cū angelis potentiæ suæ, cum incendio flammæ, qui infligit ultionem ijs, qui non nouerunt deum, et qui nō obediunt Euāgelio domini nostri IESV Christi, qui pœnā luent, in interitum æternum, à facie domini, & à gloria fortitudinis illius, cū uenerit ut glorificetur in sanctis suis, et admirādus fiat in omnibus credētibus, quod fides habita sit testimonio nostro erga uos in die illo: ad quod etiā oramus semper pro uobis, ut uos dignos habeat ista uocatione deus noster, & compleat omne bonum propositū bonitatis, & opus fidei cum potentia, ut illustretur nomē domini nostri IESV Christi per uos et uos per illū, iuxta gratiā dei nostri & domini IESV Christi.

CAPVT II.

Matt. 24. Marc. 13. Luc. 21. Ephe. 3.

ROgamus aūt uos fratres per aduentū domini nostri IESV Christi, & nostri aggregationē in illum, ne cito demoueamini à mēte, neq; turbemini, neq; per spiritum, neq; per sermonē, neq; per epistolā, tanquā à nobis profectā, quasi instet dies Christi, ✻ ne qs uos decipiat ullo modo: quoniā non adueniet dominus, nisi uenerit defectio prius, et reuelatus fuerit homo ille sceleros⁹, filius pditus, qui est aduersarius, et effertur aduersus omnē, q dicitur Deus aut numē: adeo ut in tēplo dei sedeat, ostentans seipsū esse deum. An nō meministis, quod cū adhuc essem apud uos, hæc dixerim uobis? Et nūc quid detineat scitis, nempe ut ille reueletur in suo tēpore. Nā mysteriū nūc agit iniquitatis, tantū qui tenet, ī præsentia

sentia teneat, donec è medio tollatur: et tũc patefiet iniquus ille * quẽ dominus cõsiciet spiritu oris sui, et abolebit clari tate aduẽtus sui: cuius est aduẽtus secundũ operationẽ sata næ, cũ omni potẽtia, et signis, ac ꝓdigijs mẽdacibus, et omni deceptione iniusticiæ, in ijs qui pereũt, pro eo qđ dilectionẽ ueritatis non receperũt in hoc, ut salui fierẽt. Et propterea mittet illis Deus efficaciã illusionis, ut credãt mẽdacio, ut iudicẽtur omnes, qui non crediderũt ueritati, sed approbauerunt iniusticiã. Nos aũt debemus gratias agere deo semp de uobis fratres dilecti à domino, quod elegerit uos Deus ab initio in salutẽ, ꝑ sanctificationẽ spiritus, ac fidem ueritatis, ad quod uocauit uos per Euãgeliũ nostrũ, ī acquisitionẽ gloriæ domini nostri IESV Christi. Itaq; fratres state, et tenete institutiones quas didicistis, siue ꝑ sermonẽ, siue per epistolã nostram, Ipse uero dominus noster IESVS Christus, et Deus ac pater noster, q dilexit nos, et dedit cõsolationẽ æternã et spẽ bonam ꝑ gratiã, consoletur uestra corda, & stabiliat uos in omni sermone & opere bono.

CAPVT III.

QVod superest, orate fratres pro nobis, ut sermo domini currat et glorificetur, sicut et apud uos, et ut eripiamur ab absurdis ac peruersis hominibus. Non enĩ oĩm est fides, sed fidelis ẽ dominus, q stabiliet uos, et custodiet à malo. Confidimus aũt per dominũ de uobis, quod quæ præcipimus uobis, et faciatis, et facturi sitis. Porrò dominus dirigat uestra corda in dilectionẽ dei, et ī expectationẽ Christi, Præcipimus aũt uobis fratres, ꝑ nomẽ domini nostri IESV Christi, ut subducatis uos ab omni fratre, q inordinate ambulat, et nõ iuxta institutionẽ quam accepit à nobis. Nã ipsi

scitis, quomodo oporteat imitari nos: quoniã nõ inordinate gessimus nos iter uos: neq; gratis panẽ accepimus à quoquã, sed cũ labore & sudore, nocte dieq; facientes opus, ad hoc, ne cui uestrũ essemus oneri. Non, quod id nobis nõ liceat, sed ut nosmetipsos formã exhiberemus uobis ad imitandũ nos. Etenĩ cũ essemus apud uos, hoc præcipiebamus uobis, ut si quis nollet operari, is nec ederet. Audimus enim quosdã uersantes inter uos inordinate, nihil operis facientes, sed curiose agentes. his aũt qui sũt istiusmodi, præcipimus et obsecramus per dominum nostrum IESVM Christum, ut cũ quiete operantes, suum ipsorum panem edant. Vos autem fratres, ne defatigemini in benefaciẽdo. Quod si quis nõ obedit sermoni nostro, per epistolam hunc indicate: & ne cõmercium habeatis cum illo, ut pudore suffundatur: neq; uelut inimicũ habeatis, sed admonete ut fratrẽ. Ipse autem dominus pacis det uobis pacem semper omnibus modis. Dominus sit cum omnibus uobis. Salutatio mea manu Pauli, quod est signũ in omni epistola. Ita scribo: Gratia domini nostri IESV Christi sit cum omnibus uobis. Amen:

Missa fuit ex Athenis.

In epistо

IN EPISTOLAM AD TIMOTHEVM priorem Argumentum per Erasmum Roterodamum.

Timotheum matre Iudæa, sed Christiana, patre Græco, Paulus in ministeriũ adoptarat, pbæ indolis iuuenẽ, et sacris literis eruditũ, quẽ tamẽ ob Iudæos coactus ẽ circũcidere. Quoniã aũt huic ecclesiarũ curã delegerat, sicut et Tito, quas ipse nõ poterat adire, instituit eũ in functiõe episcopali, & in disciplina ecclesiæ, nõ sic admonẽs ut discipulũ, sed ut filiũ & collegã. Id quo cũ maiore faciat autoritate, subinde apostolicam autoritatẽ sibi uindicat. Admonet autẽ, ut reiectis, q Iudaicas fabulas inuecherent, ea doceret quæ essent fidei & charitatis Deinde principũ licet Ethnicorũ, autoritatẽ (quoniã hinc pẽdebat ordo ciuitatis, & tranquillitas Reipublicæ) adeo non spernendã Christianis, ut p his orari iubeat. Quid uiros deceat in cœtu ecclesiastico, quid mulieres, præscribit. Episcopum depingit cum sua familia. Atq; hæc fermè tribus primis capitibus. Deinde admonet, ne recipiat Iudaicas fabulas, de ciborum delectu, de uitando coniugio. Mox docet, qualem se præstare debeat erga grandes natu uiros, erga iuuenes, erga anus, erga puellas, erga uiduas, diuites ac pauperes, & ecclesiæ stipe alendas, erga adulescentiores & suspectæ etiãnum ætatis. Ad hæc præscribit, quid præcipere debeat dominis, qd seruis, quid diuitibus, admonens modis omnibus reiiciendas contentiosas quæstiones sophistarum, inani doctrinæ specie sese uẽditãtiũ.

Scribit è Laodicæa per Tychicum diaconum.

ARGVMENTI FINIS.

AD TIMOTHEVM EPISTOLA PRIMA.

AVLVS APOSTOLVS IESV Christi, iuxta delegationē dei seruatoris nostri & domini IESV Christi, qui est spes nostra Timotheo germano filio in fide. Gratia, misericordia, pax à Deo patre nostro & domino IESV Christo domino nostro: Quemadmodū rogaui te, ut remaneres Ephesi, cum proficiscerer in Macedoniam: ita facito ut denuncies quibusdam, ne diuersam sequantur doctrinam, nec attendant fabulis & genealogijs nunquam finiendis, quæ quæstiones præbent magis quàm ædificationē Dei, quæ est per fidem. Porrò finis præcepti, est charitas ex puro corde & conscientia bona & fide non simulata: à quibus quòd aberrarunt quidam, deflexerunt ad uaniloquium, uolentes esse legis doctores, non intelligentes quæ loquuntur, neq; de quibus asseuerant. Scimus autem q, bona sit lex, si quis ea legitime utatur, sciens illud quod iusto lex non sit posita, sed iniustis et inobsequentibus, impijs & peccatoribus irreuerentibus & prophanis, patricidis & matricidis, homicidis, scortatoribus, masculorū concubitoribus, plagiarijs, mendacibus, periuris: & si quid aliud est, qd̄ sanæ doctrinæ aduersetur secundum Euangeliū gloriæ beati Dei, qd̄ cōcreditum est mihi. Et gratiā habeo, qui me potentē reddidit Christo IESV domino nostro: quia fidelem me iudicauit ponendo in ministeriū, qui prius eram blasphemus & persecutor & uiolentus: sed & misericordiam adeptus sum, quod

Genealogia.

qđ ignorãs fecerim per incredulitatẽ. Exuberauit aũt supra modũ gratia domini nostri cum fide & dilectiõe, quæ est per Christum IESVM. Certus sermo & dignus, quem modis omnibus amplectamur, quod Christus IESVS uenit in mundum ut peccatores saluos faceret, quorũ primus sum ego. Verum ideo misericordiã sum adeptus, ut in me primo ostenderet IESVS Christus omnẽ clementiã, ad exprimendũ exemplar iis, qui creduturi essent in ipso in uitam æternam. Regi autẽ sæculorum immortali, inuisibili, soli sapienti Deo honor, gloria in sæcula sæculorũ Amen. Hoc præceptũ cõmendo tibi fili Timothee, uxta prophetias quæ de te præcesserunt, ut milites in eis bonã militiã, habens fidẽ et bonã cõscientiã, qua repulsa, nõnulli circa fidem naufragiũ fecerũt: quorum de numero est Hymenæus & Alexãder, quos tradidi satanæ, ut discãt non maledicere.

Venit Christus peccatores saluare. Luce. 5. Matth. 1.

CAPVT II.

ADhortor igitur, ut ante omnia fiãt deprecatiões, obsecratiões, interpellatiões, gratiarũ actiões pro omnibus hoĩbus, p regibus & omnibus in eminentia cõstitutis: ut placidam ac quietã uitã deganus cum omni pietate & honestate. Nam hoc bonũ est et acceptũ corã seruatore nostro deo: qui cunctos homines uult saluos fieri, & ad agnitionẽ ueritatis uenire. Vnus enim deus, unus etiã cõciliator Dei & hominũ, homo Christus IESVS: qui dedit semetipsum preciũ redẽptionis pro oĩbus, ut esset testimoniũ temporibus suis: in qđ positus sum ego preco & apostolus, ueritatem dico in Christo, nõ mentior, doctor gentiũ cũ fide & ueritate. Volo igitur orare uiros in omni loco, sustollentes puras manus absq; ira & disceptatiõe. Cõsimiliter et mlieres in amictu modesto, cũ uerecũdia & castitate ornare semetipsas: nõ tortis crinibus aut

1. Petri. 3. 1. ad Corinth. 11. Ad Colos. 3. Ad Ephe. 5.

aut auro, aut margaritis, aut uestitu sumptuoso, sed qđ decet mulieres, pfitentes pietatē per opa bona. Mulier in silētio discat cū omni subiectione. Cæterū mulieri docere nō pmitto, neq; autoritatē usurpare in uiros, sed esse in silentio. Adā enī prior formatus est, deinde Eua: & Adā nō fuit deceptus, sed mulier seducta, obnoxia facta est transgressioni: salua tamen fiet per generationē liberorū, si māserint in fide ac dilectione & sanctificatiōe cū castitate. CAPVT III.

Ad Corinth. 1. cap. 7.

INdubitatus sermo. Si quis Episcopi munus appetit, honestū opus desyderat. Oportet igitur episcopū irreprehensibilē esse, unius uxoris maritū. uigilantē. sobriū. modestū. hospitalem. aptū ad docendū: nō uinolentū, nō percussorē, non turpiter lucri cupidū: sed æquū, alienū à pugnis, alienū ab auaricia: q suæ domui bene præsit: qui liberos habeat in subiectione cū omni reuerentia. Quòd si quis pprie domui præesse nō nouit, quomodo ecclesiā Dei curabit? Nō nouitū, ne inflatus in cōdemnationē incidat calūniatoris. Oportet aūt illū & bonum habere testimoniū ab extraneis, ne in probrū incidat et laqueū calūniatoris. Ministros itidē cōpositos, non bilingues nō multo uino deditos, nō turpiter lucri auidos, tenētes mysteriū fidei cū pura cōscientia: atq; hi probētur prius, deinde ministrēt sic, ut nemo possit illos criminari. Vxores similiter modestas, nō calumniosas, sobrias, fidas in omnibus. Diaconi sint unius uxoris mariti, qui liberis recte præsint & proprijs familijs. Nā qui bene ministrauerint, gradū sibi bonū acquirūt & multā libertatem in fide, quæ est in Christo IESV. Hæc tibi scribo, sperās fore ut ueniā ad te cito: q, si tardius uenero, ut noris quomodo oporteat in domo Dei uersari: quæ est ecclesia Dei uiuentis, colūna & stabilimentū ueritatis. Et citra cō

trouersiam

trouersiã magnũ est pietatis mysteriũ. Deus manifestatus est in carne, iustificatus est in spũ: uisus est in angelis, prædicatus est gẽtibus: fides illi habita est i mũdo, receptus est in gloria.

CAP. IIII.

SPiritus aũt certo loquitur, q̃ in posterioribus tpibus desciscent qdam à fide, attendẽtes spiritibus impostoribus ac doctrinis dæmoniorũ, per simulationẽ falsiloquorũ, cauterio notatã habentiũ cõscientiã, prohibentiũ cõtrahere matrimoniũ, iubẽtiũ abstinere à cibis, quos deus creauit ad sumendũ cũ gratiarũ actione fidelibus, & ijs qui cognouerũt ueritatẽ: qd' quicqd creauit deus, bonũ sit, & nihil reijciendũ, si cũ gratiarũ actione sumatur. Sãctificatur enĩ per sermonẽ dei, ac precationẽ. De his si cõmonefeceris fratres, bonus eris minister IESV Christi, enutritus in sermonibus fidei, bonæq; doctrinæ, quã usq; secutus es. Cæterũ prophanas & aniles fabulas reijce. quin potius exerce temetipsum ad pietatẽ. Nã corpalis exercitatio paululũ habet utilitatis: at pietas ad oĩa utilis est, ut quæ pmissiões habeat uitæ præsentis ac futuræ. Indubitatus sermo dignusq; q oĩbus modis approbetur. Nã in hoc & laboramus & probris afficimur, q̃ spem fixam habemus in Deo uiuẽte, qui est seruator omniũ hominũ, maxime fideliũ. Præcipe hæc et doce. Nemo tuã tuuentutẽ despiciat, sed esto forma fideliũ in sermone, in cõuersatiõe, in dilectiõe, in spiritu, in fide, in puritate. Donec uenero, attende lectioni, exhortationi, doctrinæ. Ne neglexeris qd' in te est donũ, qd' datũ est tibi per prophetiã cũ impositiõe manuũ, autoritate sacerdotij. Hæc exerce, in his esto, ut tuus profectus manifestus sit in omnibus. Attende tibijpsi & doctrinæ, persiste in his. Nam id si feceris, teipsum seruabis, & eos qui te audierint.

CAPVT V.

SEniorem ne ſæuius obiurges, ſed adhortare ut patrem: iuniores ut fratres, mulieres natu grandiores ut matres, iuniores ut ſorores cum omni caſtitate. Viduas honora, quæ uere uiduæ ſunt. Quòd ſi qua uidua liberos aut nepotes habet, diſcant primũ propriã domũ pie tractare, & uicem rependere maioribus. Hoc enim eſt honeſtũ & acceptũ corã deo. Porrò quæ uere uidua eſt ac deſolata, ſperat in Deo, & perſeuerat in obſecratiõibus ac precationibus noctu dieq;. Porrò que in delitijs uerſatur, ea uiuens mortua eſt. Et hæc præcipe, ut irreprehẽſibiles ſint. Quòd ſi qua ſuis & maxime familiaribus nõ prouidet, fidem abnegauit, & eſt infideli deterior. Vidua allegatur, non minor annis ſexaginta, quæ fuerit unius uiri uxor, in operibus bonis hominũ teſtimonio comprobata, ſi filios educauit, ſi fuit hoſpitalis, ſi ſanctorũ pedes lauit, ſi afflictis ſubminiſtrauit, ſi in omni opere bono fuit aßidua. Porrò iuniores uiduas reijce. cum enim laſciuire cœperint aduerſus Chriſtũ, nubere uolunt, habentes cõdemnationem q̃ primã fidẽ reiecerint: ſimul aũt et otioſæ diſcũt circũire domos. Imò non ſolũ otioſæ, uerumetiam garrulæ & curioſæ, loquentes quæ nõ oportet. Volo igitur iuniores nubere, liberos gignere, domũ adminiſtrare, nullam occaſionem dare aduerſario, ut habeat maledicendi cauſſam. Iam enim nonnullæ deflexerũt, ſecutæ ſatanam. Quòd ſi quis fidelis, aut ſi qua fidelis habet uiduas, ſuppeditet illis, & nõ oneretur eccleſia: ut ijs quæ uere uiduæ ſũt, ſuppetat. Qui bene præſunt preſbyteri, duplici honore digni habeantur: maxime ij qui laborant in ſermone & doctrina. Dicit enim ſcriptura: ✶ Boui trituranti non obligabis os. Et: Dignus eſt operarius mercede ſua. Aduerſus preſbyterũ accuſationẽ ne admiſeris, niſi

Deute. 25.
1. Corin. 9

ſub

sub duobus aut tribus testibus. ✶Eos qui peccant, corã omni Deut. 12
bus argue: ut & cæteri timorem habeant. Obtestor in cõspe-
ctu Dei & domini IESV Christi & electorum angelorum,
ut hæc serues sine præcipitatione iudicij, nihil faciens iuxta
propensionẽ animi. Manus cito ne cui imponas, neq; cõmu-
nices peccatis alienis. Temetipsum purũ serua. Ne posthac
bibas aquam, sed uino paululo utere propter stomachũ tuũ,
& crebras tuas infirmitates. Quorundã hominũ peccata an-
te manifesta sunt, præcedentia ad iudicium: quosdam uero et
subsequũtur: Cõsimiliter & bona opera ante manifesta sunt,
& ea quæ secus habent, occultari non possunt.

CAPVT VI.

QVicũq; sub iugo sunt serui, suos dominos omni hono-
re dignos ducãt, ne nomen Dei & doctrina ma
le audiat. Qui uero fideles habent dominos, ne cõtemnant q,
fratres sint, sed magis inseruiant, qd' fideles sint ac dilecti qui
beneficẽtiæ participes sunt. Hæc doce & exhortare. Si quis
diuersam sequitur doctrinã, & non accedit sanis sermonibus
domini nostri IESV Christi, & ei quæ secundũ pietatẽ est do
ctrinæ, is inflatus est, nihil sciens: sed insaniens circa quæstio-
nes ac disputationũ pugnas, ex qbus nascitur inuidia, cõten-
tio, maledicentia, suspiciones malæ, superuacaneæ cõflicta-
tiões hominũ mẽte corruptorũ, & qbus adempta est ueritas,
qui existimãt quæstũ esse pietatẽ. Seiungere ab his q eiusmo-
di sunt. Est aũt quæstus magnus, pietas cũ animo sua sorte cõ
tento. ✶Nihil enim intulimus in muudũ, uidelicet nec efferre Iob. 1
quicquam possumus: sed habentes alimenta, & quibus tega-
mur his cõtenti erimus. Cæterum qui uolunt ditescere, inci-
dunt in tentationem & laqueum, & cupiditates multas, stul

tas, ac

tas ac noxias, quæ demergunt homines in exitium & in interitum. Siquidem radix omnium malorum est studium pecuniæ: quam quidam dum appetunt, aberrauerunt à fide, & seipsos implicuerũt doloribus multis. Tu uero homo dei, ista fuge: sectare autem iusticiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinẽ: certa bonum certamen fidei, apprehende uitam æternam, ad quam & uocatus es, & professus es bonam professionem coram multis testibus. Præcipio tibi in cõspectu Dei, qui uiuificat omnia: et IESV Christi, qui testatam fecit sub Pontio Pilato bonam professionem, ut serues præceptũ, immaculatus, irreprehensibilis, usq; ad apparitionem domini nostri IESV Christi: quam temporibus suis ostendet beatus & solus princeps, rex regnantiũ, & dominus dominantiũ: qui solus habet immortalitatẽ, lucem habitans inaccessam, ✠ quẽ uidit nemo hominũ neq; uidere põt: cui honor & imperium sempiternum Amen. His qui diuites sunt in præsenti sæculo præcipe: ne elato sint animo, neq; spem ponant in diuitijs incertis, sed in Deo uiuente, qui præbet nobis omnia affatim ad fruendum, ut benefaciant, ut diuites sint operibus bonis, ut faciles sint ad impartiendum: libenter communicantes, recondentes sibijpsis fundamentũ bonum in posterum, ut apprehendant æternam uitam. O Timothee, depositum serua, deuitans, prophanas uocum inanitates, & oppositiones falso nominatæ scientiæ quam nõnulli profitentes, circa fidem aberrauerunt. Gratia sit tecum Amen.

Iohan. 1. 1. Iohan. 4

Missa fuit ex Laodicea, quæ est Metropolis Phrygiæ Pacatianæ.

In episto

IN EPISTOLAM AD TIMOTHEVM

Posteriorem argumentum per Erasmum Roterod.

QVoniã in superiori epistola spem sui reditus fecerat Timotheo, apud Ephesios agẽti, nec fuit eius præstãdi facultas, quod Romæ in uinculis haberetur, literis eũ cõfirmat, ne persecutionum procellis deijciatur, sed suo exemplo animum ad martyrium præparet, Instare enim tempora periculosa ob quosdã, pietatis prætextu ueram pietatem subuertẽtes: itaq; seſe iactãtes, quasi in uerbis sit Christiana religio, ac nõ potius in animi puritate. deide testatus, iminere diẽ obitus sui, seq; iã à pleriſq; destitutũ, iubet, ut Timotheus unà cũ Marco propere ad se Romam ueniat. Scripsit Romæ, cum iterum ad Neronis tribunal sisteretur.

ARGVMENTI FINIS

PAVLI APOSTOLI AD TIMOTHEVM EPISTOLA SECVNDA.

PAVLVS APOSTOLVS IESV Christi, *per uoluntatẽ dei secundum promissionẽ uitæ, quæ est in Christo* IESV *Timotheo dilecto filio. Gratia, misericordia, pax à deo patre, & Christo* IESV *domino nostro. Gratiam habeo deo, cui seruio à maioribus cũ pura conscientia, quod citra*

ullã intermissionẽ faciã de te mẽtionẽ in precationibus meis noctu die q; desiderans te uidere. memor tuarũ lachrymarũ, ut gaudio replear, ubi cõmonefactus fuero eius, quæ est in te nõ simulatæ fidei, quæ habitauit primũ in auia tua Loide & matre tua Eunica: certũ aũt scio, quod in te quoq;. Quã ob causſam cõmonefacio te, ut suscites donũ dei qd est in te per ipositionẽ manuũ mearũ. ✶ Nõ enĩ dedit nobis Deus spiritũ timiditatis, sed potentiæ ac dilectionis & sobrietatis. Ne igitur te pudeat testimonij domini nostri, neq; te pudeat mei qui sum uinctus illius: sed esto particeps affuctionum Euangelij iuxta potentiam dei, qui saluos fecit nos, & uocauit uocatione sancta: non secundum opera nostra, sed secundum suum propositum & gratiam, quæ data quidem est nobis per Christum IESVM ante tempora æterna, sed palã facta est nunc per apparitionem seruatoris nostri IESV Christi, qui mortem quidem aboleuit, uitam autẽ in lucẽ produxit, ac immortalitatẽ per Euãgeliũ, in quod positus sũ ego præco et Apostolus, ac doctor gentiũ: quã ob causſam & hæc patior, attamẽ nõ erubesco. Noui enĩ certus q; sũ, qd' is cui credidi, potẽs sit depositũ meũ custodire in illum diem. Formã habeto sanorũ sermonũ, quos à me audisti cũ fide & charitate, quæ est in Christo IESV. Egregiũ depositũ seruato per spiritũ sanctũ, qui inhabitat in nobis. Nosti hoc, qd' auersati fuerint me oẽs, qui sunt in Asia: quorũ est Phygelus & Hermogenes Det misericordiã dominus Onesiphori familiæ, quoniã sæpe me refocillauit, & de catena mea non erubuit: sed cum esset Romæ, studiosius quæsiuit me, & inuenit. Det ei dominus ut inueniat misericordiã apud dominum in die illo. Et in quã multis Ephesi ministrauerit, melius tu nosti. CAP. II.

TV

TV igitur fili mi, fortis esto in gratia, quæ est per Christũ IESVM, & in his quæ audisti à me per multos testes. Hæc cõmenda fidelibus hominibus, qui erunt idonei, ut alios quoq; doceant. Tu igitur feras afflictiones, ut bonus miles IESV Christi. Nemo qui militat, implicatur uitæ negocijs, ut ei qui se in militiã delegit, placeat, Quod si certet etiã aliquis non coronatur, nisi legitime certauerit. Laborantẽ agricolã oportet primũ de fructibus percipere Cogita quæ dico. Det enim tibi dominus in omnibus intellectũ. Memẽto IESVM Christum resurrexisse à mortuis, ex semine Dauid, secundũ Euangeliũ meũ, in quo malis afflitgor, quasi facinorosus usq; ad uincula. At sermo dei non fuit uinctus. Propterea oĩa sustinemus propter electos, ut & ipsi salutẽ consequãtur, quæ est in Christo IESV, cum gloria æterna. Certus sermo. Nam si cõmortui sumus, & cõuiuemus: si sufferimus, & conregnabimus: si negamus, et ille negabit nos: si increduli sumus, ille fidelis manet: negare seipsum non potest. Hæc admone, cõtestans coram domino, ne uerborũ pugnas sequantur, ad nullã utilitatem, ad subuersionem audiẽtium. Stude teipsum probatum exhibere deo, operariũ non erubescendum, recte secantẽ sermonem ueritatis. Cæterũ prophanas uocũ inanitates præter mitto: ad maiorem enim proficient impietatẽ: & sermo illorum, ut cancer morbus, pastionẽ habebit: quorũ de numero est Hymenæus, & Philetus, qui circa ueritatẽ aberrarũt, dicentes, resurrectionem iam esse factam, & subuertunt quorũdam fidem. Solidum tamen fundamentũ dei stat, habẽs signaculum hoc: Nouit dominus, qui sint sui, & discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomẽ Christi. Cæterũ in magna domo non tantum sunt uasa aurea et argentea, uerum etiam lig

gnea, ac testacea, et alia quidem in honorē, alia uero in cō-
tumeliam. Si quis igitur expurgarit seipsum ab his, erit uas in
honorē sanctificatū, accomodū usibus domini, ad omne opus
2. Timo. 4. bonū præparatū. ✶ Iuueniles aūt cōcupiscentias fuge: secta
re uero iusticiā, fidem, charitatem, pacē cum his qui inuo-
cant dominū expuro corde. ✶ Stultas aūt et ineruditas quæ
Titum. 3. stiones respue, sciens eas parere pugnas. Porrò seruū domi
ni non oportet pugnare, sed placidū eße erga omnes, propē
sum ad docendū, tolerantē malos cum māsuetudine, erudiē
tem eos qui obsistunt, si quādo det illis Deus pœnitētiam ad
agnoscendū ueritatē, & resipiscāt è diaboli laqueo, capti ab
eo ad ipsius uoluntatem. CAPVT III.

I✶ Llud autem scito, quod in extremis diebus instabūt tem
pora periculosa. Erūt enim homines sui amantes, auari, sa
2. Timo. 4. stuosi, superbi, maledici, parētibus immorigeri, ingrati, im-
pij, carentes affectu, nescij fœderis, calūniatores, intemperā
tes, īmites, negligētes bonorū, proditores, præcipites, īflati,
uoluptatum amantes potius quàm amātes dei: habētes formā
pietatis, sed qui uim eius abnegarit. Et istos aduersare: ex his
enim sunt qui subeunt in familias & captiuas ducunt mulier
culas oneratas peccatis, quæ ducūtur concupiscētijs uarijs,
semper discentes, nec unquā ad cognicionē ueritatis uenire
ualentes. Quēadmodum aūt Iannes et Iambres resistebāt Mo
ysi, ita & hi resistunt ueritati, homines mēte corrupti, repro
bi, circa fidem, sed non proficient amplius. Siquidem amen
tia istorū euidens erit omnibus, quemadmodū, et illorū fuit.
Tu uero assectatus es doctrinā meam, institutionē, proposi-
tum, fidem, lenitatem, charitatem, patientiā, persecutiones,
afflictiones: quæ mihi acciderunt Antiochiæ, Iconij, Lystris,

quas

quas persecutiones sustinuerim. Et ex oĩbus eripuit me dominus. Sed et oẽs, qui uolunt pie uiuere in Christo IESV, persecutionẽ patientur. Porrò mali homines, et impostores proficient in peius, dum & in errorẽ adducunt, & errant ipsi. At tu persistito in his quæ didicisti, et quæ tibi cõcredita sunt: sciens á quo didiceris, et quod à puero sacras litteras noueris, quæ te poßũt eruditum reddere ad salutem per fidẽ, quæ est in Christo IESV. Omnis scriptura diuinitus inspirata, est utilis ad doctrinã, ad redargutionẽ, ad correctionẽ, ad institutionem, quæ est in iusticia, ut integer sit dei homo, ad omne opus apparatus.

CAP. IIII.

Obtestor igitur ego corã deo et domino IESV Christo, q iudicaturus est uiuos et mortuos in apparitione sua, et in regno suo. Prædica sermonẽ, insta tempestiue, intempestiue, argue, increpa: exhortare cũ omni lenitate & doctrina. Nam erit tempus, cum sanã doctrinã non sustinebũt: sed iuxta concupiscentias suas coaceruabunt sibi doctores ij, quibus pruriũt aures, & à ueritate quidẽ aures auertẽt, ad fabulas uero conuertentur. At tu uigila in oĩbus, obdura in afflictionibus, opus perage euangelistæ, ministeriũ tuum ad plenum probatũ reddito. Nam ipse iam immolor, & tẽpus meæ resolutionis instat. Certamen bonũ decertaui, cursũ cõsummaui, fidẽ seruaui. Quod superest, reposita est mihi iusticiæ corona, quam reddet mihi dominus in illo die, qui est iustus iudex, non solum aũt mihi, sed & oĩbus qui diligũt aduẽtum ipsius. Da operã, ut uenias ad me cito. Nam Demas me reliqt, amplexus præsens sæculũ, & profectus est Thessalonicam, Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiã. Lucas mecũ est solus. Marcũ assumptum adducito unà tecũ: est enim mihi

perutilis ad ministerũ. Porrò Tychicum misi Ephesũ. Penulam quam reliqui Troade apud Carpũ, cũ uenies apporta, & libros, maxime aũt membranas. Alexãder faber ærarius multis malis me affecit, reddat illi dominus iuxta facta ipsius: quem & tu caue. Vehemẽter enĩ restitit sermonibus nostris. In prima mea defẽsione nemo mihi adfuit, sed omnes me deseruerunt. Ne illis imputetur sed dominus mihi adfuit, et corroborauit me ut per me præconium expleretur, & audirent omnes gentes: et ereptus sui ex ore leonis, et eripiet me dominus ab omni facto malo, seruabitq; in regnũ suũ cœleste: cui gloria in sæcula sæculorũ, Amen. Saluta Priscã et Aquilã, & Onesiphori familiam. Erastus mansit Corinthi. Trophimum autem reliqui in Mileto languẽtem. Da operã, ut uenias ante hyemẽ. Salutat te Eubulus, et Pudẽs, & Lynus, & Claudia, & fratres omnes. dominus IESVS cum spiritu tuo Gratia uobiscum. AMEN.

Scripta é Roma ad Timotheum secunda, cum Paulus iterum sisteretur Cæsari Neroni.

IN EPISTOLAM AD TITVM ARgumentum per Erasmum Roterodamum.

TItum discipulum suum ac filij loco habitũ, ob eximias dotes, insulæ nobilissimæ Cretæ præfecerat apostolus: & illinc abiens, archiepiscopum consecrarat. Huic scribit ex urbe Nicopoli, quæ est in Actiaco litore: rebus, ut apparet, adhuc tranquillioribus: siquidem afflictionum aut persecutionũ nulla mentio. Monet autẽ, ut quod ipse apud Cretenses cœperat, consummet absoluatq;: & per singulas ciuitates, quas centum habuisse memoratur ea insula, episcopos

instituat

instituat quos & presbyteros uocat, idonei episcopi formã præscribens. Et quoniam huc quoq; penetrarãt pseudapostoli qui Iudaismum suum omnibus ingerebant, animat eum, ut eos fortiter reijciat ac resutet. Deinde personarum et ætatũ præscribit officia, quẽadmodum Timotheo præscribit: illud addens, ne quisquam Christianæ religionis prætextu principibus aut magistratibus resisteret, suo sungẽtibus officio, quamuis essent à Christi fide alieni, quin magis eos leniter ferendos: si quando forte, uolente Deo. & illi resipiscant. Postremo iubet Titum ad se uenire Nicopolim, sed non prius quam Paulus Artemam, aut Tychicũ illuc misisset. ne Cretẽses destituti uiderentur episcopi solatio.

ARGVMENTI FINIS.

EPISTOLA

PAVLI AD TITVM.

PAVLVS SERVVS DEI, apostolus autem IESV Christi, iuxta fidem electorum Dei & agnitionem ueritatis, quæ est secundum pietatem in spe uitæ æternæ quam promisit is, q mentiri nescit Deus ante tempora æterna. Patefecit autem temporibus suis sermonem suum per prædicationem,

quæ cõmissa est mihi secundũ delegationẽ seruatoris nostri Dei, Tito germano filio iuxta cõmunem fidem. Gratia miseri cordia. pax à Deo patre, & domino IESV Christo seruatore nostro. Huius rei gratia reliqui te in Creta: ut quæ desunt, pergas corrigere, & cõstituas oppidatim presbyteros, sicut ego tibi ordinarã. Si quis est inculpatus, unius uxoris uir, liberos habens fideles: non obnoxios crimini luxus, aut qui non sint intractabiles. Oportet enim episcopum inculpatũ esse, tanquã Dei dispensatorẽ, non præfractũ, non iracundũ, non uinosũ, non percussorẽ, nõ turpiter lucro deditum, sed hospitalem bonaruu rerum studiosum, sobrium, iustum, pium, temperantem, tenacem, eius, qui secundũ doctrinam est, fidelis sermonis: ut potens sit etiam exhortari per doctrinam sanã, & cotradicentes conuincere. Sunt enim multi intractabiles, & uaniloqui, & mentium seductores: maxime hi, qui sunt ex circuncisione, quibus oportet obturare os, qui totas domos subuertunt: docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia. Dixit quidam ex ipsis proprius ipsorum propheta: Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, uentres pigri. testimonium hoc est uerum. Quam ob causam redarguito illos seuere, ut sani sint in fide, non attendentes Iudaicis fabulis, & præceptis hominum, auersantium ueritatem. Omnia quidem pura puris. Porró pollutis & infidelibus nihil est purum, sed polluta est illorum, & mens, & conscientia. Deum pfitentur se scire, cæterũ factis negant: cũ sint abominabiles & dicto non audientes, & ad omne opus bonum reprobi.

Epimenides mendacissimus

CAPVT II.

TV uero loquere, quæ decẽt sanã doctrinã. Senes ut sobrij sint: graues, modesti, sani fide charitate, patien-

tia

tia. Anus itidem ut in habitu sint, qui religionem deceat, non calumniatrices, non uino multo seruientes, ut honesta doceant, quo possint modestas reddere adulescentulas: ut maritos suos diligant, ut liberos ament, ut sobriæ sint, puræ, domus curatrices, bonæ, subditæ suis uiris: ne sermo Dei male audiat. Adulescentes cõsimiliter adhortare, ut sobrij sint: per omnia temetipsum præbens formam bonorũ operum in doctrinã, integritatem, grauitatem, sermonẽ sanum, irreprehensibilẽ: ut is qui repugnat, rubore suffundatur, nihil habens qd̃ de uobis dicat mali. Seruos hortare, ut suis dominis pareant, in omnibus illis placeant: non responsatores, non suffurãtes, sed fidem omnem ostendentes bonam, ut doctrinã seruatoris nostri dei ornent in omnibus. Apparuit enim gratia Dei, salutifera omnibus hominibus, erudiens nos ut abnegata impietate & mundanis concupiscentijs, sobrie & iuste & pie uiuamus in præsenti sæculo, expectantes beatã illam spem & apparitionẽ gloriæ magni dei & seruatoris nostri IESV Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, ut redimeret nos ab omni iniquitate, & purificaret sibijpsi populũ peculiarẽ, sectatorem bonorũ operum. Hæc loquere & hortare, & argue cũ omni præcipiendi studio. Nemo te despiciat.

CAPVT III.

ADmoneto illos, ut principatibus ac potestatibus subditi sint, ut magistratibus pareant, ut ad omne opus bonũ sint parati, ne de quoquam maledicant: ne sint pugnaces, sed humani, omnẽ exhibentes mãsuetudinem erga omneis homines. Nã eramus quondã & nos stulti, inobedientes, errantes, seruiẽtes desyderijs ac uoluptatibus uarijs, in malitia & inuidia degentes: odiosi, inuicẽ odio prosequentes. At postquàm

bonitas & erga homines amor apparuit seruatoris nostri
Timo.1. Dei: ✶ non ex operibus quæ sunt iustitia, quæ faciebamus nos, sed secũdũ suã misericordiã saluos nos fecit per lauacrũ regenerationis ac renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos opulente, per IESVM Christũ seruatorẽ nostrũ, ut iustificati illius gratia, hæredes efficeremur iuxta spem uitæ æternæ. Indubitatus sermo. De his uolo ut confirmes, quo solliciti sint, ut bonis opibus præsint qui crediderũt deo. Hæc enĩ sunt
Timo. 2 honesta & utilia hoĩbus. ✶ Stultas aũt quæstiões & genealogias: & cõtentiões ac pugnas legales omitte, sunt enim inutiles & superuacaneæ. Sectarũ autorẽ hominẽ, post unam & alterã admonitionẽ fuge: sciens quòd euersus sit qui eiusmodi est, & peccet per se damnatus. Cum aũt misero Arteman ad te, aut Tychicũ, da operã ut uenias ad me Nicopolim. nã illic decreui hybernare. Zenam legisperitum & Apollo studiose deducito, ne quid illis desit. Discant aũt & nostri bonis operibus præesse ad necessarios usus, ut nõ sint infrugiferi. Salutant te, qui mecum sunt omnes. Saluta eos qui diligunt nos in fide. Gratia cum omnibus uobis. Amen.

Scripta ex Nicopoli Macedoniæ.

IN EPISTOLAM AD PHILEMONEM Argumentum per Erasmum Roterodamum.

Græci tradunt hũc Philemonem genere Phrygem fuisse, quã nationẽ intractabilẽ ac seruilẽ esse, uel Græco prouerbio iactatũ: Phryx plagis emẽdatur. Quẽ tamẽ Paulus ob pietatẽ et officia in sanctos inter præcipuos habuit amicos. Huius ser-

uus

tus Onesimus Romã profugerat nõ sine furto, qd' ferè serui solent. Illic audito Paulo, qui tum in uinculis erat, Euãgelicã doctrinam amplexus est, ac Paulo seruiuit in carcere. Verũ ne quid herus ob serui fugã animo cruciaretur, remittit eum: sed miro studio, miraq; ciuilitate seruũ & fugitiuũ & cõpilatorẽ domino recõcilians, se interim sponsorẽ offerens: depensurus, si quid ille suppilasset in fuga. Scribit enim è uinculis per dictum Onesimum, quem & filium uocat.

ARGVMENTI FINIS.

AD PHILEMONEM EPISTOLA PAVLI.

PAulus uinctus Christi Iesu & Timotheus frater, Philemoni dilecto et collegæ nostro, & Aphiæ dilectæ, & Archippo cõmilitoni nostro, & ẽ domi tuæ ẽ, cõgregationi. Gratia uobis et pax à deo patre nostro, & domino IESV Christo. Gratias ago Deo meo, semper tui mentionem faciens in precibus meis, cum audiam tuam charitatem ac fidem, quam habes erga dominum IESVM, & erga omnes sanctos: ut cõmunicatio fidei tuæ efficax fiat in agnitione omnis boni, quod est in uobis erga Christum IESVM. Gaudium enim habemus multum, consolationem in dilectione tua, quòd uiscera sanctorũ refocillata sunt per te frater. Quapropter quãuis multã in Christo fiduciam

fiduciã habeam iniungendi tibi, id quod officij tui erat: tamẽ propter charitatẽ potius rogo cũ talis ſim, nempe Paulus ſenex, nunc aũt etiã uinctus IESV Chriſti. Rogo autẽ pro filio meo, quem genui in uinculis meis Oneſimo, quondã tibi inutili, nunc uero tibi & mihi perutili, quem remiſi. Tu autem eũ, hoc eſt, uiſcera mea ſuſcipe, quem ego cupiebam apud me retinere, ut pro te miniſtraret mihi in uinculis Euangelij, ſed abſq; tua ſententia nihil uolui facere, ne uelut ex neceſſitate bonum tuum eſſet, ſed ſpontaneum. Nam propterea forſitan ſeceſſit ad tempus, ut æternum eum reciperes, non iam ut ſeruum, ſed ſupra ſeruum: nempe fratrem dilectum, maxime mihi: quanto autem magis tibi & in carne & in domino? Si igitur me habes conſortem, ſuſcipe illum tanquàm me. Quòd ſi quid læſit te, aut debet, hoc mihi imputato. Ego Paulus ſcripſi mea manu. Ego dependam, ut ne dicam tibi, quòd etiam teipſum mihi inſuper debes. Etiam frater. Ego te fruar in domino. Refocilla mea uiſcera in domino. Confiſus de obedientia tua ſcripſi tibi, ſciens quòd etiam ultra quàm dico facturus ſis. Simul autem etiam præpara mihi hoſpitiũ.

Spero enim, quòd auxilio precum ueſtrarum donabor uobis. Salutãt te Epaphras cõ captiuus meus in Chriſto Ieſu, Marcus, Ariſtarchus, Demas, Lucas, adiutores mei. Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti ſit cum ſpiritu ueſtro. Amen.

Miſſa fuit è Roma per Oneſimum ſeruum.

In Epiſto-

IN EPISTOLAM AD HEBRAEOS.

Argumentum per Erasmum Roterodamum.

n Vlla gens obstinatioribus animis repugnabat euangelio Christi, quàm Iudæorũ, qui Paulo etiã peculiariter erãt infensi, quòd se gentiũ apostolũ pfiteretur, quas Iudæi ut pphanas & impias, abominabãtur: quodq; legẽ Mosaicã, quã illi sacrosanctã habebãt, & Euãgelij uice p uniuersum orbẽ spargi cupiebãt, antiquare uideretur. Adeo ut essent inter hos quoq; qui Christi doctrinã receperãt, qui putarẽt legis obseruationẽ cũ Euãgelio miscẽdã. Hierosolymis igitur qui crediderãt, uarijs calamitatibus afficiebãtur ab ijs qui resistebãt Euangelio (nã penes hos erat publica autoritas) conijciebantur in uincula, cædebantur, diripiebantur illorũ bona. Hos itaq; cõsolatur Paulus, partim exẽplo ueterũ sanctorũ, quorũ pleriq; similibus aut grauioribus calamitatibus exerciti sunt, quo uirtus illorũ esset exploratior spectatioq; ac præcipue exemplo Christi: partim spe præmij cœlestis. Deinde declarat coruscãte iã Euãgelio Christi, cessasse umbras legis Mosaicæ, multa repetens ex ueteri testamẽto, & ad Christũ accõmodans. Docet nõ ex obseruatione legis ad tempus datæ & imperfectæ, sperandã esse salutẽ: sed ex fide, qua ueteres etiam illi probatæ sanctimoniæ uiri, quorum memoria Iudæis erat sacrosancta, Deo potissimũ placuissent

In fine tradit præcepta quædã ad mores Christianos scientia.

ARGVMENTI FINIS.

Beati

BEATI PAVLI
APOSTOLI EPISTOLA AD HEBRAEOS.

DEVS OLIM MVLTIPHAriã, multisq; modis locutus patribus per prophetas, extremis diebus hisce locutus est nobis per filiũ, quem cõstituit hæredẽ omniũ: per quẽ etiã fecula cõdidit, qui cũ sit splẽdor gloriæ, et expressa imago substantiæ illius, moderaturq; omnia uerbo potentiæ suæ, per semetipsum purgatione facta peccatorũ nostrorũ, cõsedit in dextra maiestatis in excelsis, tãto præstãtior factus angelis, quãto excellentius præ illis sortitus est nomẽ. Nã cui dixit unquam angelorũ: Fi
2.Reg.7. lius meus es tu, ego hodie genui te? Ac rursum: ✶ Ego ero ei pater, & ille erit mihi filius. Rursum aũt cũ inducit primoge
Psal.96 nitũ in orbem terrarũ, dicit: ✶ Et adorent eũ oẽs angeli dei.
psal.103 Et ad angelos qdem dicit: ✶ Qui creat angelos suos spũs, &
Psal.44. ministros suos ignis flammã. Ad filiũ autem: ✶ Thronus tuus deus in sæculũ sæculi, uirga rectitudinis, uirga regni tui. Dilexisti iustitiã & odisti iniquitatem, ppterea unxit te deus, deus
Psal.101. tuus, oleo exultatõis ultra cõsortes tuos. Et tu in initio domine terræ fundamẽta iecisti, & opera manuũ tuarũ sunt cœli: ipsi peribũt, tu aũt pmanes, & oẽs ut uestimentũ ueterascẽt, ac uelut amictũ circũuolues eos & mutabũtur: tu autẽ idẽ es & anni tui nõ deficient. Ad quẽ aũt angelorũ dixit unquam:
Psal.109. ✶ Sede à dextris meis, donec posuero inimicos tuos scabellũ pedũ tuorũ. Nónne oẽs sunt administratorij spũs, qui in ministerium

sterīu emittuntur propter eos qui hæredes erunt salutis?

PROpterea oportet nos uehementius CAP. II.
attendere ijs quæ dicta sunt nobis, ne quando pfluamus. Etenim si is qui per angelos dictus erat sermo, fuit firmus, et omnis trāsgressio & inobediētia iustā præmij repensationē accepit, quomodo nos effugiemus si tantā neglexerimus salutem? quæ cum primū enarrari cœperit per ipsum dominū, ab ijs qui audierāt in nos cōfirmata fuit, attestāte Deo, & signis & prodigijs simul, uarijsq; uirtutibus & spiritus sancti distributionibus, iuxta ipsius uoluntatē. Non enim angelis subiecit orbē terræ futurū, de quo loquimur. Testatus est aūt alicubi quidā. dicēs: ✶ Quid est homo quod memor es eius: aut filius hominis quod inuisis illū? Feciſti eum paululo inferiorē angelis, gloria & honore coronasti eū, & constituisti eum super opera manuū tuarum. ✶ Omnia subiecisti sub pedibus eius. In hoc enim quod ei subiecit omnia, nihil omisit illi nō subiectum. At nondum uidemus illi omnia esse subiecta. ✶ Eū uero qui pusillū quiddā diminutus fuerat infra angelos, cernimus IESVM, propter cruciatum, gloria & honore coronatum, ut per gratiam dei, pro omni gustaret mortem. Decebat enim eum propter quem sunt omnia, & per quem sunt omnia, ut multis filijs in gloriam adductis principem salutis illorum per afflictiones perfectum redderet: quandoquidem & qui sanctificat, et qui sanctificātur, ex uno sunt omnes. Quā ob causſam nō erubescit fratres illos uocare, dicēs: ✶ Annunciabo nomē tuū fratribus meis, in medio ecclesiæ laudabo te Et rursum: Ego ero fidens in illo. Et iterū: ✶ Ecce ego & pueri quos mihi dedit deus. Posteaquàm igitur pueri commertium habēt cum carne & sanguine, & ipse similiter particeps

Psal. 8.

1. Cor. 15

Philip. 2

Psal. 21.

Psal. 10.

factus

factus est eorundē, ut p mortē aboleret eū, q mortis habebat imperiū, hoc est diabolum: & liberos redderet eos, quicunq; metu mortis per omnē uitam obnoxij erāt seruituti. Nō enim uidelicet angelos assumit, sed semē Abrahæ assumit. Vnde debuit per oīa fratribus similis reddi, ut misericors esset & fidelis pōtifex: in his quæ apud Deū forēt agēda ad expiandū peccata populi: Nā ex hoc qd' ipsi cōtigit tentatū esse, potest & ijs qui tentantur succurrere. CAPVT III.

VNde fratres sancti, uocatiōis cœlestis participes, cōsyderate Apostolū & pōtificem cōfessionis nostræ Christum IESVM, quod fidelis sit ei, qui ipsum constituit, quemadmodū & Moses in tota domo ipsius. Tāto nāq; maiore gloria, quàm Moyses, hic dignus est habitus: quanto maiorem habet honorē is qui construxit domū, quàm ipsa domus. Omnis enim domus cōstruitur ab aliquo. Porrò qui cōdidit oīa, deus est. Et Moyses quidē fidelis fuit in tota domo illius, ueluti minister in testimoniū eorum, quæ post dicēda erāt. At Christus tanq; filius administrauit domū ipsius, cuius domus sumus nos si fiduciā & gloriationē spei, ad finē usq; firmā tenuerimus. Quapropter sicut dicit spūs ille sanctus: Hodie si uocē eius audieritis, ne obduretis corda uestra, sicut in exacerbatiōe, in die tentatiōis in deserto, ubi tentauerūt me patres uestri, probauerūt me et uiderūt opera mea quadraginta annis. Quapropter infensus eram generationi illi, & dicebā: Semp errāt corde: ipsi uero nō cognouerūt uias meas, sicut iuraui in ira mea, si ingressuri sunt ī requiē meā. Videte fratres, ne quādo sit in ullo uestrū cor prauū, obnoxiū incredulitati, ut desciscat à deo uiuēte, sed exhortemini uos inuicē quotidie, quoad appellatur dies hodiernus, ne quis ex uobis induretur seductione

ctione peccati. Christi participes facti sumus, si sanè initiũ substantiæ usq; ad finem firmũ tenuerimus. In hoc quod dicitur: Hodie si uocem eius audieritis, ne obduretis corda uestra sicut in exacerbatione. Nã quidã cum audissent, exacerbauerunt, at non oẽs qui profecti fuerant ex Aegypto per Mosen. Quibus aũt infensus fuit quadraginta annis? Nonne ijs, qui peccauerãt, quorũ mẽbra cõciderũt in deserto? Quibus aũt iurauit, nõ ingressuros in requiẽ suã, nisi ijs, qui nõ obedierũt. Et uidemus, qd' non potuerint ingredi propter incredulitatẽ.

CAIIII.

METuamus igitur, ne quãdo derelicta promissione introeundi in requiẽ eius, uideatur aliquis ex uobis fuisse frustratus. Etenim nobis annunciatum est, quẽadmodum et illis. At non profuit illis audisse sermonẽ, quod is non esset cum fide coniunctus, ijs qui audierant, Introimus enim in requiem, nos qui credidimus, quemadmodum dixit: Sicut iuraui in ira mea, si ingressuri sint in requiem meam, licet operibus à iactis fundamẽtis mundi perfectis. Dixit enĩ quodam in loco de septimo die sic. ✻ Et requieuit Deus die septimo ab omĩbus operibus suis. Et in hoc rursũ. ✻ Si introibũt in requiẽ meã. Posteaquam igitur illud reliquum est, aliquos introire in eam, et quibus prius annunciatum fuit, non introierunt propter incredulitatem, rursum quẽdam præfinit diẽ, hodie, in Dauid dicens, post tantum temporis, quemadmodum dictum est: Hodie si uocẽ eius audieritis, ne obduretis corda uestra. Nam si eis IESVS requiem præstitisset, nequaquã de alio posthac die locutus fuisset. Itaq; reliquitur sabbatismus populo dei. Nam qui ingressus est in requiẽ illius, et ipse requieuit ab operibus suis, quẽadmodũ à suis Deus. Studeamus igitur ingredi in illam requiẽ, ne quis eodem concidat increGene. 2.
Psal. 94

dulitatis exemplo. Viuus est enim sermo dei, & efficax, et penetrantior quouis gladio utrinq; incidente, ac pertingēs usq; ad diuisionem animæ simul ac spiritus, compagumq;, & medullarum, & discretor cogitationum et intentionū cordis, ✶ nec est ulla creatura, quæ non manifesta sit in cōspectu illius Sed omnia nuda, & resupinata oculis eius, ad quē nobis est sermo. Habentes igitur pontificē magnū, qui penetrauit cœlos, IESVM filiū dei. teneamus professionē. Nō enim habemus pontificē, qui nō possit affici sensu infirmitatū nostrarū, sed tentatum per oīa, iuxta similitudinē absq; peccato. Accedamus igitur cū fiducia ad thronū gratiæ, ut cōsequamur misericordiā, et gratiā iueniamus ad oportunū auxiliū. CAV.

Ecclē. 15. Psal. 33

NAm omnis pōtifex qui ex hominibus assumitur, pro hominibus cōstituitur, in his quæ apud deum aguntur ut offerat donaria & uictimas pro peccatis, qui placabilis esse possit ignorantibus et errantibus, quandoquidem et ipse circundatus est infirmitate. Et propter hanc debet, quemadmodum pro populo, ita et pro se ipso immolare pro peccatis. Nemo sibiipsi usurpat honorem, sed qui uocatur, etiam à deo, quemadmodum et Aaron. Ita et Christus non semetipsū glorificauit ut fieret pōtifex. sed is qui dixerat illi: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Sicut et alibi dicit: Tu es sacerdos in æternū secundū ordinē Melchisedech. Qui in diebus carnis suæ, cum et precationes et supplicationes apud illum, qui poterat ipsum à morte seruare, cū clamore ualido et lachrymis obtulisset, et exauditus esset pro reuerentia, tametsi filius erat, tamen didicit ex his quæ passus est, obedientiam, ac perfectus redditus, omnibus qui sibi obedierūt, fuit causa salutis æternæ, cognominatus à deo pontifex secundū ordinationē

Melchi-

Melchisedec, de quo nobis multa sorēt dicēda, eaq; difficilia explicatu, quādoquidem segnes facti estis auribus. Etenim cū debeatis pro temporis ratione doctores esse, rursum opus habetis, ut doceamus uos quæ sint elemēta initij eloquiorū dei: factiq; estis ij, quibus lacte sit opus, & non solido cibo. Nam quisquis lactis est particeps, is rudis est sermonis iusticiæ, infans enim est. Porró perfectorum est solidus cibus, nempe horum, qui propter assuetudinem, sensus habēt exercitatos ad discretionem boni pariter ac mali. CAPVT VI.

QVa propter omissō, qui in Christo rudes inchoat, sermone, ad perfectionem feramur, non rursum fundamentum iacientes pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fidei in deū, baptismatū, doctrinæ, ac manuū impositionis, & resurrectiōis mortuorū, & æterni iudicij. Atq; id faciemus si quidē permiserit Deus. Nam fieri non potest, ut qui semel fuerint illuminati, gustauerunt q; donū cœleste & participes facti fuerint spiritus sancti, gustauerint q; bonū dei uerbū, ac uirtutes futuri sæculi, si prolabātur, denuo renouentur p pœnitentiā, ab integro crucifigentes sibimetipsis filiū dei, & ludibrio exponentes. Siquidem terra, quæ imbrē sæpius in se uenientē cōbiberit, & progenuerit herbā accōmodam eis, opera quorū & colitur, recipit benedictionē à deo. At quæ p duxerit spinas & tribulos, reproba est, & maledictioni confinis, cuius exitus huc tēdit, ut exuratur. Cæterum persuasimus nobis de uobis dilecti, quæ his sint meliora, & cum salute cōiuncta, tametsi sic loquamur. Non enim iniustus est Deus, ut obliuiscatur operis uestri, et laboris cū charitate susceptī, quā exhibuistis erga nomē illius. qui ministrastis sanctis, & ministratis. Cupimus aūt, ut unusquisq; uestrū idem præstet studiū

ad plenã ſpei certitudinẽ, uſq; ad pfectionem, ne ſutis imbecilles, ſed imitatores eorũ, qui p fidem ac patientiam hæreditatẽ accipiunt, pmißionis. ✶ Deus enim pollicitus Abrahæ, cũ nõ poſſet p quenquã maiorẽ iurare, iurauit per ſeipſũ, dicens. Niſi benedicẽs benedixero tibi, et multiplicãs multiplicauero te. Atq; ita cũ patiẽter expectaſſet, cõſecutus eſt promiſſum. Nã homines quidẽ per eum iurãt, qui ſit maior, atq; ijſdem oĩs cõtrouerſiæ finis eſt, ſi accedat iuriſiurandi cõfirmatio. Qua in re Deus cũ eximie uellet hæredibus pmißionis oſtẽdere firmitatẽ cõſilij ſui, interpoſuit iuſiurandum uti per duas res immutabiles, in quibus fieri nõ poßet, ut mẽtiretur deus, ualidã cõſolationẽ haberemus, q huc cõfugimus, ut potiamur propoſita ſpe, quam uelut ancorã tenemus animæ, cũ tutam, tum firmam, & introeuntẽ uſq; ad ea, quæ ſũt intra uelum, ubi præcurſor pro nobis ingreßus eſt IESVS iuxta ordinem melchiſedec, põtifex factus in æternum.

Gene. 22.

Gene. 14.

NAm hic erat Melchiſedec, rex Salẽ. CAP. VII.
pontifex dei altiſſimi, qui occurrit Abrahæ, reuertenti à cæde regum, & benedixit illi, cui et decimas ex omnibus impartitus eſt Abraham, qui primũ quidem ex interpretatione dicitur rex iuſtitiæ, deinde uero etiam rex Salem, quod eſt rex pacis, ignoti patris, ignotæ matris, ignoti generis, nec initium dierũ, neq; uitæ finem habens, ſed aſſimilatus filio dei, manet ſacerdos in perpetuum. Cõſiderate uero, quantus hic fuerit, cui etiam decimas dederit Abrahã patriarcha de ſpolijs? Atq; ij quidem, qui quod ſint de numero filiorũ Leui, ſacerdotij functionẽ ſumunt: præceptũ habent, ut decimas accipiãt à populo iuxta legẽ, hoc ẽ à fratribus ſuis, licet egreſſis ex lumbis Abrahæ. At is cuius genus nõ recẽſetur ex illis,

decimas

decimas accepit ab Abrahã, et habenti pmissiones benedix-
it. Porrò nemo negat, quin id quod minus est, ab eo qđ ma-
ius est, benedictionẽ accipiat. Atq; hic quidẽ homines, q mo-
riuntur, decimas accipiunt. Illic aũt is de quo testatum est, qđ
uiuat: & ut ita loquar, in Abrahã decimatus est etiã ipse Le-
ui, qui decimas solet accipere. Nã is adhuc in lumbis patris
erat, cũ occurreret Abrahæ Melchisedec. Proĩde si consum-
matio per Leuiticũ sacerdotiũ erat, siquidem per hoc popu-
lus legem acceperat, quid præterea fuit opus, aliũ exoriri sa
cerdotẽ, qui secundũ ordinem melchisedec, & nõ secundũ
ordinem Aaron diceretur? Quandoquidẽ translato sacerdo
tio, necesse est, ut legis quoq; translatio fiat. Nam is de quo
dicuntur hæc, ad aliã tribũ ptinet, de qua nullus altari astitit,
Palàm est enim, qđ è tribu Iuda exortus sit dominus noster.
At nihil locutus est de sacerdotio Moyses, quod ad hãc tribũ
ptineat. Idq; magis etiã liquet, siquidẽ ad similitudinẽ Melch
isedec exoritur sacerdos alius, qui nõ iuxta legẽ mãdati car-
nalis factus sit, sed iuxta potẽtiã uitæ indissolubilis. Testifica
tur enĩ ad hũc modũ: Tu sacerdos inæternũ secũdum ordinẽ
Melchisedec. Abrogatur enĩ qđ præcessit præceptũ propter
imbecillitatem, et inutilitatẽ. Nã nihil ad pfectionẽ adduxit
lex: uerũ erat introductio ad spẽ potiorẽ, p quã appropiqua-
mus Deo, atq; hoc potiorẽ, qđ nõ absq; iureiurando res acta
sit. Nã illi quidẽ citra iusiurãdũ sacerdotes facti sũt: hi uero
cũ iureiurãdo, p eum qui dixit ad illũ: Iurauit dominus, et nõ
pœnitebit eũ tu es sacerdos ĩ æternũ secũdũ ordinẽ Melchi-
sedec. Tãto potioris testamẽti sponsor factus est IESVS, et
illi quidẽ plures facti fuerũt sacerdotes, propterea, qđ p mor-
tem nõ sinerẽtur pmanere. At hic qđ idẽ maneat in æternũ,

perpetuũ habet ſacerdotiũ, unde et ſaluos facere ad plenum
poteſt qui p ipſum adeunt Deũ, ſemp uiuens, ad hoc ut inter-
pellet p illis. Talis enim decebat, ut eſſet nobis põtifex, pius,
innocẽs, impollutus, ſegregatus à peccatoribus, et ſublimior
cœlis factus, cui nõ ſit quotidie neceſſe, quẽadmodũ illis pon
tificibus, prius p proprijs peccatis uictimas offerre, deinde p
peccatis populi. Nam id fecit ſemel, cũ ſemetipſum obtulit.
Siquidem lex homines cõſtituit põtifices, habentes infirmita-
tem. Porrò ſermo iuriſiurandi, qui ſupra legẽ fuit, filiũ con-
ſtituit in æternum conſummatum.

CAPVT VIII.

CAeterũ eorum quæ dicimus illud eſt caput, qd talem hã
bemus põtificẽ, qui cõſedit ad dexterã throni maieſta-
tis, in cœlis ſanctorũ adminiſtrator, ac ueri tabernaculi, quod
fixit Deus, et nõ homo. Oĩs enim põtifex ad offerendũ dona
ria & uictimas cõſtituitur, unde neceſſe eſt, ut hic etiã habe
at aliqd, quod offerat. Nã ſi eſſet in terra, ne ſacerdos quidem
eſſet, ubi ſũt ſacerdotes, qui offerũt iuxta legẽ donaria, quæ
quidem exẽplari et umbræ deſeruiũt cœleſtiũ, quemadmodũ
oraculo reſponſũ eſt Moſi, cũ eſſet abſoluturus tabernacu-
lũ: Nã uide, inqt, ut facias oĩa ſecundũ exemplar, qd oſtenſũ
eſt tibi in monte, nũc uero hoc excellẽtius ſortitus eſt ſacer-
dotiũ, quo præſtãtioris eſt teſtamẽti interceſſor, quod in præ
ſtãtioribus ꝓmiſſis ſancitũ eſt. Etenim ſi prius illud tale fuiſ-
Hiere. 31. ſet, ut nihil in eo poſſet reprehẽdi, haud quaquã ſuſpet ſecũ-
do quæſitus locus. Nã increpãs eos loquitur illis. ✶ Ecce dies
ueniẽt, dicit dominus, & cõſummabo ſuper domũ Iſraël, &
ſup domũ Iuda, teſtamẽtũ nouũ, nõ iuxta teſtamentũ qd feci
patribus illorũ in die cũ apprehenderẽ manũ illorũ, ut edu-

cerem

cerē eos ex Aegypto, quoniā ipsi non perstiterūt in testamento meo, et ego neglectui eos habui, dicit dominus. Nā hoc est testamētū qđ disponā domui Israēl post dies illos, dicit dominus, dās leges meas in mentē illorū et in corde illorū inscribā illas, et ero illis deus, et ipsi erūt mihi populus. Et non docebunt quisq; proximum suū, et unusquisq; fratrē suū, dicētes: Cognosce dominū, qđ oēs cogniturī sint me ab eo q̄ pusillus fuerit inter eos, usq; ad eū qui magnus est inter illos, quoniam placatus ero sup iustitijs illorū, et peccatis eorū, et iniquitatum illorū nō recordabor amplius. Per hoc qđ dicit nouum, antiquauit prius. Porrò qđ antiquatur ac senescit, in propinquo est, ut euanescat.

CAPVT IX.

IGitur habebat quidē etiā prius illud, iustificationes, cultus, ac sanctū mundanū. Siquidem tabernaculū factum fuit primum, in quo erant lucernæ, & mēsa, & propositio panum, quam uocāt. sancta. Post secundum aūt uelum erat tabernaculum, quod uocatur sanctū sanctorum, aureū habens thuribulum, & arcam testamēti, undiq; circumtectā auro, in qua urna aurea habens manna, ac uirga Aaron, quæ germinauerat, & tabulæ testamēti. Supra hanc autem cherubin gloriæ, obumbrātia propiciatoriū, de quibus nō est nunc dicendū singulatim. His aūt ad hunc ordinatis modum, in prius quidem tabernaculū semper ingrediuntur sacerdotes, qui sacrorū ritus peragant, in secundū autē semel quotannis solus pontifex, non sine sanguine, quē offert pro seipso, et pro populi ignorātijs, illud significante spiritusancto, nondū manifestatā esse sanctorū uiam, adhuc priore tabernaculo consistēte, quæ erat similitudo pro tempore, tum præsēte, in quo dona sacrificiaq; offerūtur, quæ non possint uxta conscientiam perfectum

ctum reddere cultorẽ, in cibis duntaxat & potionibus, et diuersis ablutionibus ac iustificationibus carnis, usq; ad tẽpus correctionis imposita. At Christus accedens pontifex futurorum bonorũ, per maius & perfectius tabernaculũ nõ manufactũ, hoc est, nõ huius structuræ, neq; per sanguinẽ hircorũ ac uitulorũ, sed per proprium sanguinẽ ingressus est semel in sancta, æterna redemptiõe reperta. Nã si sanguis taurorũ & hircorum & cinis iuuencæ, aspergens inquinatos, sanctificat ad carnis purificationem, quanto magis sanguis Christi, qui per spiritum æternum seipsum obtulit immaculatũ Deo, purgabit conscientiã uestrã a mortuarijs operibus, ad seruiendũ Deo uiuẽti? Et ob id noui testamenti cõciliator est, ut morte intercedẽte, ad redẽptionẽ earũ præuaricationũ, q̃ fuerãt sub priori testamẽto, ij qui uocati sunt, pmissionẽ accipiãt æternæ hæreditatis. Siquidẽ ubi testamentũ est, mors intercedat necesse est testatoris. ✶ Nã testamẽtũ in mortuis ratũ est quã doquidẽ nõdũ ualet, cũ uiuit testator. Vnde ne prius qdẽ illud absq; sanguine dedicatũ fuit. Cũ enĩ Moyses omne præceptũ iuxta legẽ exposuisset oĩ populo, sũpto sanguine uitulorũ & hircorũ, cũ aqua & lana coccina et hysopo, simul & ipsũ librũ, et totũ populũ aspersit dicẽs. ✶ Hic est sanguis testamẽti qd' mãdauit uobis deus. Insup aũt et tabernaculũ et oĩa uasa ministerij, sãguine cõsimiliter aspergebat. Et oĩa ferè secũdũ legẽ sanguine purificãtur, et absq; sãguis effusiõe nõ fit remissio Itaq; necesse, ut exẽplaria quidẽ eorũ quæ sunt in cœlis, hisce rebus purificẽtur. Cæterũ ipsa cælestia potioribus quàm hæ sunt, uictimis mundẽtur, Nõ enĩ in manufacta sancta ingressus est Christus, exemplaria uerorũ, sed in ipsũ cœlũ, ut appareat nũc in cõspectu dei p nobis, nõ ut sæpius offerat semetipsũ,

Gala. 3

Exod. 24

quem-

quẽadmodũ põtifex ingreditur in ſancta ſingulis annis p ſanguinem alienũ. Alioqui oportuiſſet illũ ſæpius paſſum fuiſſe à condito mũdo. Nunc aũt ſemel ſub cõſummationẽ ſæculorũ, ad profligationẽ peccati per imolationẽ ſuiipſius apparuit. Et quatenus illud manet oẽs homĩes ut ſemel moriãtur, poſt hoc aũt iudiciũ, ita et Chriſtus ſemel oblatus, ut multorũ peccata tolleret, rurſus abſq; peccato cõſpicietur, ijs qui illũ expectant in ſalutem.

CAPVT X.

NAm lex umbrã obtinẽs futurorũ bonorũ, nõ ipſam imaginem rerũ, his hoſtijs, quas ſingulis annis eaſdẽ cõtinẽter offerunt, nunq̃ poteſt accedẽtes pfectos reddere. Alioqui nõne deſijſſent offerri? Propterea qđ nullam iam habuiſſent conſcientiam peccatorũ, qui ſacrificaſſent ac ſemel purgati eſſent. Atqui in iſtis cõmemoratio fit peccatorũ quot annis. Nõ enim poteſt ſanguis taurorũ & hircorũ auferre peccata. Quapropter cum ingreſſurus eſt mundũ dicit: Sacrificiũ & oblationẽ noluiſti: corpus aũt aptaſti mihi, holocautomata et pro peccato nõ cõprobaſti. Tũc dixi: Ecce adſum, in capite libri ſcriptũ eſt de me, ut faciã deus uolũtatẽ tuã. Superius cũ dicit, ſacrificiũ & oblationẽ & holocautomata, & pro peccato noluiſti, neq; cõprobaſti quæ iuxta legẽ offerũtur, tunc dixit: Ecce adſum, ut faciã Deus uolũtatem tuã. tollit prius, ut poſterius ſtatuat: per quã uoluntatẽ ſanctificati ſumus per oblationẽ corpus IESV Chriſti ſemel peractã. Et omnis quidẽ ſacerdos aſsiſtit quotidie, ſacra pagens, & eaſdẽ ſæpius offerẽs hoſtias, quæ nunq̃ poſſint auferre peccata. Hic uero una pro peccatis oblata uictima, ppetuo ſedet ad dextrã Dei, id quod ſupeſt expectãs, donec reddãtur inimici ipſius ſcabellũ pedũ eius. Vnica enim oblatiõe perfectos effecit in perpetuũ

eos qui sanctificantur. Testificatur autē nobis & ipse spiritus sanctus, nimirū cū prædixerit, hoc est testamentū qd' condam erga illos post dies illos, dicit dominus, dans leges meas in corde illorū, & in mentibus illorū inscribā eas, & peccatorū atq; iniquitatū illorū nō recordabor amplius. Porrò ubi horū est remissio, nō est amplius oblatio pro peccato. Cū igitur fratres habeamus libertatē adeundi in sancta per sanguinē IESV, ea uia quā dedicauit nobis recentē ac uiuentē per uelamentū, hoc est, per carnē suā, cumq; habeamus sacerdotem magnū præfectū domui Dei, accedamus cū uero corde, in certitudine fidei, aspersi cordibus, ac depulsa cōsciētia mala, & abluti corpore aqua pura, teneamus confessionē spei, nō uacillantem (fidelis enim qui promisit) & cōsyderemus nos inuicē, in hoc, ut prouocemus ad charitatē & bona opera, nō deserētes aggregationē nostri mutuā, sicuti mos est nōnullis, sed adhortātes inuicem: idq; hoc magis qd' uidetis appropinquātem diē. Nā si uolētes peccauerimus post acceptā cognitionem ueritatis, non ultra pro peccatis reliqua est hostia, sed formidabilis quædam expectatio iudicij, & ignis uehemētia, q̄ deuoraturus est aduersarios. ✶ Qui aspernatus fuerit Moysi legē, absq; misericordia, sub duobus aut tribus testibus moritur. Quāto putatis peioribus afficietur supplicijs, q̄ filiū dei cōculcarit, & sanguinē testamēti, ceurē pphanā habuerit, per quē fuerat sanctificatus, & spiritū gratiæ cōtumelia affecerit. Nouimus enī eū qui dixit: ✶ Meū est ulciſci, ego rependā dicit dominus. Et rursum: ✶ Dominus iudicabit populū suū. Horrendū est incidere in manus dei uiuētis. Redeāt autē uobis in memoriā supiores dies, in quibus illuminati, ingens certamē sustinuistis afflictionū: partim quidē, dū & probris &

Deut. 17

Deut. 32

Rom. 12

bris & pressuris affecti, spectaculo fuistis oibus: partim dum cõsortes ita cõuersant ũ facti estis. Siqdem et afflictionũ, quæ ex uinculis meis cõtigerũt, participes fuistis, & direptionem facultatũ uestrarũ cũ gaudio accepistis, sciẽtes uos habere in uobis, potiorẽ substantiã in cœlis ac manentẽ. Ne abieceritis igitur fiduciã uestrã, quæ magnã habet præmij retributionẽ. Nã patiẽtia uobis est opus, ut ubi uolũtatẽ dei peregeritis, reportetis promissionẽ. Adhuc enim perpusillũ tẽporis, & qui uẽturus est ueniet, et nõ tardabit. ✶Iustus aũt ex fide uicturus est, & si se subduxerit nõ probabitur anío meo. At nos nõ sumus qui subducamus nos in perditionẽ, sed ad fidẽ pertinemus in acquisitionem animæ. Abacuc.

CAP. XI.

EST autẽ fides earũ rerũ quæ sperãtur, substãtia, argumẽtũ eorũ quæ nõ uidentur. Per hãc enĩ testimoniũ meruerunt seniores. Per fidẽ intelligimus pfecta fuisse sæcula uerbo dei, ut ex his quæ nõ apparebãt, ea quæ uidẽtur fierẽt. ✶Per fidem uberiorem hostiã Abel obtulit deo, quã Cain perquam testimoniũ meruit, qd' esset iustus, testimonium perhibente de donarijs illius Deo, & per hanc mortuus adhuc loquitur. ✶ Per fidem Enoch fuit translatus, ne uideret mortẽ: nec fuit inuentus propterea quòd trãstulerat illũ Deus priusquàm enim transferretur, testimonium meruerat qd' placuisset deo. Atqui sine fide fieri nõ potest, ut quis illi placeat. Nam qui accedit ad deũ, hũc credere oportet esse deũ, & esse remuneratorem quærentibus se. Per fidem admonitus oraculo Noë, ea quæ nõdũ uidebãtur, ueritus adparauit arcã ad salutẽ domus suæ: per quã arcã cõdẽnauit mũdũ & eius quæ secũdũ fidem est, iusticiæ factus est hæres. ✶Per fidẽ appellatus Abraham, obedijt, ut exiret in locũ quẽ accepturus erat ĩ hæreditatẽ, & exiuit

Hebr. 4. Gene. 4. Gene. 5. Sapien. 4 Gene. 6. Gene. 12

exiuit,nescіens quò esset uenturus,Per fidē cōmigrauit in ter
rā promissiōis,uelut peregrinā cū in tabernaculis habitasset
cū Isaac & Iacob,cohæredibus eiusdē promissiōis.Expecta=
uerat enī habentē fundamēta ciuitatē cuius opifex & cōdi=
Gene.21. tor est deus.✶Per fidem & ipsa Sara uim ad cōcipiendū ac
retinendū semē accepit,ac præter ætatis rationē peperit,qđ
fidelem iudicaret eū qui promiserat.Quapropter & ex uno
prognati sūt posteri,eoq; tā annis effœto, tāto numero quan
to sunt stellæ cœli,& uelut arena quæ est iuxta marginē ma=
ris innumerabilis.Iuxta fidē mortui sunt hi oēs, cū non acce
pissent ꝓmissiōes,sed ꝓcul eas uidissent & credidissent, salu=
tassentq; & cōfessi fuissent. se hospites atq; aduenas esse in
terra.Nā hæc qui dicūt,declarāt se patriā ingrere. Et si illius
quidē memores fuissent,unde fuerant ꝓfecti,habebāt oppor
tunitatē reuertēdi,Nūc aūt meliorē expetūt,hoc est cœlestē.
Quapropter nō erubescit ipse deus uocari deus illorū, para
Gene.22. uerat enī illis ciuitatē. ✶Per fidē obtulit Abrahā Isaac, cū ten
taretur,& unigenitū obtulit, in quo ꝓmissiōes acceperat, ad
quē dictū fuerat:In Isaac uocabitur tibi semē, cū illud secum
perpēdisset,Deū uel à mortuis excitare posse, unde illū etiā
Gene.27. resurrectiōis typo reduxit.✶Per fidē de futuris benedixit Isa
Gene.48. ac filio Iacób & Esau.✶Per fidē Iacob moriēs,singulis filijs
&.49. Ioseph benedixit & adorauit fastigiū uirgæ illius.Per fidē Io
Ibidem,50 seph moriēs,de egressiōe filiorū Israël meminit, deq; ossibus
Exodi. 2. suis mandauit.✶Per fidē cū natus esset Moyses occultatus est
menses treis,à parētibus suis: propterea q; uiderēt elegātem
puellū,nec ueriti sunt edictū regis,Per fidē,Moyses iā gran
dis,renuit uocari filius filiæ Pharaonis, potius eligens simul
malis affici cū populo Dei,quàm tēporarijs peccati cōmodis

frui,

frui, maiores arbitratus diuitias probrũ Christi, quàm Aegyptiorũ thesauros. Respectũ enĩ habebat remunerationis, Per fidẽ reliquit Aegyptũ, haud ueritus ferociã regis. Perinde enĩ quasi uidisset eũ qui est inuisibilis, ita obdurauit. Per fidem fecit pascha, & effusionẽ sanguis: ne is q perimebat primogenita, tãgeret ipsos, ✶Per fidem trãsierũt rubrũ mare, ueluti Exod. 13
p siccã terrã, qd' cũ tentassent Aegyptij, absorpti sunt. ✶Per Ibidẽ. 14
fidẽ mœnia Hiericho cõciderunt, circũdata ad dies septem. Iosue 6.
✶Per fidem Raab meretrix nõ perijt unà cũ ijs qui non obe Ibidem. 2.
dierãt, cũ excepisset hospicio exploratores pacifice. Et quid & 6.
præterea loquor? Deficiet enim me tẽpus cõmemorantẽ de
Gedeone, dẽ Barac & Sampsone & Hiephthaë, necnõ Da
uid & Samuele, ac prophetis, qui per fidẽ expugnauerũt re 2. Corinth. 6.
gna, operati sunt iusticiã, assecuti sunt promissiones, occluse- Sap. 10
runt ora leonũ, extinxerũt uim ignis, effugerunt acies gladij, Sapientiæ. 3.
ualidi facti sunt ex imbecillitate, effecti sunt robusti in bello,
incursiones auerterunt exterorũ. Mulieres acceperũt ex re
surrectiõe mortuos suos. Alij uero distenti sunt aspernati re-
demptionẽ, ut potiorem sortirentur resurrectionẽ. Alij rur-
sus ludibrijs & flagris explorati sunt, insuper & uinculis &
carcere lapidati sunt, dissecti sunt, tentati sunt, occisione gla-
dij occubuerunt, oberrarunt in ouillis & caprinis pellibus,
destituti, pressi, afflicti, quibus indignus erat mundus, in deser
tis errãtes, & mõtibus ac speluncis & cauernis terræ. Atq;
omnes hi testimoniũ promeriti per fidem, nõ acceperãt pro-
missionẽ, quòd Deus de nobis melius quiddam prouiderat, ne
sine nobis consummarẽtur.

CAP. XII.

PRoinde nos quoq;, cũ tãta septi simus nube testiũ, depo
sito onere omni, et tenaciter inhærente peccato, per to
lerantiam

lerantiam curramus in proposito nobis certamine, respicientes ad fidei ducem & cõsummatorem IESVM, qui proposito sibi gaudio, pertulit crucem, ignominia contempta, et ad dexterã throni dei consedit. Reputate enim quòd is talẽ sustinuerit à peccatoribus aduersus se cõtradictionem, ne defatigemini animis defecti. Nondũ usq; ad sanguinẽ restitistis, aduersus peccatum repugnantes, & obliti estis exhortationis,

Prouer. 3. quæ uobis tãquàm filijs loquitur: ✶Fili mi, ne neglexeris cor-

Apoca. 3. reptionẽ domini, neq; deficias, cũ ab eo argueris. ✶Quem enĩ diligit dominus, corripit: flagellat aũt omnẽ filiũ quẽ recipit. Si castigationẽ sustinetis, ueluti filijs uobis offert se deus Quis enim est filius quem non castigat pater? Quòd si alieni estis à castigatione, cuius participes sunt omnes: igitur spurij estis non filij. Itaq; cum carnis nostræ patres habuerimus castigatores, & reueriti simus illos, an non multo magis subijciemur patri spirituum & uiuemus? Atq; illi quidem ad paucos dies pro arbitratu suo nos erudiebãt: hic autẽ ad commodum nostrum in hoc ut impartiat nobis sanctimoniam suam. Omnis autẽ castigatio in præsens quidem nõ uidetur esse gaudij, sed molestiæ. At postea fructum trãquillũ iusticiæ reddit ijs, qui p illã fuerint exercitati. Quapropter manus remissas & genua soluta surrigite, & facite ut recti sint gressus pedi-

Roma. 12 bus uestris, ne claudicatio aberret à uia, imò sanetur potius. ✶Pacem sectemini cum omnibus & sanctimoniam, sine qua nemo uidebit dominum, curam agẽtes: ne quis sit qui deficiat à gratia Dei, ne qua radix amarulentiæ, suppullulans obturbet, & per hãc inquinẽtur multi: ne quis scortator aut pphanus, ueluti

Gene. 25. ✶Esau, qui unico edulio pmutauit ius primogeniti. Scitis enim qd' postea, cum uellet hæreditario iure benedictionem

onem assequi, reprobatus sit. ✶Nõ enim repperit pœnitẽtiæ locũ, tametsi cum lachrymis quæsiuisset eam. Nõ enim accessistis ad contactum montem, & incensum ignem ac turbinẽ & caliginem & procellã, tubæq; sonitum, & uocem uerborum, ✶quam qui audierãt, deprecati sunt, ne his adiungeretur oratio. Nõ enim ferebãt qd' edicebatur: ✶Si bestia tetigerit montẽ, lapidabitur, aut iaculo cõfigetur, & adeo terribile erat uisum quod apparebat. Moses dixit: Expauefactus sum, ac tremebundus, sed accessistis ad montem Sion, & ad ciuitatẽ dei uiuentis, Hierusalẽ cœlestem, & ad innumerabiliũ angelorũ cœtũ, & ad cõcionem primogenitorũ, qui conscripti sunt in cœlis, & ad iudicem uniuersorũ Deũ, & ad spiritus iustorum perfectorũ, & ad noui testamenti cõciliatorem IESVM, & ad sanguinem aspersionis meliorà loquentem, quàm loquebatur sanguis Abel. Videte ne aspernemini eum qui loquitur, nam si illi nõ effugerunt, qui auersabantur eum, qui loquebatur in terra, multo magis nos, si eum qui de cœlis est, auersemur: cuius uox tum cõcussit terrã, at nũc denũciauit, dicens: ✶Adhuc semel ego cõcutio, nõ modo terrã, uerũ etiam cœlum. Porrò illud qd' dicit, adhuc semel, significat eorum quæ cõcutiũtur trãslationẽ, utpote quæ facta sint, ut maneant ea quæ nõ cõcutiuntur. Quapropter regnũ assumẽtes qd' concuti non possit, habeamus gratiam, per quam ita colamus deum, ut illi placeamus cũ reuerentia & religione.

Ibidẽ. 27

Exo. 20.

Exo. 19.

Aggæ. 2.

CA. XIII.

Deut. 4.

E✶Tenim deus noster ignis cõsumẽs est,

Fraterna charitas maneat. Hospitalitatis ne sitis immemores. Per hãc enim quidam inscientes, exceperunt angelos hospitio. Memores estote uinctorũ, tanquàm unà cũ illis uincti, eorũ qui affligũtur, uelut ipsi quoq; uersantes in corpore.

Honorabile

Honorabile est inter oēs cōiugiū, & cubile impollutū. Scor
tatores aūt & adulteros iudicabit deus. Sint mores alieni ab
auaritia, cōtenti ijs quæ adsunt. Siquidē ipse dixit: ✶ Non te
Ioſue. 1. deſero, neq; derelinquo, ut fidentes dicamus: ✶ dominus mihi
Pſal. 117. auxiliator, nec timeba, qd faciat mihi homo. Memores estote
eorū qui præsunt uobis, q locuti sunt uobis sermonē dei, quo
rū imitemini fidē, cōsiderātes qui fuerint exitus cōuersatiōis il
lorū. IESVS Christus heri & hodie, idē est etiā in secula: do
ctrinis uarijs ac pegrinis ne circūferamini. Bonū est enī gra
tia cōstabiliri cor, nō escis q̄ nō profuerūt, ijs q uersati sūt in
illis. Habemus altare, de quo nō est fas edere, ijs qui taberna
Nume. 19. culo deseruiūt. ✶ Animaliū enim quorū sanguis infertur pro
peccato in sancta per pontificē, horū corpora cremātur ex=
tra castra. Quapropter & IESVS, ut sanctificaret per pro=
priū sanguinē populū, extra portā passus est. Exeamus igi=
Mich. 2. tur ad eum extra castra, opprobriū eius portātes. ✶ Non enī
habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus.
Per ipsum igitur offerimus hostiā laudis semper deo. hoc est,
fructum labiorum confitentiū nomini eius. Cæterū beneficē
tiæ, & cōmunicationis ne obliuiscamini. Talibus enim uicti=
mis placetur deo. Parete ijs qui præsunt uobis, & cōcedite, si
quidē illi uigilant pro animabus uestris, tanquam rationem
reddituri, ut cū gaudio hoc faciant, & non gementes, nā id
est inutile uobis. Orate pro nobis: cōfidimus enī, quod bonā
habemus conscientiam inter omnes cupiētes honeste cōuer
sari. Magis aūt obsecro uos, ut id faciatis, quo celerius resti
tuar uobis. Deus aūt pacis, qui reduxit à mortuis pastorem
ouium illum magnum per sanguinem testamenti æterni, domi
num nostrum IESVM, absolutos uos reddat in omni opere

bono

bono, ad faciendū uolūtatē ipsius, efficiens, ut quod agitis, acceptum sit in cōspectu suo per IESVM Christum, cui gloria in secula seculorū, Amē. Obsecro uos fratres, sufferte sermonē exhortatiōis. Etenī paucis scripsi uobis. Scitis fratrē nostrū Timotheum solutū esse, cū quo si celerius uenerit, uisam uos. Salutate omnes, qui præsunt uobis, & omnes sanctos. Salutāt uos Itali, Gratia cū omnibus uobis. Amen.

MISSA AB ITALIA PER TIMOTHEVM.

IN EPISTOLAM IACOBI ARGVMENtum per Erasmum Roterodamum.

Acobus quoniam erat Hierosolymitarum epi
i scopus, scribit & ceteris Iudæis, qui per omnes nationes sparsi habitabant, uarijs præceptis uitam illorum formans atq; instituens

ARGVMENTI FINIS.

EPISTOLA BEATI IACOBI.

IACOBVS DEI AC DOMIni IESV Christi seruus, duodecī tribubus, quæ sunt in dispersiōe, salutem. Pro summo gaudio ducite fratres mei, quoties in tētatiōes incideritis uarias. Illud scientes, qd' exploratio fidei uestræ parit patiētiam. Cæterū patiētia opus

perfectū habeat, ut sitis perfecti & integri, nullaq; in parte diminuti. Quod si cui uestrū deest sapiētia, postulet ab eo qui dat: nēpe deo: qui dat, inquā, oībus simpliciter, nec exprobrat ac dabitur ei. Sed postulet cū fiducia, nihil hæsitās. Nā q hæsitat, is silis est fluctui maris, q uentis agitur & impetu rapitur Neq; enim existimet hō ille se quicquā accepturū à domino. Vir animo duplici inconstans est in omnibus uijs suis. Glorietur aūt frater qui est humilis, in sublimitate sua. Contra qui dues est, in humiliatiōe sui: quoniā ueluti flos herbæ præteribit

Ecclc. 14. Esai. 40. Iob. 5. ✶Exortus est enī sol cū æstu, & exaruit herba, & flos illius decidit, & decor aspectus illius perijt. Sic & dues in uijs suis marcescet. Beatus uir q suffert tētationē: quoniā cōprobatus erit, accipiet coronā uitæ, quā promisit dominus his, à qbus fuerit dilectus. Ne qs cū tētatur, dicat se à deo tētari. Nā deus ut malis tētari nō pōt, ita nec ipse quēquā tētat. Imò unusqsq; tētatur, dū à propria cōcupiscētia abstrahitur et inescatur Deinde cōcupiscētia posteaquā cōcepit, parit peccatū: peccatū uero pfectū, pgignit mortē. Ne erretis fratres mei dilecti. Omnis donatio bona, & oē donū perfectū, è supernis est descendēs à patre luminū: apud quē nō est trāsmutatio, at cō uersiōis obumbratio. Is destinata uolūtate progenuit nos sermone ueritatis, ut essemus primitiæ quædā suarū creaturarū. Itaq; fratres mei dilecti, ✶ sit oīs hō uelox ad audiēdū, tardus

Proue. 17. ad loquendū, tardus ad irā. Nā ira uiri iusticiā dei nō efficit. Quapropter depositā omnī immundicia & redundantia malitiæ, cū mansuetudine recipite insitū sermonē, qui pōt saluas reddere animas uestras. ✶ Sitis aūt effectores sermōis, & nō

Roma. 2. auditores tantū, fallentes uosmetipsos. Quoniā si quis audiat sermonē, nec eum factis exprimat, hic similis est uiro cōsideranti

rãti faciẽ natiuitatis suæ in speculo. Cõsiderauit enĩ seipsum & abijt, & continuo oblitus est qualis esset. At qui prospexerit in legẽ perfectã, quæ est libertatis, & permanserit, hic cũ sit nõ auditor obliuiosus, sed effector operis, beatus facto suo erit. Si quis uidetur religiosus esse inter uos, qui non frenat linguam suã, sed aberrare sinit cor suũ, huius uana est religio Religio pura & immaculata apud deum & patrẽ hæc est, inuisere orphanos & uiduas in afflictiõe sua, immaculatum seipsum seruare à mundo. CAPVT II.

FRatres mei, ne cum respectu personarum habeatis fidem domini nostri IESV Christi ex opinione. Nam si ingrediatur in cœtum uestrum uir aureum gestans annulum, uestẽ indutus splendida, ingrediatur aũt & pauper ĩ sordida uestẽ, & respexeritis ad illũ qui uestem gestat splendidam, & dixeritis illi: Tu sede hic bene, et pauperi dicatis: Tu sta illic, aut sede hic subter scabellũ meũ: & nõ dijudicati estis in uobisipsis, & facti estis iudicẽs cogitationũ malarũ. Audite fratres mei dilecti, nõne deus elegit pauperes mundi huius, diuites in fide, & hæredes regni, qd' promisit ijs, à quibus dilectus fuerit? Vos autem contemptui habuistis pauperem. Nõne diuites tyrannidem exercent in uos, & ijdem trahunt uos ad tribunalia? & ijdẽ male loquuntur de bono noĩe, quod inuocatum est super uos? Si legem quidẽ regiam perficitis iuxta scripturã: ✶Diliges proximũ tuũ sicut teipsum, bene facitis Leuit. 19.
si uero personam respicitis, peccatum committitis, & redarguimini à lege ueluti transgressores. Quisquis enim totã legem seruauerit, offenderit aũt in uno, factus est omniũ reus. Nã qui dixit: Ne mœcheris. dixit etiam ne occidas. Quod si non fueris mœchatus, occideris tamen, factus es transgressor

legis. Ita loquamini, & ita faciatis ueluti p legẽ libertatis iudicãdi. Siquidẽ iudiciũ absq; misericordia erit ei, qui nõ præstiterit misericordiã. Et glorietur misericordia aduersus iudiciũ. Quæ utilitas fratres mei si fidem dicat aliquis habere se facta uero nõ habeat? Nũ põt fides saluũ facere illũ? Q d' si frater aut soror nudi fuerint. & egẽtes quotidiano uictu: dicat aũt aliqs uestrũ illis: Abite cũ pace calescite & saturamini, nõ tamẽ dederitis illis, quæ sunt necessaria corpori, quæ erit utilitas? sic & fides, si facta nõ habuerit, mortua ẽ per se. Sed dicet aliqs: tu fidẽ habes, & ego facta habeo. Ostẽde mihi fidẽ tuã ex factis tuis, et ego ostẽdã tibi, ex factis meis fidẽ meã Tu credis qd' deus unus est? Recte facis. Et dæmonia crædũt ac cõtremiscũt. Vis uero scire ô hõ inanis, qd' fides absq; factis mortua sit? Abrahã pater noster, nõne ex factis iustificatus est, cũ obtulisset. Isaac filiũ suũ sup altare? Vides qd' fides adiumẽto fuerit factis illius ut et ex factis fides pfecta fuerit? Et
Gene. 15. ipleta est scriptura quæ dicit. ✳ Credidit Abrahã deo, & im-
Roma. 4. putatũ est illi ad iustitiã, & amicus Dei uocatus est. Videtis qd' ex factis iustificetur homo, & nõ ex fide tantũ? Similiter aũt & Rhaab meretrix, an nõ ex factis iustificata est, cum excepisset nũcios, et alia uia emisisset? Nãquẽ admodũ corpus absq; spiritu mortuũ est, ita & fides absq; factis mortua est.

CAPVT III.

NOlite plures magistri fieri fratres mei, sciẽtes quod maius iudiciũ sumpturi simus. In multis enĩ labimur oẽs. Si quis in sermone non labitur, hic perfectus est uir, qui possit freno moderari totum etiam corpus. Ecce equis frena in ora immittimus, ut obediant nobis, & totum corpus illorum circumagimus. Ecce naues quoq; cum tantæ sint, & à uentis sæuis agan

uis agantur, circũaguntur à minimo gubernaculo, quocunq; impetus dirigentis uoluerit. ita & lingua pusillum membrũ est, & magna iactat. Ecce exiguus ignis quantam materiam incendit. Et lingua ignis est, mundus iniquitatis: sic lingua cõstituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam natiuitatis, & inflammatur à gehẽna. Omnis enĩ natura & ferarũ & uolucrũ, serpentiũq; & marinorum domatur, & domita est à natura humana. Linguam autem nullus hominum domare potest, incoërcibile malum, plena ueneno mortifero. per ipsam benedicimus deo & patri, et per ipsam maledicimus hominibus. qui ad similitudinẽ dei conditi sunt. Ex eodẽ ore procedit benedictio & maledictio Non oportet fratres mei hæc ita fieri. Nunquid fons ex eodẽ foramine mittit dulcem & amarã aquã? Nunquid potest fratres mei, ficus oleas gignere, aut uitis ficus? Sic nullus fons salsam ac dulcẽ potest ædere aquã. Quis sapiẽs & sciẽtia præditus inter uos? Ostendat ex bona cõuersatiõe opera sua cum mansuetudine sapientiæ. Quod si æmulationẽ amaram habetis, & contentionẽ in corde uestro, nolite gloriari, & mẽdaces esse aduersus ueritatẽ. Nõ est enĩ ista sapiẽtia è supernis descendens, sed terrena, animalis, dæmoniaca. Vbi enĩ æmulatio & cõtentio, ibi incõstãtia, & omne opus prauũ. Quæ autem è supernis est sapiẽtia, primũ quidẽ casta est, deinde pacifica, modesta, tractabilis, plena misericordia & fructibus bonis, absq; dijudicatiõe, sine simulatiõe. Fructus aũt iusticiæ in pace seminatur, facientibus pacem.

CAPVT IIII.

VNde bella & lites in uobis? Nónne hinc? nimirum ex uoluptatibus uestris, quæ militant in mẽbris uestris? Con-

cupiſcitis & non habetis, iuidetis & æmulamini, & nõ pote
ſtis adipiſci: pugnatis & bellatis, non habetis, propterea qđ
non poſtulatis, Petitis & non accipitis, eo quod male petatis
ut in uoluptatibus uestris inſumatis. Adulteri & adulteræ ne=
ſcitis, quod amicitia mundi, inimicitia eſt cũ deo? Quicunq;
ergo uoluerit amicus eſſe mundi, inimicus dei cõſtituitur. An
putatis quod inaniter ſcriptura dicat: ✠ Ad inuidiam concupi
Gene. 6. & 8. ſcit ſpiritus qui habitauit in nobis? Maiorem aũt dat gratiam.
Subditi ergo eſtote Deo, reſiſtite autem diabolo, & fugiet à
uobis. Appropinquate deo, & appropinquabit uobis. Emun
date manus ò peccatores, & purificate corda duplices ani=
mo. Affligimini & lugete, & plorate: riſus uester in luctũ cõ
uertatur, & gaudiũ in mœrorẽ. Humiles uos reddite in cõſpe
ctu domini, & eriget uos. Nolite detrahere uobis inuicẽ fra=
tres. Qui detrahit fratri, quiq; iudicat fratrẽ ſuũ, detrahit le=
gi & iudicat legem. Quod ſi iudicas legẽ, nõ es obſeruator le
gis, ſed iudex. Vnus eſt legislator, qui põt ſeruare & perde=
Roma. 14. re. ✠ Tu quis es, qui iudicas alium? Age nũc qui dicitis: Hodie
& cras eamus in hãc ciuitatẽ, & faciamus ibi annũ unũ, &
mercemur, & lucrũ faciamus: qui ignoratis, qđ ſuturũ ſit po
1. Ioan. 2. 4. Iacob. 5. ſtero die. Quæ eſt enĩ uita uestra? Vapor eſt enĩ, qui ad exi=
guũ tempus apparet, & deinde euaneſcit: pro eo qđ dicere
debueritis: ſi dominus uoluerit, & ſi uixerimus, faciamus,
hoc aut illud. Nũc aũt exultatis in ſuperbijs uestris. Oĩs exul=
tatio talis mala eſt. Igitur qui nouerit recte facere, nec facit,
hic peccato tenetur.

CAPVT V.

AGite nũc diuites, plorate, ululantes ſup miſerijs uestris,
quæ aduenĩẽt uobis. Diuitiæ uestræ putrefactæ ſunt ue
ſtimenta uestra tineis obnoxia facta ſunt, aurũ & argentum
ueſtrũ

uestrũ erugine uitiatũ est, & erugo eorũ in testimoniũ uobis erit, & exedit carnes uestras sicut ignis. Thesaurũ cõgessistis in extremis diebus. Ecce merces operariorũ qui messuerunt regiões uestras, quæ fraude nõ reddita est à uobis, clamat, et clamores eorum qui messuerant, in aures domini sabaoth introierũt. In delitijs uixistis sup terrã, & lasciuistis, enutrijstis corda uestra, ut in die occisiõis. Condemnastis, & occidistis iustũ, & non restitit uobis. Patientes igitur estote fratres usq; ad aduentũ domini. Ecce agricola expectat preciosum fructum terræ, patiẽter expectans illum, donec accipiat pluuiã tempestiuam & serotinam. Patientes igitur estote & uos & confirmate corda uestra, quoniã aduentus domini appropinquat. Nolite ingemiscere alius aduersus aliũ fratres, ut ne condemnemini. Ecce iudex ante ianuã assistit. Exemplũ accipite, fratres mei, afflictionis ac patientiæ prophetas, qui locuti sunt in nomine domini. Ecce beatos ducimus eos qui sustinẽt Tolerantiã Iob audistis, & finẽ domini uidistis, quod ualde misericors sit dominus ac cõmiserans. Ante omnia autẽ fratres mei, ✶nolite iurare, neq; per cœlum neq; per terrã, neq; aliud quodcunq; iusiurandũ. Sit autẽ uestrum est, est: non, nõ: ut ne in simulationem incidatis. Affligitur aliquis inter uos? oret: æquo animo est aliquis? Psallat: infirmatur qs inter uos? accersat presbyteros ecclesiæ, & orent super eum, unguentes eum oleo in nomine domini. Et obsecratio fidei saluũ reddet laborantẽ, & eriget eum dominus: & si in peccatis fuerit, remittentur ei. Cõfitemini inuicem, alius alij delicta, & orate pro uobis inuicem, ut sani sitis. Multũ enim ualet deprecatio iusti efficax. ✶Helias homo erat similiter obnoxius affectionibus, ut nos: & precatiõe precatus est ne pluueret: & nõ Matt. 5. 1. Reg. 17.

pluit sup terrã annos tres, & mẽses sex. Et rursum orauit, & cœlum dedit pluuiã, & terra produxit fructũ suũ. Fratres, si quis inter uos errauerit à ueritate, & cõuerterit quis eũ sciat qd' q cõuerti fecerit peccatorẽ ab errore uiæ suæ, saluã faciet animã à morte, & operiet multitudinẽ peccatorũ.

Beati Iacobi epistolæ finis.

IN EPISTOLAM PETRI PRIOREM argumentum per Erasmum Roterodamum.

Petrus quemadmodum & Iacobus, Iudæis scribit, sparsim incolentibus gentũ regiones, epistolam profecto dignã apostolorũ principe, plenam autoritatis ac maiestatis apostolicæ, uerbis parcã, sentẽtijs differtã. Hortatur autẽ ad tolerantiã malorũ, quæ ob Euangelij inuidiã perpetiebantur, spe premiorũ. Ad hæc admonet, ut iuxta prophetiarũ oracula ad tantã dignitatẽ uocati gratis, uitã præstent sua professione dignã. Christianismũ enĩ nõ in titulo aut baptismo tantũ, sed in morũ innocẽtia situ esse: alio qui qd' affligũtur malis nõ cessurũ in gloriã Christi, si ob malefacta pœnas dare uidentur. Ad hæc admonet, ne freti Christianismo, detractẽt parẽre magistratibus, licet ethnicis, ne ꝓuocati nec cõuertãtur ad Christũ, & acrius sæuiãt: itẽ ne serui negẽt officiũ suũ hæris, licet ethnicis: Christianæ bonitatis esse oĩa perpeti. Itẽ ne mulieres Christianæ uiros suos licet ethnicos cõtẽnãt, sꝫ moribus suis ad meliora studeãt ꝓuocare. Maritos admonet, ut uxoribus suis deferãt, ut à coitu nõnunq tẽperẽt, quo magis uacet orare. Deinde exemplo Christi prouocat ad tolerantiã malorum, ne

rum, ne conẽtur iniuriã iniuria pensare, sed mãsuetũdine & benefactis uincere studeant male meritos. Atq; hæc agit tribus primis capitibus, & initio quarti. Post hæc hortatur ad nouitatẽ uitæ, dehortans à uitijs gentiũ, Inuitat ad sobrietatẽ, ad uigilantiã, ad preces assiduas, in primis ad mutuã charitatem, ad hospitalitatẽ, ad officia mutua, rursus ad patientiam pſecutionum, ob Christi nomẽ illatarũ. Mox episcopos instituit, & his subditum populũ. In calce testatur sese & alterã epistolam ad eosdẽ scripsisse p Syluanum, quæ intercidit. Hãc scriptam apparet ex Babylone. nam huius ecclesiæ uerbis iubet eos saluere, si cui de Roma cõmentum nõ pbatur.

ARGVMENTI FINIS.

EPISTOLA
BEATI PETRI APOSTOLI PRIMA.

PETRVS APOSTOLVS IESV Christi, aduenis sparsim incolentibus Põtum, Galatiam, Cappadociam, Asiam, & Bythiniã, dilectis iuxta præfinitionẽ Dei patris, per sanctificationem spiritus in obedientiam, & aspersionem sanguinis IESV Christi. Gratia uobis & pax multiplicetur. Laudãdus est Deus, & pater domini nostri IESV Christi: qui iuxta copiosam suam misericordiã regenuit nos in spem uiuam, per hoc quod resurrexit IESVS Christus ex mortuis, in hæreditatem immortalem & incontaminabilem, atq; immarcessibilem, conseruatam in cœlis erga uos, qui

virtute Dei custodimini per fidem ad salutem, quæ in hoc parata est, ut patefiat in tempore supremo, in quo exultatis, nunc ad breue tempus affluctí in uarijs experimentis, si opus sit, quo exploratio fidei uestræ multo preciosior auro, quod perit, & tamẽ per ignem probatur, reperiatur in laudem & gloriam & honorem, tum cum reuelabitur IESVS Christus: quem cum non uideatis, diligitis, in quem in præsentia, cum non uideritis, credentes tamen exultatis gaudio ineffabili, & glorificato, reportantes finem fidei uestræ, salutẽ animarum: de qua salute exquisierunt, & scrutati sunt prophetæ, qui de uentura in uos gratia uaticinati sunt: scrutantes, ad quem aut cuiusmodi tpis articulũ significaret, qui in illis erat spiritus Christi: qui priusquã acciderent, testabatur uenturas in Christum afflictiones, & quæ essent consecuturæ glorias, quibus & illud reuelatum est, quod haud sibijpsis, imò nobis ministrarent, hæc quæ nunc annunciata sunt uobis p eos, q uobis prædicauerũt Euangelium, p spũm sanctum emissum è cœlo, in quæ desiderant angeli prospicere. Quapropter succincti lumbis mentis uestræ, sobrij, perfecte sperate in eam quæ ad uos defertur gratiam, dum uobis patefit IESVS Christus tanq̃ filij obedientes, ut non accõmodetis uos pristinis cõcupiscentijs, quibus dum adhuc ignoraretis, Christum agebamini: sed quemadmodum is qui uos uocauit, sanctus est, ita ipsi quoq; sancti in omni conuersatione reddamini, propterea q; Leui. 19. scriptum est: ✶ Sancti estote, nam ego sanctus sum. Et si patrem inuocatis citra personarum respectum iudicantẽ iuxta cuiusq; opus, uidete ut in timore conuersantes, incolatus uestri tẽpus transigatis: Cum sciatis uos non caducis rebus, uelut argento & auro fuisse redemptos à uana uestra conuersa-

tione,

tione, quam ex patrum acceperatis traditione: sed precioso sanguine, uelut agni immaculati, & incontaminati Christi: q præordinatus quidem fuerat anteq̃ cõditus esset mundus: sed manifestatus fuit extremis tpibus propter uos qui p illum cre ditis in deum, qui illum excitauit è mortuis, & gloriam ei de dit: ut uos fidẽ ac spem haberetis erga deum: qui aĩas uestras purificastis obediendo ueritati, per spũm cum charitate fra= terna, ab omni simulatione aliena: ex puro corde uos inuicẽ diligite impense, renati non ex semine mortali, sed ex immor tali per sermonem uiuentis dei, & manentis inæternum. Pro pterea quod ✶ omnis caro gramen sit, & omnis gloria homi nis quasi flos graminis. Exarut gramen, & flos decidit: at uerbum domini manet inæternum. Hoc autem est uerbum, quod per Euangelium delatum est ad uos.

Esai. 40

Ecclc. 14.

Iacob. 1.

CAPVT II.

PRoinde deposita omni malicia, & omni dolo, & simu lationibus, & inuidentijs & oĩbus obtrectationibus, ut modo nati infantes, lac illud nõ corpis, sed animi, quod dolũ nescit, appetite, ut p illud subolescatis. Siquidem gustastis, qđ, benignus sit dominus: ad quẽ accedentes, qui lapis est uiuus, ab hoĩbus quidẽ reprobatus, apud deum uero electus, ac pre cioſus: ipſi quoq; ueluti uiui lapides ædificemini, domus spiri talis, sacerdotium sanctum, ad offerendum spirituales hostias acceptabiles deo p IESVM Christum: quapropter & con tinet scriptura: ✶ Ecce pono in Sion lapidem, in summo po nendum angulo, electum precioſum. Et qui crediderit in illo non pudefiet. ✶ Vobis igitur præcioſus est, qui creditis. Cæ= terũ ijs qui nõ credunt lapis quem reprobauerunt ædifican= tes, hic cœpit esse caput anguli: et lapis in quem impingitur,

Esai. 28.

Psal. 117.

Matth. 21.

& petra

& petra ad quam offendant, nempe his qui impingunt in ser
monem, neq; credunt in id, ad quod & instituti fuerant. Vos
autem genus electum, regale sacerdotiũ, gens sancta, populus q
Osee. 2. in lucrũ acceſſit, ut uirtutes prædicetis illius, q è tenebris uos
Roma. 9. uocauit in admirabilẽ suã lucẽ. ✳ Qui quondã eratis nõ po
pulus, nunc populus Dei: qui quondã non cõsecuti misericor
Gal. 5. diam, nunc estis misericordiã consecuti. ✳ Dilecti, obsecro,
tanq̃ aduenas ac pegrinos, abstinete à carnalibus cõcupiscen
tijs, quæ militant aduersus aiam, & conuersationẽ uestrã ha
bete honestã inter gentes: ut in hoc qd' obtrectãt uobis quasi
maleficis, ex bonis operibus æstimantes uos, glorificent deũ
in die uisitationis. ✳ Proide subditi estote cuiuis humanæ crea
turæ ꝓpter dominũ, siue regi tanq̃ præcellenti, siue præsidi
bus: ut qui p eum mittãtur ad uindictã quidẽ nocentiũ, laudẽ
uero rectè agentiũ, quoniã sic est uolũtas dei, ut benefacien
do obturetis os hoĩbus stultis & ignorãtibus, tanq̃ liberi, &
non ueluti prætextum habentes maliciæ libertatem, sed tanq̃
Roma. 12 serui dei. ✳ Omnes honorate, fraternitatem diligite, deum ti
Ephe. 6. mete, regem honorate. ✳ Famuli subditi sint cum timore do
Coloss. 3. minis, non solum bonis ac humanis, uerumetiã prauis. Nam
hæc est gratia, si quis ꝓpter conscientiã dei suffert molestias
præter meritum affectus malis. Quæ enim est laus si cũ pec
cantes alapis cædimini, sufferetis? At si cũ benefacitis, & ta
men malis afficimini, suffertis, Hæc enĩ est gratia apud deũ.
Siquidem in hoc uocati estis, quoniã & Christus afflictus est
pro nobis, relinquens nobis exemplum, ut insequeremini ue
Esaie. 53. stigia ipsius: qui peccatum non fecerat, nec inuentus est do
lus in ore illius: qui cum maledictis incesseretur, non regessit
maledicta, cũ malis afficeretur, non minabatur. Sed tradidit

uindictam et, qui iudicat iuste: q peccata nostra ipse ptulit in corpore suo sup lignum, quo peccatis mortui iusticiæ uiuere mus. Cuius ciusdem uibice sanati fuistis. Nã eratis uelut oues errantes, sed cõuersi estis nunc ad pastorẽ, & curatorẽ ani marum uestrarum.

CAPVT. III.

Similiter uxores subditæ sitis uestris uiris, ut etiã q non sobtemperant sermoni per uxorum conuersationem absq; sermone lucrifiant, dum considerãt cũ reuerentia cõiunctam castam cõuersationem uestram: quarũ ornatus sit, non exter nus, qui situs est in plicatura capillorũ, & additione auri, aut in palliorũ amictu, uerũ occultus, qui est in corde homo, si is carcat omni corruptela: ita ut spiritus placidus sit ac quietus qui spiritus in oculis dei magnifica ac sumptuosa res est. Nã ad eum modũ olim & sanctæ illæ mulieres sperantes in deo. comebant sese & subditæ erant suis uiris. ✶ quemadmodũ Sarra obediut Abrahæ, dominũ illum appellans: cuius factæ estis filiæ, dum bene facitis, et nõ terremini ullo pauore. Viri similiter cohabitent ßm scientiã, uelut infirmiori uasi mulie bri impartientes honorem, tanq etiã cohæredes gratiæ uitæ, ne interrumpantur præces uestræ. ✶ In summa, oẽs sitis una nimes, similiter affecti, fraterna prædi ti charitate miser icor des, affabiles, nõ retaliantes malũ malo, aut conuitiũ cõuitio: sed cõtra, benedicẽtes, scientes uos in hoc uocatos esse, ut be nedictionẽ hæreditate possideatis. ✶ Nam qui uult uitã dili gere, & uidere dies bonos, coẽrceat linguam suã à malo, & labia sua ne loquantur dolũ. Declinet à malo & faciat bonũ: quærat pacẽ, & psequatur eam: quoniã oculi domini sup iu stos, & aures eius ad deprecationem illorum. Rursus aspe ctus domini sup eos qui faciunt mala. Et quis est qui sit affli ctaturus

1. Cor. 11. Coloß. 3. Ephe. 5. 1. Actor. Timoth. 17. Gene. 18. Roma. 12 Psal. 33. Iacob. 3.

Matth.5. cturus uos, si bonitatis æmulatores fueritis? ✶ Imò si q̃d etiã
Iohis.16. acciderit incõmodi propter iusticiam, beati tamen estis. Cæ-
terum terrore illorũ ne terreamini, neq; turbemini, sed domi
num deũ sanctificate in cordibus uestris. Sitis aũt parati sem
per ad respondendũ cuilibet petenti, ut loquamini de ea q̃ in
uobis est spe, cum mansuetudine & reuerentia, conscientiã
habentes bonam: ut in hoc quod uobis detrahunt, tanq̃ scele
rosis, pudefiãt hi qui incessunt uestrã bonã in Christo conuer
sationem. Præstat enĩ, ut bene agentes, si ita uelit dei uolũtas
Hebr.9. malis afficiamini, quam male facientes. ✶ Quandoquidẽ &
Roma.5 Christus semel pro peccatis passus fuit, iustus, pro iniustis, ut
nos adduceret deo, mortificatus quidẽ carne, sed uiuificatus
spiritu: in quo etiã abijt, & spiritibus, qui erãt in carcere præ
Mat.24. dicauit, ✶ qui inobediẽtes fuerant quondam. Cum semel ex
Lucæ.17 pectabatur dei lenitas in diebus Noẽ, cũ apparabatur arca,
in qua paucæ, hoc est, octo animæ seruatæ fuerunt p aquam
cuius figuræ nunc respondens baptismus, nos quoq; saluos
reddit: quo nõ carnis sordes abijciuntur, sed quo fit: ut bona
conscientia bene respondeat apud Deum, p resurrectionem
IESV Christi, qui est ad dexteram Dei, profectus in cœlum
subiectis sibi angelis, & potestatibus, ac uirtutibus.

CAPVT IIII.

CVm igitur Christus passus sit pro nobis carne, uos quoq;
iuxta eandem cogitationem armemini: quod q patieba
tur in carne, destitit à peccato: in hoc, ut tã non concupiscen
tijs hoĩm, sed uolũtati dei, quod sup est in carne tẽpus uiuat.
Sat enim est nobis, quod anteacto uitæ tpe uoluntatem gen-
tiũ patrauerimus, cum uersaremur in lasciuijs, concupiscen
tijs, uinolentijs, comessationibus, compotationibus, & nefa-
rijs simu-

rijs ſimulacrorum cultibus. Atq; id abſurdum illis uidetur, q̄ non accurratis unà cum ipſis in eandem luxus reſuſionem, q̄ de uobis male loquuntur. Qui reddituri ſunt rationem ei, qui paratus eſt ad iudicandum uiuos & mortuos. Nam in hoc mortuis quoq; prædicandum eſt Euangelium, ut iudicarētur quidem ſm homines carne: uiuant autē iuxta deum ſpiritu. Porrò rerum oīum finis imminet. Sitis igitur ſobrij, & uigilantes ad orādum. ✶ Ante omnia uero charitatem inter uos uehementem habētes. Nam charitas operiet multitudinem peccatorū. Hoſpitales eſtote erga uos inuicem, ſine murmurationibus: ut quiſq; accepit donum, ita alius in aliū illud miniſtrantes, ut boni diſpenſatores uariæ gratiæ dei. Si quis loquitur, loquatur ut eloquia dei: ſi qs miniſtrat, miniſtret tanq̄ ex uirtute, quā ſuppeditat deus, ut in oībus glorificetur Deus per IESVM Chriſtum, cui eſt gloria & imperium in ſecula ſeculorum. Amē. Chariſsimi, ne miremini, dum per ignem exploramini: quæ res ad experimentum ueſtri fit, perinde quaſi nouum aliquid uobis obtingat: imò in hoc, quod cōſortes eſtis afflictionum Chriſti, gaudete: ut in reuelatiōe quoq; gloriæ eiuſdem gaudeatis exultantes. Si probris afficimini in nomine Chriſti, beati eſtis: quoniam gloria & ſpiritus dei ſuper nos requieſcit. Iuxta ipſos quidem maledictis afficitur, iuxta uos autem glorificatur. Ne quis enim ueſtrum affligatur, ut homicida, aut fur, aut facinoroſus, aut curioſus alienarum rerum. Porrò ſi ut Chriſtianus affligitur aliquis, ne pudeſiat, imò glorificet Deum in parte hac. Quandoquidem & tempus eſt, ut incipiat iudicium à domo Dei: quod ſi primum incipit à nobis, quis erit finis eorum, qui non credunt dei euangelio? Et ſi iuſtus uix ſaluus efficitur, impius & peccator ubi

Roma. 12.

Corripit et probat Deus ſuos quia in futuro.

compa-

comparebit? Proinde q̃ affligũtur iuxta uoluntatẽ dei, tanq̃ apud fidelem conditorẽ deponant aĩas suas benefaciendo.

CAPVT V.

PResbyteros qui inter uos sunt obsecro, qui sum & ipse presbyter, ac testis afflictionũ Christi, atq; idem cõsors gloriæ, quæ reuelabitur, pascite quantum in uobis est gregẽ Christi, curam illius agentes non coacte, sed uolentes: nõ turpiter affectantes lucrum, sed propenso animo: neq; ceu dominium exercentes aduersus cleros, sed sic ut sitis exemplaria gregis. Et cum apparuerit ille pastorum princeps, reportabitis immarcessibilem gloriæ coronã. Similiter iuniores subditi estote senioribus, sic ut omnes alius alij uicissim subijciamini. Humilitatem animi uobis infixam habete: propterea
Iaco. 4. * quod deus superbis resistit, humilibus aũt dat gratiã. Humiliemini igitur sub potenti manu dei, ut uos extollat cum erit
Lucæ. 12. opportunum: * omni cura uestra coniecta in illum. Nam illi cura est de uobis. Sobrij estote, uigilate: quoniã aduersarius uester diabolus tanq̃ leo rugiens obambulat, quærens quẽ deuoret. Cui resistite solidi fide, scientes easdem afflictiones, uestræ quæ in mundo est fraternitati, consummari. Sed Deus omnis gratiæ, qui uocauit nos ad æternam suam gloriam per CHRISTVM IESVM, parumper afflictos, idem instauret uos, fulciat, roboret, stabiliat. Ipsi gloria, imperium in secula seculorum. Amen. Per Syluanum nobis fidelem fratrem, ut arbitror, paucis scripsi, adhortans ac testificans hanc esse ueram gratiam dei, in qua statis. Salutat uos ea, quæ est in Babylone, uestræ consors electionis ecclesia, & Marcus filius meus. Salutate uos mutuo charitatis osculo. Pax uobis omnibus qui estis in Christo IESV. Amen.

In epi-

h Hanc, ut apparet, scripsit admodũ senex, & iam morti uicinus: quandoquidem de obitu suo meminit. Scribit autẽ promiscue Christianis omnibus, adhortans ad uitæ puritatem, & ueterum exemplis ac terrore iudicij extremi deterrens à turpibus: uehementer insectans eos, qui simplicium animos peruersa doctrina corrũperent, negantes aduenturum Christum.

ARGVMENTI FINIS.

PETRI APOSTOLI EPISTOLA SECVNDA.

SYMEON PETRVS, SERVVS & Apostolus IESV Christi, his qui eque preciosam nobiscum sortiti sunt fidẽ, per iusticiam dei nostri, & seruatoris IESV Christi. Gratia uobis et pax multiplicetur per agnitionẽ dei, & IESV domini nostri: sic ut eius diuina uirtus omnia nobis largita est, quæ ad uitam ac pietatem pertinet, per agnitionem eius qui uocauit nos per gloriam & uirtutẽ, per quæ preciosa nobis ac maxima promissa donata sunt, ut per hæc efficeremini diuinæ consortes naN turæ

turæ,si refugeritis à corruptione quæ est in mundo per concupiscentiam.Sed & in hoc ipsum omni adhibito studio,submi nistrate in fide uestra uirtutem,in uirtute uero scientiam, in scientia uero temperantiam,in temperantia uero patiẽtiam rursus in patientia pietatem,in pietate autem fraternam charitatem,in fraterna uero charitate dilectionem.Hæc enim cũ uobis adsint,& exuberent,haud ociosos,nec in irritum laborantes efficiunt,ad domini nostri IESV Christi cognitionem. Nam cui non adsunt hæc,is cæcus est,& manu uiam tentans oblitus sese à ueteribus peccatis suis fuisse purgatum. Quapropter fratres potius operam date,ut uocationẽ & electionẽ uestrã firmã efficiatis.Hæc enĩ si feceritis,nõ labemini unquam.Siquidem ad hunc modũ,abunde subministrabitur uobis introitus in æternũ regnum domini nostri,& seruatoris IESV Christi.Quapropter haud negligam uos semper cõmonere de his,tametsi sciatis,& confirmati sitis in præsenti ueritate.Attamẽ iustum arbitror,quamdiu sum in hoc tabernaculo,excitare uos per cõmonitionem,cũ sciam breui futurum,ut deponã hoc tabernaculũ meum,quemadmodum & dominus noster IESVS Christus significauit mihi. Quin & dabo semper operam,ut uos post exitum meum,horum mentionem facere possitis.Nõ enĩ arte compositas fabulas secuti,notam uobis fecimus domini nostri IESV Christi uirtutẽ & aduentum:sed qui oculis nostris aspeximus illius maiestatem.Acceperat enim à Deo patre honorem & gloriam,uoce ad illum delata huiusmodi à magnifica gloria.✶Hic est ille filius meus dilectus.in quo mihi complacuĩ est.Et hanc uocẽ nos audiuimus è cœlo delatã,cũ essemus unà cũ illo in mõte sancto.Et habemus firmiorẽ sermonẽ propheticũ: cui dũ

Matt.17. Mar.9. Lucæ.9.

atten

attenditis,ceu lucernæ apparenti in obscuro loco,recte facitis,donec dies illucescat,& Lucifer exoriatur in cordibus uestris.Si illud prius noueritis,quod omnis prophetica scriptura nõ sit priuatæ interpretatiõis.Nõ enĩ uolũtate hominis allata est olim prophetia:sed à spiritu sancto impulsi,locuti sunt sancti dei homines.

CAPVT II.

FVerunt autẽ & pseudoprophetæ in populo,quẽadmodũ & inter uos erunt falsi doctores,qui clàm inducẽt sectas pernicioſas,etiã dominũ qui illos mercatus est,abnegãtes:ac cersentes sibijpsis celerem interitum:& pleriq; sequentur illorũ exitia,per quos uia ueritatis maledictis afficietur,& p auariciam factitijs sermonibus de uobis negociabuntur:quibus iudicium iam olim non tardat,& perditio illorũ nõ dormitat.✶Nam si deus angelis,qui peccauerant,nõ pepercit, Iob.4.
sed catenis noctis ĩ tartarũ præcipitatos,tradidit seruatos in Gene.7.
iudicium:& prisco mundo nõ pepercit,sed octauum iustitiæ præconem Noë seruauit,diluuio in mundum impiorum inducto:& ciuitates Sodomorum ac Gomorrhæ in cinerem redactas,subuersiõe cõdẽnauit,eos q; fecit exemplũ his,qui impie forent acturi:✶& iustũ Lot,qui opprimebatur à nefarijs per Genẽ.19.
libidinoſam conuersationem,eripuit.Is enim oculis & auribus iustus cum habitaret inter illos,quotidie animã iustã iniquis illorũ factis exeruciabat.Nouit dominus pios è tentatione eripere,iniustos autem in diem iudicij puniendos seruare: maxime uero illos,qui carnẽ sequentes in cõcupiscentia polutiõis ambulãt,ac dominationẽ cõtemnũt,audaces,præfracti,qui gloria præcellentes,non uerentur conuicijs incessere Cum ipsi angeli,qui sunt robore ac uirtute maiores,nõ ferũt aduersus seſe apud dominũ,maledicum iudiciũ. At isti ueluti

brũta animãtia, natura genita in capturam & in perniciẽ, in his quæ nõ intelligunt maledicẽtes, in perditiõe ſua peribunt reportantes mercedẽ inuſticiæ, pro uoluptate dicẽtes, ſi in diem delitijs fruantur, labes ac maculæ: qui conuiuantes in erroribus ſuis, inſultãt uobis, oculos habẽtes plenos adulteræ & qui à peccãdo ceſſare neſciãt, ineſcãtes animas inſtabiles cor habẽtes exercitatũ rapinis, execrabiles filij, qui relicta re
Nume. 22 cta uia, aberrauerũt, ✶ ſecuti uiã Balaam, filij Boſor, q̃ mercedem iniquitatis dilexit, ſed redargutus fuit de ſua iniqtate. Animal ſubiugale mutũ, humana uoce loquens, prohibuit p̃phetæ dementiã. ✶ Iſti ſunt fontes aqua carẽtes, nebulæ quæ à
Iudæ. 1. procella ferũtur, quibus caligo tenebrarũ in æternũ ſeruata eſt. Siquidẽ ubi uehemẽter faſtuoſa uanitatis uerba ſonuerit, ineſcãt homines per cõcupiſcẽtias carnis uoluptatibus, eos qui uere auſugerãt, eos qui in errore cõuerſantur, dũ illis libertatẽ pollicẽtur, cum ipſi ſerui ſint corruptiõis. Siquidem à quo quis ſuperatus eſt, huic etiã in ſeruitutẽ eſt addictus. Nam ſi poſtea quã refugerũt ab inquinamẽtis mundi, per agnitionẽ domini & ſeruatoris IESV Chriſti: tamẽ his rurſum inuoluti ſuperãtur: facta ſunt illis poſtrema peiora primis. Satius enĩ fuiſſet illis, nõ cognouiſſe uiã iuſtitiæ, quàm ubi cognouerunt, cõuerti ab eo, quod illis traditũ fuit, ſancto præcepto. Ve
Proue. 26. rũ accidit illis id q̃d uero prouerbio dici ſolet ✶ Canis reuerſus ad ſuum ipſius uomitũ: & ſus lota, reuerſa ad uolutabrũ cœni.

CAPVT. III.

HAſce iam alteras uobis clariſſimi, ſcribo literas, in quibus extimulo ueſtrã, per cõmonitionẽ, ſyncerã mentẽ: ut memores ſitis uerborũ, quæ prædicta ſunt à ſanctis prophetis, & mandati noſtri, qui ſumus apoſtoli domini & ſeruatoris: illud

ris:illud primũ sciẽtes,✶ uenturos in extremis diebus illusores,qui iuxta proprias cõcupiscentias ambulent, & dicant: Vbi est pollicitatio aduẽtus eius?Siquidem ex quo die patres dormierũt,sic oĩa permanẽt ab initio cõditiõis. Nã illud uolẽtes nesciũt,qd' cœli iam olim fuerint ac terra ex aqua & per aquã cõsistẽtes Dei sermõe,p q̃ is qui tum erat mundus aquæ inundatus periit. At qui nunc sunt cœli ac terra, eiusdem sermone repositi sunt,& seruantur igni in diem iudicij & perditionis impiorũ hoĩum. Vnum autem hoc ne lateat uos dilecti,✶ quod unus dies apud dominũ perinde est ut mille anni, & mille anni ut dies unus. Haud tardat dominus qui promisit quemadmodũ nõnulli tarditatẽ existimãt. Verũ patiens est erga nos,dũ nõ uult illos perire,sed oẽs ad pœnitẽtiã recipere ✶Veniet autem dies domini sicut fur in nocte,quo cœli ꝓcellæ in morem transibũt:elementa uero æstuantia soluentur,terraq; & quæ in ea sunt opera,exurentur. Cum igitur hæc oĩa soluantur,quales oportet esse uos ĩ sanctis cõuersatiõibus ac pietatibus:expectãtes & accelerãtes aduẽtũ diei Dei:p quẽ cœli incẽsi soluẽtur,& elemẽta æstuantia liquescẽt.✶Sed cœlos nouos ac terrã nouã iuxta ꝓmissum illius expectamus,in quibus iusticia ĩhabitat. Quapropter dilecti,hæc expectãtes, date operã,ut imaculati & incõtaminati ab illo reperiamini in pace:dominiq; nostri patiẽtiã,salutẽ arbitremini, quemadmodũ & dilectus frater noster Paulus,iuxta sibi datã sapiẽtiã scripsit uobis:etiã in oĩbus ferè epistolis loquẽs de his,inter quæ sunt nõnulla difficilia intellectu,q̃ indocti parũq; firmi detorquẽt,sicut et cæteras scripturas ad suã ipsorũ pniciẽ Vos igitur dilecti,posteaq̃ præmoniti estis,caute ne simul cũ alijs nefariorũ errore abducti,excidatis à propria stabilitate

1.Timo.4
2.Timo.3
Ezech.12.
1.Thess,5.
Apoca.21
Apoca.21.

ſed creſcite in gratia & cognitione domini noſtri & ſeruatoris IESV Chriſti. Ipſi gloria, & nũc, & in diẽ æternitatis. AMEN.

IN EPISTOLAM IOHANNIS PRIMAM, argumentum per Eraſmum Roterodamum.

Hanc epiſtolam eſſe Iohannis apoſtoli. qui ſcripſit Euangelium, uel ipſe ſermonis character arguit. Multus eſt in mentiõe lucis ac tenebrarum uitæ ac mortis, odij & charitatis, in iterandis uerbis, uelut exceptis ex ſermone proximo. Quod genus eſt illud, ut exemplo quod dicimus, fiat dilucidius. Nolite diligere mundum, neq; ea quæ in mũdo ſunt. Si quis diligit mundum, non eſt charitas patris in eo: quoniã omne quod in mundo eſt &c. Ac mox: Non eſt ex patre, ſed ex mundo eſt. Et mundus transit. Quoties hic iteratur mundus? Poſtremo eſt in toto huius ſermone quiddam, minus aſtrictum ac fuſius, quàm in ſermone reliquorum apoſtolorũ. Eſt autem dilucidior epiſtola, quàm ut egeat argumento quemadmodum & duæ ſequentes, quæ Iohanni cuidam preſbytero non apoſtolo tribuuntur.

ARGVMENTI FINIS.

Iohan

IOHANNIS APOSTOLI EPISTOLA PRIMA.

QVOD ERAT AB INITIO, qđ audiuimus qđ uidimus oculis nostris qđ pſpeximus, et manus nostræ cõtre ctauerũt de ſermõe uitæ, & uita manifeſtata eſt: & uidimus, etiã teſtamur: & annunciamus uobis uitã æternã, q̃ erat apud patrẽ, & manifeſtata eſt nobis. Quod uidimus & auduimus, annunciamus uobis, ut & uos ſocietatẽ habeatis nobiſcum, & ſocietas noſtra ſit cum patre & filio eius IESV Chriſto. Et hæc ſcribimus uobis, ut gaudiũ ueſtrum ſit plenum. Et hæc eſt annunciatio, quam audiuimus ex ipſo, & annunciamus uobis, quod Deus lux eſt, et tenebræ in eo nõ ſunt ullæ. Si dixerimus, quod ſocietatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur & ueritatẽ nõ facimus. Quod ſi in luce ambulamus, ſicut ipſe eſt in luce, ſocietatẽ habemus inter nos mutuam, & ſanguis IESV Chriſti filij eius emundat nos ab omni peccato. Si dixerimus, peccatũ nõ habemus, nosipſos fallimus, & ueritas in nobis nõ eſt. Si cõfiteamur peccata noſtra, fidelis eſt & iuſtus, ut remittat nobis peccata noſtra, & emũdet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus, nõ peccauimus, mendacẽ facimus eum, & ſermo eius nõ eſt in nobis. Hebræ. 9.

CAPVT II.

FIlioli mei, hæc ſcribo uobis, ne peccetis: et ſi qs peccauerit, aduocatũ habemus apud patrem, IESVM Chriſtũ iuſtum. Et ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro

nostris autē tantū, sed etiā pro totius mundi. Et per hoc scimus, qđ cognouimus eū, si iussa illius obseruamus. Qui dicit nouī eū, & præcepta eius nō seruat, mendax est, & in eo ueritas nō est, Qui aūt seruat sermonē eius, uere in hoc charitas Dei pfecta est. Per hoc scimus, qđ in ipso sumus. Qui dicit se in eo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Charissimi, nō præceptū nouū scribo uobis, sed præceptū uetus, qđ habuistis ab initio. Præceptū uetus est sermo, quē audistis ab initio. ✶ Rursum præceptū nouū scribo uobis qđ uerū est in ipso, idē uerū est & in uobis, qa tenebræ præterеunt, & uerū lumē iā lucet. Qui dicit se in luce esse, et fratrem suū odit, in tenebris est usq; adhuc. Qui diligit fratrem suum in lumine manet, & offendiculum in eo non est. Qui autem odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quò eat, quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius. Scribo uobis filioli, quod remittuntur uobis peccata propter nomen eius. Scribo uobis patres, quoniam cognouistis eum, qui ab initio est, Scribo uobis adulescentes, quoniam uicistis illum malum. Scribo uobis filioli, quoniam cognouistis patrem. Scripsi uobis patres, quoniam cognouistis eū, qui ab initio est. Scripsi uobis adulescētes, quoniā fortes estis & uerbū dei manet in uobis, & uicistis illū malū. Ne diligatis mundū, neq; ea quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundū, non est charitas patris in eo. Quoniā omne quod est in mūdo ueluti cōcupiscentia carnis, & cōcupiscentia oculorū, & fastus uitæ nō est ex patre, sed ex mūdo est. Et mundus trāsit & concupiscentia eius. Qui aūt facit uoluntatem dei, manet in æternū. Filioli, nouissimū tēpus est: & sicut audistis, qđ Antichristus uenturus sit, etiam nunc Antichristi multi cœperūt

Iohan. 13.

esse

esse. Vnde scimus nouissimum tempus esse. E nobis profecti sunt, sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, pmansissent utiq; nobiscum. Sed ut manifesti fierẽt, q̃ nõ sint oẽs ex nobis. Sed uos unctionem habetis à sancto illo, & nostis oĩa, non scripsi uobis, quasi ignorantibus ueritatem, sed tanq̃ scientibus eam. Et quoniã omne mẽdacium ex ueritate nõ est. Quis est mendax, nisi is, qui negat IESVM esse Christum? Hic est Antichristus, qui negat patrẽ & filium. Quisquis negat filium, is ne patrem quidem habet. Vos igitur quod audistis ab initio, ĩ uobis pmaneat. Si in uobis pmanserit q̃d audistis ab initio, & uos in filio & patre manebitis. Et hæc est repromissio, quã ipse pollicitus est nobis, uitam æternam. Hæc scripsi uobis de his qui seducunt uos: & unctio quã uos accepistis ab eo, manet in uobis. Et nõ necesse habetis, ut quisquã doceat uos, sed sicut ipsa unctio docet uos de oĩbus, & uerax est, & nõ est mendaciũ, Et sicut docuit uos, manete ĩ ea. Et nunc filioli manete in eo, ut cũ apparuerit, habeamus fiduciam, & nõ pudefiamus ab eo in aduentu eius. Si scitis q̃ iustus est, scitote q̃ omnis qui facit iusticiã, ex ipso natus est.

CAPVT III.

VIdete qualem charitatem dedit nobis pater, ut filij dei nominemur. Propter hoc mundus non nouit uos, quia non nouit eum. Charissimi, nunc filij dei sumus, & nondũ apparuit quod futuri sumus. Scimus aũt, quoniã si apparuerit, similes ei erimus: quoniã uidebimus eum sicuti est. Et oĩs q̃ habet hanc spem in eo, purificat se, sicut & ille purus est. Oĩs q̃ cõmittit peccatum, idem & iniquitatem cõmittit: & peccatum est iniquitas. Et scitis quod ille apparuit, ut peccata nostra tolleret & peccatum in eo non est. Omnis qui in eo manet, non

Esai. 53. 1. Pet. 2.

net:non peccat:omnis qui peccat,non uidit eum,nec cognouit eum.Filioli,nemo uos seducat.Qui exercet iusticiam,iustus est,sicut & ille iustus est. Qui cõmittit peccatũ ex diabolo est : quoniã ab initio diabolus peccat. Ad hoc apparuit filius dei, ut dissoluat opera diaboli . Omnis qui natus est ex deo,peccatum non cõmittit:quoniã semen ipsius in eo manet & non potest peccare quod ex deo natus est. In hoc manifesti sunt filij dei,& filij diaboli.Oĩs qui nõ facit iusticiã,nõ est ex deo,& qui non diligit fratrẽ suũ.Quoniã hæc est annun-
Gene.4. ciatio quam audistis ab initio,ut diligatis uos inuicem. ✠ Nõ sicut Cain ex illo malo erat, & occidit fratrẽ suũ. Et ꝓpter quid occidit eum? quia opera eius mala erant,fratris autem
Iohan.15. eius iusta . ✠ Ne miremini fratres mei , si odit uos mundus. Nos scimus,q̃ translati sumus de morte ad uitã , quia diligimus fratres.Qui non diligit fratrem , manet in morte. Oĩs q̃ odit fratrem suũ,homicida est,& scitis, q̃ oĩs homicida non habet uitã æternã in se manentẽ. Per hoc cognouimus charitatem,quoniam ille aĩam suam pro nobis posuit,& nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui uero habuerit substantiam mundi,& uiderit fratrem suum egentem,& clauserit uiscera sua ab eo,quomodo charitas dei manet in eo? Filioli mei ne diligamus uerbo,neq; lingua , sed opere & ueritate.Per hoc cognoscimus q̃ ex ueritate sumus,& in conspectu eius suadebimus cordibus nostris. Quoniã si condemnet nos cor nostrum,maior est Deus corde nostro , & nouit omnia.Charissimi,si cor nostrum non condemnet nos, fiduciam habemus erga Deum : & quicquid petierimus accipimus ab eo : quoniam præcepta eius custodimus, & ea quæ
Iohan.15 sunt placita coràm eo facimus. ✠ Et hoc est præceptum eius

ut creda

ut credamus nomini filij eius IESV Christi, & diligamus nos mutuo, sicut dedit præceptum. Et qui seruat præcepta eius, in illo manet, & ipse in eo. Et per hoc scimus, quod manet in nobis è spiritu quem nobis dedit.

CAPVT IIII.

CHarissimi, nec cuiuis spiritui credatis, sed probate spiritus an ex deo sint: quoniã multi pseudoprophetæ exierunt in mundum. Per hoc cognoscite spiritum dei. Oĩs spũs qui confitetur IESVM Christum in carne uenisse, ex Deo est. Et oĩs spũs, qui non confitetur IESVM Christum in carne uenisse, ex deo non est. Et hic est ille spiritus Antichristi, de quo audistis q, uenturus sit, & nunc iam in mũdo est. Vos ex deo estis filioli, & uicistis eos, quoniam maior est, qui in uobis est, quàm qui in mundo. Ipsi è mundo sunt, ideo è mundo loquuntur, & mundus eos audit. Nos ex deo sumus. Qui nouit deum, audit nos, qui nõ est ex Deo, non audit nos. Per hoc cognoscimus spũm ueritatis, & spiritũ erroris. Charissimi, diligamus nos inuicem, quia charitas ex deo est. Et oĩs q diligit, ex deo natus est, & cognoscit deum. Qui non diligit non nouit deum: quoniã Deus charitas est. In hoc apparuit charitas dei in nobis, quod filium suum unigenitum misit Deus in mundum, ut uiuamus p eum. In hoc est charitas, non q, nos dilexerimus Deum, sed quod ipse dilexerit nos, & misit filium suum propitiationem pro peccatis nostris. Charissimi si sic Deus dilexit nos, & nos debemus nos mutuo diligere. Deum nemo uidit unquam. Si diligamus nos inuicem, Deus in nobis manet, & charitas eius est perfecta in nobis. Ex hoc cognoscimus, quod in eo manemus, & ipse in nobis, quoniam de spiritu suo dedit nobis. Et nos uidimus & 1. Timo. 6

mus & testamur, quod pater misit filium seruatorem mundi, quisquis confessus fuerit, quod IESVS est filius Dei, Deus in eo manet & ipse in Deo. Et nos cognouimus & credimus charitatem, quam habet Deus in nobis. Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. In hoc perfecta est charitas nobiscum, ut fiduciam habeamus in die iudicij, quod sicut ille est, & nos sumus in mundo hoc. Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras eijcit timorem, quoniam timor cruciatum habet. Qui autem timet, non est perfectus in charitate. Nos diligimus eum, quoniam ipse prior dilexit nos. Si quis dixerit: diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem uidit, Deum quem non uidit, quomodo potest diligere? Et hoc præceptum habemus ab eo, ut qui diligit Deum, diligat & fratrem suum.

CAPVT V.

OMnis qui credit IESVM esse Christum, ex Deo natus est. Et omnis qui diligit eum, qui genuit, diligit & eum qui natus est ex eo. In hoc cognoscimus quod diligamus filios Dei, cum deum diligimus, & præcepta eius seruamus. Hæc est enim charitas Dei, ut præcepta eius seruemus, & præcepta eius grauia non sunt. * Quoniam omne quod natum est ex Deo, uincit mundum: & hæc est uictoria quæ uicit mundum, fides nostra. Quis est qui uincit mundum, nisi qui credit quod IESVS est filius Dei? Hic est qui uenit per aquam & sanguinem IESVS Christus, non per aquam solum, sed per aquam & sanguinem. Et spiritus est qui testificatur, quoniam spiritus est ueritas. Quoniam tres sunt qui testimonium dant in cœlo, pater, sermo, & spiritus sanctus: & hi tres

2. Cor. 15.

hi tres unum sunt: & tres sunt qui testimonium dant in terra, spiritus, & aqua, & sanguis: & hi tres unum sunt. Si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei maius est: quoniam hoc est testimoniũ Dei, quo testificatus est de filio suo.
* Qui credit in filium Dei, habet testimonium in seipso. Iohan. 3.
Qui non credit Deo, mendacem fecit eum: quia non credidit in testimonium, quod testificatus est Deus de filio suo. Et hoc est testimonium quod uitam æternam dedit nobis Deus, & hæc uita in filio eius est. Qui habet filium, habet uitam: qui non habet filium Dei, uitam non habet. Hæc scripsi uobis, qui creditis in nomine filij Dei. ut sciatis, quod uitam habetis æternam, & ut credatis in nomine filij Dei. Et hæc est fiducia quam habemus apud eum, quod si quid petierimus secundum uoluntatem eius, audit nos. Et si scimus quod audit nos, quicquid petierimus, scimus quod habemus petitiones quas postulauimus ab eo. Si quis uiderit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petet & dabit ei uitam, peccantibus non ad mortem. Est peccatum ad mortem, non pro illo dico ut roges. Omnis iniquitas peccatum est. Et est peccatum non ad mortem. Scimus, quod omnis qui natus est ex deo, non peccat, sed qui genitus est ex deo, seruat seipsum & malus ille non tangit eum. Scimus quod ex Deo sumus, & mundus totus in malo constitutus est. Scimus autem quod filius Dei uenit, & dedit nobis mentem, ut cognoscamus illum qui uerus est: & sumus in uero, in filio eius IESV Christo. Hic est uerus Deus, & uita æterna. Filioli, cauete uobis à simulacris. AMEN.

Beati

BEATI IO-
HANNIS PRESBYTERI EPI-STOLA SECVNDA.

SENIOR ELECTAE DOMI næ, & filijs eius, quos ego diligo in ue ritate: & nõ ego solus, sed & oẽs q cognouerunt ueritatẽ, propter ueritatẽ, quæ pmanet ĩ nobis, et nobiscũ erit in æternũ. Erit nobiscũ gratia, misericordia, pax à deo patre, & à domino IESV Christo filio patris in ueritate & charitate. Gauisus sum ualde, q̃ inueni de filijs tuis ambulãtes in ueritate, sicut præceptũ accepimus à patre. Et nũc rogo te domina, nõ tanq̃ mandatũ nouũ scribo tibi, sed qd̃ habuimus ab initio, ut diligamus nos mutuo. Et hæc est charitas, ut ambulemus ſm præceptũ eius. Hoc est præceptũ, quẽadmodũ audistis ab initio, ut in eo ambuletis: quoniã multi seductores ingressi sunt in mundũ, q̃ nõ cõfitentur IESVM Christũ uenturum in carne, hic est seductor & antichristus. Intuemini uos ipsos, ne pdamus q̃ opati sumus, sed ut mercedẽ plenã recipiamus. Oĩs q trãsgreditur, & nõ manet in doctrina Christi, deũ nõ habet. Qui manet in doctrina Christi, hic et patrẽ & filiũ habet. Si qs uenit ad uos & hãc doctrinã nõ affert, ne recipiatis eũ in domũ, ne aue ei dixeritis. Qui.n. dicit illi aue, cõmunicat opibus eius malis. Cũ multa haberẽ uobis scribẽ da, nolui p chartã & atramentum. Sed spero me uenturũ ad uos, & præsentẽ præsentibus locuturũ, ut gaudiũ nostrũ sit completum. Salutãt te filij sororis tuæ electæ. Amen.

Beati

BEATI IOHANNIS THEOLOGI CATHOLICA EPISTOLA TERTIA.

SENIOR GAIO DILECTO, quẽ ego diligo ĩ ueritate. Dilecte, de oĩbus opto ut proſpere agãt, & recte ualeãt, ſicut proſpere agit aĩa tua. Gauiſus ſum. n. ualde ueniẽtibus fratribus, & teſtimoniũ reddẽtibus, ueritati tuæ, ſicut tu in ueritate ambulas. Maius his nõ habeo gaudium q̃ ut audiã filios meos in ueritate ambulare. Chariſsime, fideliter facis quicqd operaris in fratres, & in hoſpites, q teſtimoniũ reddiderũt charitati tuæ in cõſpectu eccleſiæ: quos benefacies, ſi deduxeris digne deo. Pro noĩe enĩ eius ꝓfecti ſunt, nihil accipiẽtes à gẽtibus. Nos ergo debemus recipe hmõi, ut cooperatores ſimus ueritati. Scripſi eccleſiæ, ſed is q amat primatum gerere in eis Diotrephes nõ recipit nos. Propter hoc ſi uenero, indicabo facta illius q̃ facit, uerbis malicioſis garriens in nos, & nec in his cõtentus nõ ſolũ nõ recipit fratres, uerũetiã uolẽtes recipe ꝓhibet, & è cõgregatiõe eijcit. Dilecte, nec imiteris qd' malũ eſt, ſed qd' bonũ eſt. Qui bene facit, ex deo eſt: q aũt male facit, nõ uidet deũ. Demetrio teſtimonium redditũ eſt ab oĩbus, & ab ipſa ueritate, ſed & nos teſtimoniũ ꝓhibemus, & noſtis q teſtimoniũ noſtrũ uerũ eſt Multa habebã q̃ ſcriberẽ, ſed nolo ꝑ atramentũ & calamũ ſcribere tibi. Spero aũt ꝓtinus me uiſurũ te, & præſentes coràm loquemur. Pax tibi. Salutãt te amici. Saluta amicos nominatim.

FINIS.

In epiſto

ARGVMENTVM IN EPISTOLAM IVDAE ARGVMENTVM PER ERASMVM ROTERODAMVM.

Vltis uerbis destomachatur in eos, qui cupiditatibus suis excæcati, aduersabantur Euãgelio. Quod tamen nouum uideri non debeat, cum iam olim in hoc destinati sint, & ab Apostolis prædictum sit, id genus homines irrepturos in gregem Christianorum. Aduersus hos sic armat eos, ut studeant & illos uel increpatione coërcere, uel admonendo seruare. Quod si nõ queant, certe ipsi sese parent in aduentum Christi.

ARGVMENTI FINIS.

BEATI IVDAE APOSTOLI EPISTOLA CATHOLICA.

IVDAS IESV CHRISTI *seruus, frater Iacobi, his qui in Deo patre sanctificati sunt, quiq; IESV Christo seruati sunt uocatis. Misericordia uobis, & pax, & charitas multiplicetur. Dilecti tantum mihi studium fuit scribendi ad uos, de communi salute, ut non potuerim non scribere uobis, obsecrans, ut uestris laboribus adiumento*

adiumento ſitis fidei, quæ ſemel data eſt ſanctis. Obiter enim ſubierunt quidam homines impij, qui prius deſcripti fuerant in hoc iudicium qui dei noſtri gratiam transferunt ad laſciuiã, ac deũ, qui ſolus eſt herus, ac dominũ noſtrum IESVM Chriſtũ: negãt. Volo aũt uos cõmonefacere, cũ ſciatis ſemel illud qd' dominus, poſteaquã populũ ex Aegypto ſaluũ eduxerat, rurſus eos qui nõ credebãt, perdidit: quodq; angelos, qui nõ ſeruauerant ſuam originẽ, ſed reliquerãt ſuũ domicilium, ad iudicium magni illius diei, unculis æternis ſub caligine ſeruauit. ✶ Sicut Sodoma & Gomorrha, & his finitimæ ciuitates, quæ ad conſimilem modũ cum illis ſtupris inquinatæ fuerant, ac ſequutæ fuerant carnem alienã, propoſitæ ſunt exẽplo, ignis æterni pœnam ſuſtinentes. Similiter ſanè & hi deluſi in ſomnijs, carnẽ quidẽ polluunt, dominos uero ſpernũt, in poteſtate præditos, maledicta congerunt. At Michaël archangelus cum aduerſus diabolũ certans diſceptaret de corpore Moyſi, non auſus eſt illi impingere notã maledicti, ſed dixit: increpet te dominus. At iſti quæ non nouerunt, ea maledictis inſectantur, quæ uero natura ceu animantia rationis expertia ſciunt, in his corrumpuntur. Væ illis, quoniã uiã Cain ingreſſi ſunt: & deceptiõe mercedis, qua deceptus fuit Balaã effuſi ſunt, ✶ & cõtradictiõe Core perierũt. Hi ſunt inter charitates ueſtras maculæ, inter ſe conuiuantes, abſq; illius timore, ſuopte ductu arbitrioq; uiuentes: nubes aquam non habẽtes, quæ à uentis circũaguntur: arbores autumno marceſcentes: infrugiferæ, bis emortuæ et eradicatæ: unde efferæ maris deſpumãtes ſua ipſorũ dedecora: ſtellæ erraticæ, quibus caligo tenebrarum in æternum ſeruata eſt. Prius autem his uaticinatus eſt ſeptimus ab Adam Enoch, dicẽs: Ecce uenit dominus

Gene. 19.

Nume. 15.

nus in sanctis milibus suis, ut faciat iudiciũ aduersus omneis, & redarguat omnes ex eis qui sunt impij, de factis omnibus, quæ impie patrarũt, deq; omnibus duris quæ locuti sunt aduersus eũ peccatores impij. Hi sunt murmuratores, querulı, iuxta concupiscẽtias suas ambulãtes, & os illorum loquitur tumida, admirãtes personas, utilitatis gratia. Vos aũt dilecti, memores estis uerborũ. quæ ante hæc dicta fuerũt ab apostolis domini nostri IESV Christi: quod dixerunt uobis × in extremo tẽpore futuros illusores, qui iuxta suas impias cupiditates ambularent. Hi sunt, qui segregant animales, spiritum non habentes. Vos autẽ dilecti, sanctissimæ uestræ fidei superstruentes uosipsos, per spiritum sanctũ orantes, uos inuicem in charitate Dei seruate, expectãtes misericordiã domini nostri IESV Christi in uitam æternam. Et hos quidem cõmiseremini, dũ dijudicamini: illos autem per timorem saluos facite, ex incendio rapientes, odio prosequẽtes, & eam, quæ ex carne est maculatam tunicã. Ei uero qui potest illos seruare à peccato immunes, & statuere in cõspectu gloriæ suæ incontaminatos cũ exultatione: soli sapienti deo seruatori nostro, gloria & magnificẽtia & imperium, & potestas, nunc & in omnia secula. Amen.

1. Timo. 4
2. Timo. 3
2. Petri. 3.

FINIS.

Apoca

APOCALYPSIS
BEATI IOHANNIS.
THEOLOGI.

REVELATIO IESV CHRISTI, quã dedit illi deus, ut palã faceret seruis suis, q̃ oporteat fieri cito: et significauit, cũ misisset mãdatũ suũ seruo suo Iohãni, q testificatus est sermonẽ Dei, et testimoniũ IESV Christi, & quæcũq; uidit. Beatus qui legit & audit uerba prophetiæ, & seruat ea quæ in ea scripta sunt. Tempus enĩ propè est. Iohãnes septem ecclesijs quæ sunt in Asia. Gratia uobis & pax ab eo qui est, & qui erat, & qui uenturus est: & à septem spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt, & à IESV Christo, qui est testis fidelis primogenitus mortuorum & princeps regũ terræ, & qui dilexit nos: ✶ & lauit nos à peccatis nostris per sanguinẽ ipsius, & fecit nos reges & sacerdotes deo & patri suo: ipsi gloria & ĩperiũ ĩ scla sæculorum. Amen. ✶ Ecce uenit cum nubibus, & uidebit eũ omnis oculus, & qui eum cõpunxerũt. Et plangent se omnes tribus terræ, etiã, Amẽ. Ego sum alpha & Ω, principiũ et finis, dicit dominus: qui est, & q erat, & qui uenturus est omnipotens. Ego Iohãnes frater uester, & particeps in afflictiõe, et regno, & patiẽtia in Christo IESV, fui in insula quæ appellatur Patmos, propter sermonem Dei & testimonium IESV Christi. Fui in spiritu ĩ dominico die, & audiui post me uocẽ magnam tanquã tubæ, dicẽtis: Ego sum alpha & Ω, primus & nouissimus. Q̃d uides scribe in libro: et mitte septẽ eccle-

Hebræ. 9

Esai. 3.
Mat. 24.

ſijs, quæ ſunt in Aſia, Epheſo, & Smyrnæ, & Pergamo, & Thyatiræ, & Sardis, & Philadelphiæ, & Laodiciæ. Et conuerſus ſum, ut uiderē uocē quæ loquebatur mecū. Et conuerſus, uidi ſeptem candelabra aurea: & in medio candēlabrorū aureorū ſimilē filio hominis, ueſtitū ueſte ad pedes uſq; & miſſa, & præcinctum ad mamillas zona aurea. Caput autem eius & capilli erant cādidi, uelut lana alba, & tanquàm nix. Et oculi eius tanquā flāma ignis & pedes eius ſimiles chalco libano, uelut in camino ardētes, et uox illius tāquā uox aquarū multarū: & habebat in dextera ſua ſtellas ſeptē. Et de ore eius gladius utraq; parte acutus exibat. Et facies eius ſicut ſol lucet in uirtute ſua. Et cū uidiſſē eū, cecidi ad pedes eius tanquā mortuus. Et poſuit dexterā ſuā ſuper me, dicēs mihi: ✠ Eſa. 44. Noli timere, ego ſum primus & nouiſſimus, & uiuus & fui Ibidē. 22. mortuus, & ecce ſum uiuēs in ſæcula ſæculorū: & habeo claues inferorū, & mortis. Scribe ergo quæ uidiſti, & q̄ ſunt, et quæ oportet fieri poſthæc. Sacramentū ſeptē ſtellarū quas uidiſti in dextera mea, & ſeptem candelabra aurea. Septem ſtellæ, angeli ſunt ſeptē eccleſiarū: & candelabra ſeptē quæ uidiſti, ſeptē eccleſiæ ſunt.

CAPVT II.

ANgelo Epheſinæ eccleſiæ ſcribe: Hæc dicit, qui tenet ſeptē ſtellas in dextera ſua: qui ambulat in medio ſeptem candelabrorum aureorum. Scio opera tua, & laborē, & patientiam tuam, & quod non potes ſuſtinere malos: & tentaſti eos, qui ſe dicunt apoſtolos eſſe, & non ſunt: & inueniſti eos mendaces, & tuliſti. Et patientiam habes, & ſuſtinuiſti propter nomē meum, & nō defeciſti. Sed habeo aduerſum te, quod charitatem tuam primam reliquiſti. Memor eſto itaque unde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac.

ro fac. Sin minus, ueniam tibi cito, & mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi resipueris. Sed hoc habes qa odisti facta Nicolaitarũ, quæ & ego odi. Qui habet aurem, audiat, Quid spiritus dicat ecclesijs. Vincenti dabo edere de ligno uitæ, qd' est in medio paradisi dei. Et angelo Smyrneorũ ecclesiæ scribe. Hæc dicit primus & nouissimus, qui fuit mortuus & uiuit. Scio opera tua & afflictionẽ & paupertatem, sed diues es: & blasphemiam eorum qui se dicũt Iudæos esse, & nõ sunt. sed sunt synagoga satanæ. Nihil horum timeas quæ passurus es. Ecce missurus est diabolus aliquos ex uobis i carcerem, ut tentemini, & habebitis afflictionem dierũ decem. Esto fidelis usq; ad mortem, & dabo tibi coronam uitæ. Qui habet aurem audiat, quid spiritus dicat ecclesijs: Qui uicerit nõ lædetur à morte secunda. Et angelo Pergamensis ecclesiæ scribe: Hæc dicit, qui habet romphæam utraq; parte acutam Scio opera tua, & ubi habitas, ubi sedes est satanæ, & tenes nomen meum, & nõ negasti fidem meam. Et in diebus meis Antipas testis meus fidelis, qui occisus est apud uos, ubi satanas habitat. Sed habeo aduersus te pauca: qa habes illic tenẽtes doctrinã Balaã, qui docebat in Balac mittere scandalũ coram filijs Israël, edere ex his quæ simulacris immolantur, & scortari, ita habes & tu tenentes doctrinã Nicolaitarũ, quod odi. Resipisce, alioqui ueniam tibi cito, & pugnabo cum illis gladio oris mei. Qui habet aurẽ audiat, qd spiritus dicat ecclesijs: Vincẽti dabo edere ex manna abscõdito, & dabo illi calculum candidũ, & in calculo nomẽ nouũ scriptum, quod nemo scit, nisi q accipit. Et angelo Thyatirensis ecclesiæ scribe: Hæc dicit filius dei, qui habet oculos tanquam flammam ignis, & pedes eius similes chalcolibano. Noui opera tua, &

charitatem,& ministeriũ,& fidem,& patientiam tuam, & opera tua,& nouissima plura prioribus. Sed habeo aduersus te pauca: quia permittis mulierẽ Hiezabel quæ se dicit prophetam, docere,& seducere seruos meos, fortari,& edere ex his q̃ simulacris imolantur. Et dedi illi tempus, ut resipiscceret à fortatiõe sua, nec resipuit. Ecce ego mitto eã in lectum,& qui adulterio miscentur cum ea, in afflictionem maximã, nisi pœnitentiã egerint ab operibus suis:& filios eius
Hiere. 17. interficiã morte:& scient omnes ecclesiæ, qđ ✶ ego sum ille scrutans renes & corda:& dabo unicuiq; uestrũ secundum opera sua. Vobis autẽ dico,& cæteris qui Thyatire estis: quicunq; non habent doctrinam hanc, & qui non cognouerũt profunditates satanæ, quemadmodũ dicunt: non mittã super uos aliud pondus: tamen id quod habetis, tenete donec ueniã Et qui uicerit & custodierit usq; in finẽ opera mea, dabo illi potestatẽ super gentes,& reget eas uirga ferrea, & tanquã uasa figuli confringẽtur, sicut & ego accepi à patre meo, et dabo illi stellã matutinã. Qui habet aurẽ audiat, quid spiritus dicat ecclesijs.

CAPVT. III.

ET angelo ecclesiæ, quæ est Sardis scribæ. Hæc dicit qui habet septẽ spiritus dei,& septẽ stellas. Scio opera tua: quia nomen habes, quod uiuas,& mortuus es. Esto uigilans, et confirma cætera quæ moritura erant. Non enim inueni opera tua plena coram deo, In mente ergo habe, qualiter acceperis & audieris, et serua, et resipisce. Si ergo nõ uigilaue
1. Thes. 5. 2. Pet. 3. ris, ✶ ueniã ad te tanquã fur: et nescies qua hora ueniã ad te. Habes pauca nomina & Sardis, qui nõ inquinauerunt uestimenta sua:& ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt. Qui uicerit, sic uestietur uestimentis albis:& non delebo nomen eius

men eius de libro uitæ, & cõfitebor nomẽ eius coram patre meo, & coram angelis eius. Qui habet aurẽ audiat, quid ſpiritus dicat eccleſijs. Et angelo Philadelphiẽſis eccleſiæ, ſcribe: Hæc dicit ſanctus & uerax, ✠ qui habet clauẽ Dauid: qui aperit, et nemo claudit: claudit & nemo aperit. Scio opera tua. Ecce dedi coram te oſtiũ apertũ, & nemo põt claudere illud, quia modicã habes uirtutẽ. Et ſeruaſti ſermonem meũ, et non negaſti nomen meum. Ecce do de ſynagoga ſatanæ, q̃ dicunt ſe Iudæos eſſe, et non ſunt, ſed mentiuntur. Ecce adigã illos, ut ueniant, et adorent ante pedes tuos: et ſciãt quod ego dilexi te, quoniam ſeruaſti ſermonem patientiæ meæ, et ego ſeruabo te ab hora tentatiõis, quæ uentura eſt in orbẽ uniuerſum, ut tentet habitantes in terra. Ecce uenio cito: tene qd̃ habes, ut nemo accipiat coronam tuam. Qui uicerit, faciã illũ columnã in templo dei mei, et foras non egredietur amplius. Et ſcribam ſuper eum nomen dei mei, et nomen ciuitatis dei mei nouæ Hieruſalẽ, quæ deſcẽdit de cœlo à deo meo, et nomen meũ nouum. Qui habet aurem audiat, quid ſpiritus dicat eccleſijs. Et angelo Laodicẽſiũ eccleſiæ ſcribe: Hæc dicit Amẽ teſtis fidelis et uerus principiũ creaturæ Dei. Scio opera tua, quia neq; frigidus es, neq; feruidus: utinã frigidus eſſes aut feruidus: itaq; quoniã tepidus es, et nec frigidus, nec feruidus, ĩcipiã te euomere ex ore meo: quia dicis, diues ſum & ditatus ſum, et nullius egeo: et neſcis quod tu es miſer, et miſerabilis, et pauper, et cæcus, ac nudus. Suadeo tibi emere à me aurũ ignitum ex igni, ut locuples fias: et ueſtimentis albis ĩduaris, ut nõ appareat dedecus nuditatis tuæ: et collyrio inunge oculos tuos, ut uideas. Ego quoſcũq; amo, arguo et caſtigo. Aemulare ergo ac reſipiſce: ecce ſto ad oſtiũ et pulſo. Eſaiæ. 22. Proue. 3. Hebr. 12.

Si quis audierit uocē meā, & aperuerit ianuā, intrabo ad illū, & cœnabo cū illo, & ipse mecū. Qui uicerit, dabo ei sedere mecū in throno meo sicut & ego uici, & cōsedi cū patre meo in throno eius. Qui habet aurē, audiat, quid spiritus dicat ecclesijs.

CAPVT IIII.

POst hæc uidi, & ecce ostiū apertū in cœlo, & uox prima quam audiui, tanquam tubæ loquentis mecū, dicens: Ascende huc, & ostendam tibi quæ oportet fieri post hæc. Et statim fui in spiritu. Et ecce sedes posita erat in cœlo, et supra sedē sedens. Et qui sedebat, similis erat aspectu, lapidi Iaspidi & Sardio: & iris erat ī circuitu sedis silis aspectu Smaragdino. Et in circuitu sedis sedilia uigintiquatuor, & super thronos uigintiquatuor seniores sedētes, circūamicti stolis albis, & habebāt in capitibus suis coronas aureas. Et de throno procedebāt fulgura, & tonitrua, & uoces, & septē lampades ignis ardentes ante thronū, quæ sunt septē spiritus dei Et in cōspectu sedis tanquā mare uitreū simile crystallo, & in medio sedis, & in circuitu sedis quatuor aīalia, plena oculis ante & retro. Et animal primū simile leoni, & secundum animal simile uitulo, & tertiū animal habēs faciem uelut homo, & quartū animal simile aquilæ uolāti. Et quatuor animalia singula eorum habebant alas senas in circuitu, & intus plena erant oculis. Et requiem nō habent die ac nocte, dicentia, ✳Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus omnipotēs, qui erat, & qui est, & qui uenturus est. Et cū darent illa animalia gloriam & honorem, & benedictionē sedenti super thronum, uiuenti in secula seculorū, procidunt uigintiquatuor seniores ante sedentē in throno, & adorant uiuentem in secula seculorū: & abijciūt coronas suas ante thronū, dicentes:

Esa. 6.

Dignus

Dignus es domīe accipe gloriā. & honorē, & uirtutē, qa tu creasti oīa, & ꝓpter uoluntatē tuā sunt, & creata sunt.

CAPVT V.

ET uidi in dextera sedentis sup thronū ✶ librum scriptū Ezec. 2.
intus & in tergo, signatum sigillis septem. Et uidi angelum fortem, prædicantē uoce magna: Quis est dignus aperire librū, & soluere signacula eius? Et nemo poterat, neq; in cœlo, neq; in terra, neq; subter terram aperire librū, neq; aspicere illum. Et ego flebam multum, quod nemo dignus inuentus esset aperire & legere librum, nec uidere eum. Et unus de senioribus dicit mihi: Ne fleueris. Ecce uicit leo de tribu Iuda, radix Dauid: ut aperiat librum, & soluat septem signacula eius. Et uidi, & ecce in medio throni & quatuor aīalium, & in medio seniorum agnus stans tanq̄ occisus, habens cornua septem, & oculos septem: qui sunt septem spiritus dei, missi in oēm terram. Et uenit, & accepit de dextera sedētis in throno librum. Et cum accepisset librum, quatuor animalia, & uigintiquatuor seniores ceciderūt coràm agno, habentes singuli citharas & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt precationes sanctorū, & canūt canticū nouum dicētes: Dignus es accipere librum, & aperire signacula eius, quoniam occisus es, & redemisti nos per sanguinē tuum ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione: & fecisti nos deo nostro reges, & sacerdotes, & regnabimus sup terram. Et uidi & audiui uocem angelorum multorum in circuitu throni & animalium, & seniorum, & milia miluum, ✶ dicētia uoce magna: Dignus est agnus qui occisus est, accipere uirtutem, & diuitias, & sapientiam, & fortitudinē, & honorem, & gloriam, & benedictionem. Et oēm creaturam

turam quæ in cœlo est, & quæ super terram, & quæ sub terra, & in mari, & quæ in eis sunt, omnia: audiui dicentes: sedenti in throno & agno benedictio, & honor, & gloria, & potestas in secula seculorum. Et quatuor animalia dicebant Amen. Et uigintiquatuor seniores ceciderunt in facies suas, & adorauerunt uiuentem in secula seculorum.

CAPVT VI.

ET uidi cum aperuisset agnus unũ de sigillis, & audiui unum de quatuor animalibus, dicens tanquã uocẽ tonitrui: Veni & uide, & uidi. Et ecce equus albus & q sedebat sup eum, habebat arcum, & data est ei corona, et exiuit uincens, & ut uinceret. Et cum aperuisset sigillum secundũ, audiui secundum animal, dicens: Veni & uide. Et exiuit alius equus rufus, & qui sedebat sup illũ, datũ est ei, ut tolleret pacem de terra, & ut inuicem se interficiãt, & datus est ei gladius magnus. Et cũ aperuisset sigillum tertiũ, audiui tertiũ animal, dicens: Veni & uide. Et uidi, & ecce equus niger: & q sedebat sup illum, habebat stateram in manu sua, et audiui uocem in medio quatuor aialium, dicentẽ: Chœnix tritici denario uno, & tres chœnices hordei denario uno, & uinum & oleum ne læseris. Et cũ aperuisset sigillum quartũ, audiui uocem quarti animalis, dicentẽ: Veni & uide. Et uidi, & ecce equus pallidus, & qui sedebat sup eum, nomẽ illi mors, & infernus sequitur eum, & data est illis potestas interficiẽdi sup quartã partẽ terræ, gladio, & fame, & morte, à bestijs terræ. Et cum aperuisset sigillum quintũ, uidi subter altare animas interfectorum propter uerbum Dei, & propter testimoniũ quod habebant. Et clamabant uoce magna, dicẽtes: Vsq; quò domine, quies sanctus & uerax, non udicas & uindicas sanguinem

guinem nostrũ de his, qui habitant in terra? Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ, & dictum est illis, ut requiescerẽt adhuc tempus modicum, donec cõplerentur conserui eorũ: & fratres eorum, qui interficiendi essent, sicut & illi. Et uidi, cum aperuisset sigillum sextum, & ecce terræ motus magnus factus est. Et sol factus est niger tanq̃ saccus cilicinus: & luna tota facta est sicut sanguis: & stellæ de cœlo ceciderunt sup terram, sicut ficus abijcit grossos suos, cum à uento magno mouetur. Et cœlum receßit sicut liber qui circumuoluitur: & oĩs mõs & insulæ de locis suis motæ sunt: & reges terræ, & principes, & diuites, & tribuni, & fortes, & oĩs seruus, & liber * absconderunt se in speluncis, & in petris montiũ * Et dicunt mõtibus & petris: Cadite sup nos, & abscõdite nos á facie sedẽtis sup thronum, & ab ira agni: quoniã uenit dies magnus iræ illius. Et quis poterit stare?

Esaiæ. 2. Osee. 10 Lucæ. 23

CAPVT VII.

POst hæc uidi quatuor angelos stantes sup quatuor angulos terræ, tenentes quatuor uẽtos terræ, ne flaret uẽtus sup terrã, neq; sup mare, neq; in ullam arborẽ. Et uidi alterũ angelum ascendentẽ ab ortu solis habentẽ sigillũ dei uiui: & clamauit uoce magna quatuor angelis, quibus datũ est nocere terræ & mari, dicẽs: Nolite nocere terræ, neq; mari, neq; arboribus, quoadusq; signemus seruos dei nostri in frontibus suis. Et audiui numerum signatorum, centum quadraginta quatuor milia signati ex omni tribu filiorum Israël. Ex tribu Iuda, duodecim milia signati. Ex tribu Rubem duodecim milia signati. Ex tribu Gad, duodecim milia signati. Ex tribu Aser, duodecim milia signati. Ex tribu Neptalim, duodecim milia signati. Ex tribu manasse, duodecim milia signati. Ex tribu Syme

bu Symeon, duodecim milia signati. Ex tribu Leui, duodecim milia signati. Ex tribu Isachar, duodecim milia signati. Ex tribu Zabulon, duodecim milia signati. Ex tribu Ioseph, duodecim milia signati. Ex tribu Beniamin, duodecim milia signati. Post hæc uidi, & ecce turba multa, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & populis, & linguis, stantes ante thronũ: & in conspectu agni, amicti stolis albis & palmæ in manibus eorum, & clamabant uoce magna, dicentes Salus ei qui sedet super thronum dei nostri, & agno. Et oẽs angeli stabant in circuitu throni & seniorum, & quatuor animalium: & procubuerunt in conspectu throni in facies suas: & adorauerunt deum, dicentes: Amen. Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor & uirtus, & fortitudo deo nostro in secula seculorum, Amen. Et respondit unus de senioribus, & dixit mihi: Hi qui amicti sunt stolis albis, qui sunt, & unde uenerunt? Et dixi illi: Domine tu scis. Et dixit mihi: Hi sunt qui uenerunt ex afflictione magna, & dilatauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas per sanguinem agni. Ideo sunt ante thronum dei, & seruiunt ei die ac nocte in templo eius: & qui sedet in throno habitabit super illos. Non esurient, neq; sitient amplius, nec cadet super illos sol, neque ullus æstus: quoniam agnus qui in medio throni est, reget illos, & deducet eos ad uiuos fontes aquarum: * & absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum.

Esaiæ. 25.

CAPVT. VIII.

ET cum aperuisset sigillũ septimũ, factũ est silentiũ in cœlo media fermè hora. Et uidi angelos stantes in cõspectu Dei, & datæ sunt illis septẽ tubæ. Et alius angelus uenit, & stetit ante altare, habẽs thuribulum aureum, & data sunt illi incensa

incẽſa multa, ut daret deprecatiõibus ſanctorũ oĩm ſup altare aureum, qd' eſt ante thronum. Et aſcendit fumus incenſorum de precibus ſanctorum è manu angeli coràm deo. Et accepit angelus thuribulum, & ĩpleuit illud de igne altaris, & miſit in terrã: & facta ſunt tonitrua & uoces & fulgura, & terræ motus, & ſeptẽ angeli qui habebant ſeptẽ tubas, præparauerunt ſe, ut tuba canerent. Et primus angelus tuba cecinit & facta eſt grando, & ignis mixta ſanguine, & miſſa ſunt in terram: & tertia pars arborum concremata eſt, & omne fœnum uiride combuſtum eſt. Et ſecũdus angelus tuba cecinit, & tanq̃ mons magnus igne ardens proiectus eſt in mare. Et facta eſt tertia pars maris ſanguis, & mortua eſt tertia pars creaturarũ, quæ erant in mari, quæ habebant animas: & tertia pars nauiũ interijt. Et tertius angelus tuba cecinit, & cecidit è cœlo ſtella magna ardens tanq̃ facula, & cecidit in tertiã partẽ fluminũ & ĩ fontes aquarũ, & nomẽ ſtellæ dicitur abſinthium. Et uerſa eſt tertia pars in abſinthiũ & multi hoĩes mortui ſunt ex aquis: quia amaræ factæ ſunt. Et quartus angelus tuba cecinit: & pcuſſa eſt tertia pars ſolis, & tertia pars lunæ, & tertia pars ſtellarum. ita ut obſcuraretur tertia pars eorũ, & diei nõ luceret pars tertia, & noctis ſimiliter. Et uidi, & audiui unũ angelũ uolantẽ p mediũ cœli, dicentẽ uoce magna. Væ, uæ habitantibus in terra, è cæteris uocibus tubæ triũ angelorũ, q̃ erant tuba canturi.

CAPVT IX.

Et quintus angelus tuba cecinit, & uidi ſtellam de cœlo cecidiſſe in terram, & data eſt ei clauis putei abyſſi. Et aperuit puteum abyſſi, & aſcendit fumus putei, ſicut fumus fornacis magnæ: & obſcuratus eſt ſol & aër à fumo putei.

Et de

Et de fumo exierũt locustæ in terrã, & data est illis potestas, sicut habẽt potestatẽ scorpiones terræ. Et præceptũ est illis, ne læderent fœnum terræ, neq; omne uiride, neq; oẽm arborem, nisi tantũ hoïes, q non habent signũ in frontibus suis. Et datum est illis, ne occiderẽt eos, sed ut cruciarẽtur mẽsibus quinq;. Et cruciatus eorũ, ut cruciatus scorpij, cũ percusserit hoïem. ✳ Et in diebus illis quærent hoïes mortẽ, & nõ inuenïet eam, & desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis. Et similitudines locustarũ similes, equis paratis in prœliũ, & sup capita earũ tanq; coronæ, similes auro, & facies earũ tanq; facies hoïm. Et habebãt capillos sicut capillos mulierũ, et dẽtes earũ quasi leonũ erãt. Et habebãt loricas sicut loricas ferreas: & uox alarum earũ sicut uox curruũ equis multis currentibus ad bellum. & habent caudas similes scorpionũ, & aculei erant in caudis earũ: & potestas earũ nocere hoïbus mensibus quinq;. Et habent sup se regẽ angelũ abyssi, cui nomẽ hebraice abaddon, Græce aũt ἀπολλύων, id est, perdẽs. Væ unũ abijt, & ecce ueniunt adhuc duo uæ post hæc. Et sextus angelus tuba cecinit, & audiui uocem unã ex quatuor cornibus altaris aurei, quod ẽ ante oculos Dei, dicentẽ sexto angelo, qui habebat tubã: Solue quatuor angelos qui alligati sunt in flumine magno Euphrate. Et soluti sunt quatuor angeli qui parati erant in horã & diem & mensem & annum, ut occiderent tertiã partẽ hoïm. Et numerus equestris exercitus, uicies millies decẽ millia. Et audiui numerũ eorum. Et ita uidi equos in uisione, & qui sedebant sup eos, habebant thoraces igneos & hyacynthinos & sulphureos. Et capita equorũ erãt tanq; capita leonũ, & de ore ipsorum procedebat ignis & fumus & sulphur. Ab his tribus plagis occisa est tertia pars

Esaiæ. 2
Osee. 10.
Lucæ. 23

tia pars hoīum, de igne & de fumo & sulphure, quæ procedebant ex ore ipsorū. Potestas enī eorū in ore eorū est, & in caudis eorū. Nam caudæ eorū similes serpētibus, habētes capita, & p hæc nocēt. Et cæteri hoīes, q nō sunt occisi his plagis, neq; resipuerunt ab operibus manuū suarū, ut nō adorarent dæmonia, & simulachra, aurea & argentea, et ærea & lapidea, & lignea, quæ neq; uidere possunt, neq; audire, neq; ambulare: et nō egerūt pœnitentiā ab homicidijs suis, neq; à ueneficijs suis, neq; à fornicatione sua, neq; à furtis suis.

CAPVT X.

ET uidi allū angelū fortem descendentē de cœlo, amictū nube, & iris in capite eius, et facies eius erat ut sol, & pedes eius tanq̄ colūnæ ignis, et habebat in manu sua libellū apertū, et posuit pedem suū dextrū sup mare, sinistrū aūt sup terram. Et clamauit uoce magna, quēadmodum cum leo rugit. Et cū clamasset, loquuta sunt septē tonitrua uoces suas. Et cum loquuta fuissent septem tonitrua uoces suas, ego scripturus erā. Et audiui uocem de cœlo dicentē mihi: Obsigna quæ locuta sunt septē tonitrua, & ne ea scribas. Et angelus quem uidi stantē sup mare & sup terrā, leuauit manū suā ad cœlum, & urauit p uiuentem in secula seculorum, qui creauit cœlum, & ea quæ in illo sunt, & terram, & ea quæ in ea sunt, & mare, & ea q̄ in eo sunt: tēpus nō sore amplius: sed in diebus uocis septimi angeli, cū cœperit tuba canere, consummandū esse mysteriū dei, sicut euāgelizauit p seruos suos pphetas. Et audiui uocē de cœlo iterū loquentē mecū, et dicentē: Vade et accipe libellū apertū in manu angeli, stantis sup mare, & super terram. Et abij ad angelū, dicens ei, ut daret mihi libellum. Et dixit mihi: Accipe (libellum) et deuora illum

illum, & faciet amaricari uentrẽ tuũ, sed in ore tuo erit dulcis tanq̃ mel. Et accepi libellũ de manu angeli, & deuoraui illũ, & erat in ore meo tanq̃ mel dulcis. Et cũ deuorassem eũ amaricatus est uẽter meus. Et dicit mihi: Oportet te iterum ꝓphetare in gẽtibus, et linguis, & populis, et regibus multis.

CAPVT XI.

ET datus est mihi calamus similis uirgæ, & dictũ est mihi Surge, & metire templũ Dei & altare, & adorãtes in eo. Et atriũ quod intra templũ est, eijce foras, & ne metiaris illud, quoniã datũ est gẽtibus, et ciuitatẽ sanctã calcabũt mensibus quadraginta duobus: & dabo duobus testibus meis, & ꝓphetabunt diebus mille ducentis sexaginta amicti saccis. Hi sunt duæ oliuæ & duo cãdelabra in cõspectu dei terræ stantia: Et si quis uoluerit eis nocere, ignis exit de ore eorum, & deuorat inimicos eorũ. Et si qs uoluerit eos lædere, sic oportet eum occidi. Hi habent potestatẽ claudendi cœlũ, ne pluat diebus ꝓphetiæ ipsorum, & potestatẽ habent sup aquas conuertendi eas in sanguinẽ, & ꝓcutiendi terrã omni plaga, quo
Daniel. 7. tiescunq; uoluerint. Et cũ finierint testimoniũ suũ, ✶ bestia quæ ascẽdit de abyssо, faciet aduersus eos bellum, & uincet illos, & occidet eos. Et corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnæ, quæ uocatur ſpiritualiter Sodoma & Aegyptus, ubi & dominus noster crucifixus est. Et uidebũt de tribubus, & populis, & linguis, & gentibus corpa eorũ ꝑ tres dies & dimidiũ, & corpa eorũ nõ sinent poni in monumentis. Et inhabitantes terrã, gaudebũt sup illis & lætabũtur, & munera mittent inuicem, quoniã hi duo ꝓphetæ cruciauerũt eos qui habitant super terram. Et póst dies tres & dimidium, ſpiritus uitæ à Deo intrauit in eos. Et steterunt super

pedes

pedes ſuos: & timor magnus cecidit ſup eos qui uiderũt eos. Et audierũt uocem magnã de cœlo, dicentẽ ipſis: Aſcendite huc. Et aſcenderũt in cœlũ in nube, & uiderunt illos inimici eorum. Et in illa hora factus eſt terræmotus magnus, & decima pars ciuitatis cecidit: & occiſa ſunt in terræmotu nomina hominũ ſeptẽ milia: & reliqui territi ſunt, & dederũt gloriã deo cœli. Væ ſecundum abijt, & ecce uæ tertium uenit cito Et ſeptimus angelus tuba cecinit, & factæ ſunt uoces magnæ in cœlo, dicentes: Facta ſunt regna huius mũdi domini noſtri & Chriſti eius, & regnabit in ſæcula ſæculorum. Amen. Et uigintiquatuor ſeniores, qui in cõſpectu dei ſedent in ſedibus ſuis, ceciderũt in facies ſuas, & adorauerũt Deum dicentes: Gratias agimus tibi domine deus omnipotens: qui es, & qui eras, & qui uenturus es: quia accepiſti uirtutẽ tuã magnã, et regnaſti. Et iratæ ſunt gentes, et aduenit ira tua, et tẽpus mortuorũ ut iudicẽtur: et reddas mercedem ſeruis tuis prophetis et ſanctis, et timentibus nomẽ tuũ puſillis, et magnis, et perdas eos qui perdunt terrã. Et apertũ eſt tẽplũ Dei in cœlo, et uiſa eſt arca teſtamenti eius in templo eius: et facta ſunt fulgura et uoces et tonitrua et terræmotus, et grando magna.

CAPVT XII.

ET ſignum magnum apparuit in cœlo Mulier amicta ſole, & luna ſub pedibus eius, et ĩ capite eius corona ſtellarum duodecim. Et in utero habens, clamat parturiens, & cruciatur ut pariat. Et uiſum eſt aliud ſignũ in cœlo, et ecce draco magnus ruſus, habens capita ſeptẽ, et cornua decẽ: & in capitibus ſuis diademata ſeptẽ: et cauda eius trahit tertiã partẽ ſtellarũ (cœli) et miſit eas in terrã: et draco ſtetit ante

mulierē quæ erat paritura: ut cum peperisset filiū eius, deuo
raret. Et peperit filiū masculū qui recturus erat omnes gen=
tes in uirga ferrea: et raptus est filius eius ad Deū, & ad thro
num eius, & mulier fugit in solitudinem, ubi habebat locū pa
ratum à deo, ut ibi pascāt eā diebus mille ducentis sexaginta
Et factum est prælium magnum in cœlo. Michaël & angeli
eius præliabantur cū dracone, et draco pugnabat & angeli
eius, et non ualuerūt, neq; locus inuentus est eorū amplius in
cœlo. Et proiectus est draco ille magnus, serpēs antiquus, q
uocatur diabolus et satanas: qui seducit totū terrarū orbem:
& proiectus est in terrā, et angeli (eius cū illo) proiecti sunt.
* Et audiui uocē magnā, dicentem: In cœlo nunc facta est salus
et uirtus, et regnum Dei nostri, et potestas Christi eius: quia
* proiectus est accusator fratrū (nostrorū) qui accusabat illos
* ante conspectū Dei (nostri) die ac nocte, et ipsi uicerunt eū
propter sanguinem agni, et propter sermonē testimonij sui,
& nō dilexerunt animā suam usq; ad mortē. Propterea læta
mini cœli et qui habitatis i eis. Væ habitatorībus terræ et ma
ris: quia descendit diabolus ad uos habēs iram magnā, sciens
quod modicū tēpus habet. Et postquā uidit draco, quod pro=
iectus esset in terrā, persecutus est mulierem quæ peperit ma
sculū. Et datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, ut uola=
ret in desertū, in locū suum, ubi alitur per tempus & tempo=
ra & dimidiū tēporis à facie serpētis. Et eiecit serpēs ex ore
suo post mulierē aquā tanquā flumen, ut eam faceret rapi à
flumine. Et auduit terra mulierē, et apuit terra os suū, et ab
sorbuit flumē quod eiecerat draco ex ore suo. Et iratus ē dra
co aduersus mulierē: & abijt ut faceret prælū cū reliquis de
semine eius, qui custodiūt mandata dei, et habent testimoniū

IESV

IESV Christi. Et stetit super arenā maris. CAP. XIII.

ET uidi de mari bestiā ascendentē, habentē capita septē & cornua decē, & sup cornua eius decē diademata, et super capita eius nomen blasphemiæ. Et bestia, quā uidi, similis erat pardo, & pedes eius sicut pedes ursi, & os eius sicut os leonis. Et dedit illi draco uirtutē suā & sedē suā & potestatē magnā. Et uidi unū de capitibus eius quasi occisum in mortem, et plaga mortis eius curata est. Et admiratio fuit in uniuersa terra post bestiā. Et adorauerūt draconē, qui dedit potestatē bestiæ, et adorauerūt bestiā, dicētes. qs silis bestiæ, et qs poterit pugnare cū ea? Et datū est ei os loquēs magna et blasphemias, et data est ei potestas faciēdi mēses quadraginta duos: Et aperuit os suū in cōuicia ad Deū, ut cōuicijs afficeret nomen eius, & tabernaculū eius, & eos qui in cœlo habitant. Et est datum illi bellum facere cum sanctis, & uincere eos. Et data est illi potestas in omnem tribum (& populum) & linguam, gentem, & adorabunt eam omnes qui inhabitāt terrā: quorū nō sunt scripta nomina in libro uitæ agni, qui occisus est ab origine mundi. Si quis habet aurē audiat. Qui in captiuitatē ducit, in captiuitatē uadit: ✶ qui gladio occiderit, oportet eum gladio occidi. Hic est patientia & fides sanctorū. Et uidi aliā bestiā ascēdentē de terra, & habebat cornua duo similia agni, & loquebatur sicut draco. Et potestatē prioris bestiæ oēm facit in cōspectu eius, et facit terrā, & inhabitātes in ea, adorare bestiā primā, cuius curata est plaga mortis. Et facit signa magna, ut etiā ignē faceret de cœlo descendere in terrā in cōspectu hominū. Et seducit habitātes in terra propter signa quæ data sunt illi, ut faceret in cōspectu bestiæ, dicens habitantibus in terra, ut faciāt imaginem bestiæ

Gene. 9. Matth. 26

quæ habet plagã gladij, et uixit. Et datũ est illi, ut daret ſpiritũ imagini beſtiæ, et ut loquatur imago beſtiæ, et faciet ut quicunq; non adorauerint imaginẽ beſtiæ occidantur. Et facit oẽs puſillos, & magnos, et diuites, et pauperes, & liberos, et ſeruos accipere characterẽ ĩ manu ſua dextera, aut ĩ frõtibus ſuis. Et ne quis poſſet emere aut uendere, niſi q habeat characterẽ, aut nomen beſtiæ, aut numerũ noĩs eius. Hic ſapientia eſt. Qui habet intellectũ, cõputet numerũ beſtiæ. Numerus enĩ hoĩs eſt, et numerus eius ſexcenti ſexaginta ſex.

CAPVT XIIII.

ET uidi et ecce agnus ſtans ſup montẽ Sion, et cũ eo centum quadraginta quatuor milia habentia nomen patris eius ſcriptum in frontibus ſuis. Et audiui uocem de cœlo, tanquã uocem aquarũ multarũ, et tanquã uocem tonitrui magni & uocem audiui citharœdorum citharizantium citharis ſuis. Et cantant quaſi canticũ nouum ante ſedem, et ante quatuor animalia, et ſeniores: et nemo poterat diſcere canticũ, niſi illa centum quadraginta quatuor milia, qui empti ſunt de terra. Hi ſunt qui cum mulieribus nõ ſunt coinquinati, uirgines enim ſunt. Hi ſequuntur agnum quocunq; ierit. Hi empti ſunt ex hominibus primitiæ deo et agno, et in ore eorum nõ eſt inuentus dolus. Sine macula enim ſunt ante thronũ dei. Et uidi alterum angelum uolantem per medium cœli, habentem Euangeliũ æternum, ut euangelizaret habitãtibus ſuper terram, et omni genti, et tribui, et linguæ, et populo, dicentem magna uoce: Timete deũ, et date illi honorẽ, qa uenit hora iudicij eius: et adorate eum, ✶ qui fecit cœlum et terrã, mare et fontes aquarũ. Et alius angelus ſecutus eſt, dicens: ✶ Cecidit cecidit Babylõ ciuitas illa magna, quia à uino iræ fornicationis

t:onis

tionis suæ potauit omnes gẽtes. Et tertius angelus secutus est illos, dicẽs uoce magna: Si qs adorauerit bestiã & imaginẽ eius, et acceperit characterem in fronte sua, aut in manu sua & hic bibet de uino iræ dei, qd' mixtũ est mero in calice iræ ipsius. Et cruciabitur igne & sulphure in cõspectu angelorũ sanctorũ, & ante cõspectũ agni. Et fumus tormẽti eorũ ascẽdit in secula seculorũ. Nec habent requiẽ die ac nocte, q̃ adorant bestiã & imaginẽ eius, et si qs acceperit characterẽ nominis eius. Hic patiẽtia sanctorũ est: hic qui custodiũt mãdata & fidẽ IESV. Et audiui uocẽ de cœlo, dicentẽ mihi: Scribe: Beati mortui q̃ in domino moriũtur amodo, etiã dicit spiritus, ut requiescãt à laboribus suis, sed opera illorũ sequuntur illos. Et uidi, & ecce nubẽ candidã, & sup nubẽ sedentẽ similẽ filio hominis, habẽtem in capite suo coronã aureã, & in manu sua falcẽ acutã. Et alius angelus exiuit de tẽplo, clamãs uoce magna ad sedentẽ sup nubẽ: ✶ Mitte falcẽ tuã & mete, quia uenit tibi hora ut metas, quoniã aruit messis terræ Et misit q̃ sedebat sup nubẽ, falcem suã in terrã, et demessa est terra. Et alius angelus exiuit de tẽplo, qd' est in cœlo, habẽs et ipse falcẽ acutã. Et alius angelus exiuit de altari, q̃ habebat potestatẽ supra ignẽ, et clamauit uoce magna ad eũ q̃ habebat falcẽ acutã, dicẽs: Mitte falcẽ tuã acutã, et uindemia botros terræ: quoniã maturæ sunt uuæ eius. Et misit angelus falcẽ suã acutã in terrã, & uindemiauit uineã terræ: & misit in lacũ iræ dei magnũ, et calcatus est lacus extra ciuitatẽ, et exiuit sanguis de lacu, usq; ad frenos equorum per stadia mille sexcẽti.

Psal. 145. Esaiæ. 21. Hiere. 51.

CAPVT. XV.

ET uidi aliud signum in cœlo magnum & mirabile, angelos septẽ, habentes septem plagas nouissimas, quoniã

in illis consūmata est ira dei. Et uidit tanquam mare uitreum mixtum igni, & eos qui uictoriam reportabant de bestia & de imagine eius, & de numero nominis eius, stātes super mare uitreum, habentes citharas dei, & cantant canticum Mosi serui dei, & canticum agni, dicentes: Magna & mirabilia sunt opera tua domine deus omnipotens, iustæ & ueræ sunt
Hiere. 10. uiæ tuæ rex sanctorum. ✶ Quis nō timebit domine, et magnificabit nomē tuū: Quia solus pius es, quoniam omnes gentes uenient & adorabunt in cōspectu tuo, quoniam iudicia tua manifestata sunt. Et post hæc uidi, & ecce apertū est templū tabernaculi testimonij in cœlo, & exierūt septem angeli, habentes septem plagas, de tēplo, uestuti lino mundo & cādido & præcincti circa pectora zonis aureis. Et unū ex quatuor animalibus dedit septē angelis septē phialas aureas, plenas iracundiæ dei uiuentis in secula seculorū. Et impletū est templū fumo à mateſtate dei, et de uirtute eius, et nemo poterat introire in templū, donec cōsūmarentur septē plagæ, septem angelorum.

CAPVT. XVI.

ET audiui uocem magnam de templo, dicentem septem angelis: Ite, effundite septem phialas iræ dei in terram.
✶ Et abijt primus (angelus) & effudit phialam suā in terram, & factum est uulnus malum ac noxium in homines, qui habebant characterē bestiæ, & in eos qui adorabant imaginē eius. Et secundus angelus effudit phialā suā in mare, et factus est sanguis tanquā mortui. & omnis anima uiuens mortua est in mari. Et tertius angelus effudit phialā suā in flumina, & in fontes aquarū. & facta sunt sanguis. Et audiui angelū dicentē: Iustus es domine, qui es, & qui eras: et sanctus, quia hæc iudicasti, quia sanguinē sanctorū et prophetarū effuderunt, et

runt, & sanguinẽ eis dedisti bibere, Digni enĩ sunt. Et audiui alterum dicentẽ: Etiã domine deus oĩpotens, uera & iusta iudicia tua. Et quartus angelus effudit phialam suã in solem, & datum est illi æstu afflugere homines perignem. Et æstuauerunt homines æstu magno, & blasphemauerũt nomen dei habentis potestatem super has plagas, neq; egerunt scelerũ pœnitentiã, ut darent illi gloriam. Et quintus angelus effudit phialam suã super sedem bestiæ, & factũ est regnũ eius tenebrosum, & commanducauerũt linguas suas præ dolore, & cõuicijs affecerũt deũ cœli præ doloribus suis, & ulceribus suis, nec resipuerũt ab opibus suis. Et sextus angelus effudit phialã suã in flumẽ illud magnũ Euphratẽ et siccata est aqua ut præpararetur uia regũ ab ortu solis. Et uidi ex ore draconis, et ex ore bestiæ, et ex ore pseudoprophetæ (exire) spiritus tres ĩmundos in modũ ranarũ. Sũt enĩ spiritus dæmoniorũ facientes signa, ut procedãt ad reges totius terræ ad congregandum illos in prælium diei illius magni dei omnipotentis. * Ecce uenio sicut fur. Beatus qui uigilat & custodit uestimenta sua, ne nudus ambulet, & uideant turpitudinẽ eius. 1. Thes, 5. 1. Petr. 3.
Et congregauit illos in locũ qui uocatur hebraice Armaged don. Et septimus angelus effudit phialam suam in aerẽ. Et exiuit uox (magna) de cælo à throno, dicẽs: Factũ. Et facta sunt fulgura & uoces, & tonitrua, & terræmotus factus est magnus, qualis nunquam fuit, ex quo homines fuerunt super terram, talis terræmotus adeo magnus. Et facta ẽ ciuitas magna in tres partes, & ciuitates gentiũ ceciderũt. Et Babylon magna uenit in memoriã ante deũ, ut daret illi calicem uini indignationis iræ suæ. Omnis insula fugit, & mõtes non sunt inuenti. Et grãdo magna sicut talentũ descendit de cœlo in ho

mines, & blasphemauerunt deum homines propter plagam grandinis, quoniam magna facta est plaga eius uehemẽter.

CAPVT XVII.

ET uenit unus de septẽ angelis, qui habebãt septẽ phialas & locutus est mecum, dicens mihi: Veni ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ sedet super aquas multas, cum qua scortati sunt reges terræ, & inebriati sunt qui inhabitant terram de uino prostitutionis eius. Et abstulit me spiritus in desertum. Et uidi mulierem sedentem super bestiã * coccinam plenam nominibus maledictiæ, habentem (capita septem) & cornua decem. Et mulier erat circundata purpura & coccino, & inaurata auro, & lapide precioso, & margaritis, habens poculum aureũ in manu sua plenum abominationibus & inmundicia libidinis suæ. Et in fronte eius nomen scriptum mysterium Babylon magna mater scortationum, & abominationum terræ. Et uidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum, & de sanguine martyrum IESV: & miratus sum, cum uiderem illam, admiratiõe magna. Et dixit mihi angelus: Quare miraris? Ego dicam tibi mysterium mulieris, & bestiæ quæ portat eam, quæ habet capita septẽ, & cornua decem: Bestia quam uidisti, fuit, & non est, & ascensura est de abyssо, & in interitũ ibit, & mirabuntur inhabitãtes terram: quorum nomina scripta non sunt in libro uitæ, à condito mundo, uidentes bestiam, quæ erat, & non est. Et hic est mens, quæ habet sapientiã. Septem capita septẽ mõtes sunt, super quos mulier sedet, & reges septẽ sunt. Quinq; ceciderunt, unus est, & alius nondum uenit. Et cũ uenerit, oportet illũ breue tempus manere. Et bestia quæ erat, & non est, & ipse octauus est, & de septem est, & in interitũ uadit. Et decem

cem cornua quæ uidisti, decẽ reges sunt, qui regnũ nondũ ac
ceperunt, sed potestatẽ tanq̃ reges una hora accipiẽt cũ be=
stia. Hi unũ consiliũ habent, et uirtutẽ et potestatẽ suã bestiæ
tradent. Hi cũ agno pugnabũt, et agnus uincet illos: ✠ quo= 1. Tim. 6
niam dominus dominorũ est, et rex regum, et qui cũ illo sunt
uocati, et electi, et fideles. Et dicit mihi: Aquæ quas uidisti, ubi
meretrix sedet, populi sunt et turbæ: et gentes, et linguæ. Et
decem cornua quæ uidisti in bestia, hi odio psequentur mere
tricem, & desolatam facient illã et nudã, et carnes eius come
dent, et ipsam igne concremabunt. Deus enim dedit in corda
eorum, ut faciant quod placitum est illi, ut unam faciant uo=
luntatem, ut dent regnum suum bestiæ, donec consũmentur
uerba Dei. Et mulier quam uidisti, est ciuitas magna, quæ ha
bet regnum super reges terræ.

CAPVT. XVIII.

ET post hæc uidi alium angelũ descendentẽ de cœlo, ha
bentẽ potestatẽ magnã, & terra illuminata est à gloria
eius. Et exclamauit p fortitudinẽ uoce magna, dicens: ✠ Ce= Esai. 21.
cidit, cecidit Babylon magna, et facta est habitatio dæmonio Hier. 15
rum, et custodia omnis spiritus immũdi, et custodia omnis uo
lucris immundæ et inuisæ, quia de uino iræ scortationis eius
biberunt omnes gentes. Et reges terræ cum illa scortati sunt,
& mercatores terræ de uirtute delitiarum eius diuites facti
Et audiui aliam uocem de cœlo dicentem: Exite de illa popu
lus meus, ne participes sitis delictorũ eius, & de plagis eius
ne accipiatis: Quoniã peruenerunt peccata eius usq; ad cœ
lum, & recordatus est deus iniquitatũ eius. Reddite illi sicut
& ipsa reddidit uobis, & duplicate ei duplicia secundum
opera eius. In poculo quo miscuit, miscete illi duplũ, Quan=

tum glorificauit se & in delicijs fuit, tantũ miscete illi tormentum & luctũ, quia in corde suo dicit: Sedeo regina & uidua non sum, & luctum non uidebo. Ideo in una die uenient plagæ eius, mors & luctus & fames, & igne cõburetur: quia fortis est dominus deus qui iudicabit illã. Et flebũt illam et plangent se sup illa reges terræ, qui cum illa scortati sunt, & in delicijs uixerunt, cum uiderint fumũ incendij eius, lõge stantes
Hiere. 15. ppter timorẽ tormẽti eius, dicentes: ✶ Væ uæ ciuitas magna
✶ illa Babylon, ciuitas illa fortis: quoniã in una hora uenit iudicium tuum. Et negociatores terræ flent & lugẽt sup illa: quoniam merces eorum nemo emit amplius, merces auri & argenti & lapidis precioſi, neq; margaritæ, & byſſi, & purpuræ, & cocci, & omne lignũ thyinũ, & omne uas eburneum, & omne uas de ligno precioſiſſimo, et ære, et ferro, & marmore & cinamomũ, & odoramentũ, & unguentũ, & thus
✶ & uinũ, & oleũ, & ſimilã, et triticũ, & iumẽta, & oues, et equorũ, & rhedarũ, & mancipiorũ, & aias hoĩm. Et poma deſiderij aiæ tuæ diſceſſerunt à te, & oĩa pinguia, & præclara, perierũt à te, & amplius illa iã nõ inuenies. Mercatores horum qui diuites facti sunt, ab ea longe ſtabũt ppter timorẽ
Ibidem. tormenti eius, flentes ac lugentes, & dicẽtes. ✶ Væ uæ ciuitas illa magna, quæ amicta erat byſſo, & purpura, & cocco & deaurata erat auro & lapide precioſo, et margaritis: quoniã una hora deſtitutæ ſunt tantæ diuitiæ, & oĩs gubernator & oĩs in nauibus uerſantiũ turba et nautæ, & q̃m mariope rantur, longe ſteterunt: & clamauerunt, uidẽtes fumũ incendij eius, dicentes: Quæ ſimilis ciuitati huic magnæ? Et miſe-
✶ runt puluerẽ ſup capita ſua, & clamauerũt flentes & lugentes, dicẽtes: Væ uæ ciuitas illa magna in qua diuites facti ſunt

omnes

oēs q habebāt naues ī mari de precijs eius, quoniā una hora desolata est. Exulta sup eam cœlum & sancti apostoli & prophetæ, quoniam iudicauit Deus iudicium uestrum de illa Et sustulit unus angelus fortis lapidē quasi molarem magnū, & misit in mare, dicens: ✶ Hoc impetu mittetur Babylon ci uitas illa magna, & ultra iam non inuenietur. Et uox citharædorum & musicorum, & tibia canentiū, & tuba non audietur in te amplius, & oīs artifex, cuiuscunq; artis non inuenietur in te amplius. Et uox molæ non audietur in te amplius (& lux lucernæ non lucebit in te amplius) & uox sponsi & sponsæ non audietur post hac in te: quia mercatores tui erant principes terræ: quia in ueneficijs tuis errauerunt omnes gentes: & in ea sanguis prophetarum & sanctorum inuentus est, & omnium qui interfecti sunt in terra. Ibidem. ✶

CAPVT XIX.

POst hæc audiui quasi uocē (magnā) turbæ multæ in cœlo dicentis, alleluia. Salus & honor & gloria, & uirtus domino deo nostro est, quia uera & iusta iudicia eius, qa iudicauit de meretrice magna, quæ corrupit terrā prostitutione sui, & uindicauit sanguinem seruorum suorū de eius manu. Et iterū dixerunt: alleluia. Et fumus ascendit in secula seculorum. Et ceciderunt uiginti quatuor seniores, & quatuor ānalia: & adorauerunt deum sedentē sup thronum, dicentes: Amen alleluia. Et uox de throno exiuit, dicens: Laudem dicite Deo nostro omnes sancti eius, & qui timetis eū pusilli & magni. Et audiui uocē turbæ multæ, & sicut uocē aquarum multarum, & sicut uocem tonitruorum magnorum, dicentium, alleluia, quoniā regnauit (dominus Deus noster) omni potens. Gaudeamus & exultemus & demus gloriā ei: quia ✶ ✶

ueneruntī

uenerunt nuptiæ agni, & uxor eius præparauit se. Et datum est illi, ut cooperiat se byssino puro et splendido. Byssinũ enī
* iustificationes sunt sanctorum. Et dicit mihi, scribe: * Beati
Matth. 22 qui ad cœnā nuptiarum agni uocati sunt. Et dicit mihi: Hæc
Lucæ. 14 uerba dei uera sunt. Et cecidi ante pedes eius, ut adorarem eum. Et dicit mihi: Vide ne feceris, Conseruus tuus sum, et fratrũ tuorũ habentiũ testimoniũ IESV. Deũ adora. Testimoniũ enī IESV, est spũs ꝓphetiæ. Et uidi cœlũ apertũ, et ecce
* equus albus: & q̄ sedebat sup eũ (uocabatur) fidelis et uerax
& p̄ iusticiā iudicat & pugnat. Oculi aũt eius sicut flamma
ignis: & in capite eius diademata multa: habēs nomen scri-
Esai. 63. ptum, quod nemo nouit nisi ipse. * Et uestitus erat ueste tincta sanguine, & uocatur nomē eius, sermo Dei. Et exercitus
qui sunt in cœlo, sequebātur eũ in equis albis, uestiti byssino
albo & mundo: et ex ore eius ꝓcedit gladius ex utraq; ꝑte
Psal. 2. acutus, ut eo ꝑcutiat gētes. * Et ipse reget eas uirga ferrea
& ipse calcat torcular uini furoris & iræ Dei oīpotentis.
2. Timo. 6 Et habet in uestimēto & in femore suo nomē scriptũ. * Rex
regum, & dominus dominantiũ. Et uidi unũ angelũ stantē in
sole, & clamauit uoce magna, dicēs oībus auibus, quæ uolabant p̄ mediũ cœli: Venite, et congregamini ad cœnā magni
Dei, ut edatis carnes regum, & carnes tribunorum, & carnes fortiũ, & carnes equorũ, & sedentiũ in ipsis, & carnes
oīm liberorũ ac seruorũ et pusillorũ ac magnorũ. Et uidi bestiam et reges terræ, et exercitus eorũ cōgregatos ad faciendum prælium cum illo qui sedebat in equo et cum exercitu
eius. Et apprehensa est bestia, et cum illa pseudopropheta, q̄
fecit signa coràm ipso, in quibus seduxit eos qui acceperunt
characterem bestiæ, et qui adorauerunt imaginem eius. Viui

coniecti

coniecti sunt hi duo in stagnum ignis ardens sulphure: et cæteri occisi sunt gladio sedentis sup equum, qui pcedit ex ore ipsius, et omnes aues saturatæ sunt carnibus eorum.

CAPVT XX.

ET uidi angelũ descendentẽ de cœlo, habentem clauem abyssi, & catenam magnã in manu sua. Et apprehendit draconem serpentẽ antiquum, qui est diabolus & satanas, & ligauit eum per annos mille: & misit eum in abyssum, & clausit eũ: & obsignauit sup illũ, ut non seducat amplius gentes, donec consũmentur mille anni. Et post hoc oportet illũ solui modico tempore. Et uidi sedes, & sederunt sup eas, & iudicium datum est illis: & animas decollatorũ propter testimonium IESV, & propter sermonem Dei: & qui non adorauerunt bestiam, neq; imaginem eius, nec acceperũt characterẽ eius in frontibus suis, aut in manibus suis: et uixerunt, & regnauerunt cum Christo mille annis. Cæteri uero mortuorũ non reuixerunt, donec consummẽtur mille anni. Hæc est resurrectio prima. Beatus & sanctus qui habet partẽ in resurrectione prima. In his secunda mors, nõ habet potestatem, sed erunt sacerdotes Dei & Christi, & regnabunt cum illo mille annis. Et cum consummati fuerint mille anni, soluetur satanas de carcere suo, & exibit ut seducat gentes, quæ sunt super quatuor angulos terræ Gog & Magog, ut cõgreget eos in prælium, quorum numerus est sicut arena maris: & ascenderũt sup latitudinem terræ, & circumierunt castra sanctorum & ciuitatem dilectam. Et descendit ignis à Deo de cœlo, & deuorauit eos: et diabolus qui seducebat eos missus est in stagnum ignis & sulphuris, ubi & bestia & pseudoprophetæ cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum

Et uidi

Et uidi thronum magnum candidum & sedentẽ super eum, à cuius conspectu fugit terra & cœlum, et locus non est inuentus eis. Et uidi mortuos magnos, & pusillos stantes in conspectu Dei: & libri aperti sunt, & alius liber apertus est qui est uitæ, & iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris secundum opera ipsorum: & dedit mare mortuos, qui in eo erant, & mors & infernus dederunt eos, qui in ipsis erant mortuos, & iudicatum est de singulis secundum opera ipsorum. Et infernus & mors coniecti sunt in stagnum ignis. Hæc est mors secunda. Et qui non inuentus est in libro uitæ scriptus, coniectus est in stagnum ignis.

CAPVT. XXI.

Esai. 65. ✶ Et uidi cœlum nouum, & terrã nouã. Primũ enĩ cœlũ & prima terra abijt, & mare iam non est. Et ego Iohannes uidi sanctã ciuitatẽ Hierusalẽ nouã descendentẽ de cœlo à Deo paratã sicut sponsam ornatam uiro suo. Et audiui uocem magnam de throno, dicentẽ: Ecce tabernaculũ Dei cũ hoĩbus, & habitabit cũ eis. Et ipsi populi eius erunt, & ipse
Esaiæ. 25. Deus cum eis erit eorũ Deus. ✶ Et absterſurus est Deus oẽm lachrymã ab oculis eorũ. Et mors ultra non erit, neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor erit ultra, quia prima abierũt. Et di-
Esaiæ. 43 xit qui sedebat in throno. ✶ Ecce noua facio omnia. Et dixit mihi: Scribe, quia hæc uerba fidelia sunt & uera. Et dixit
Esaiæ. 44 mihi: Factum est. ✶ Ego sum alpha & ω, initium & finis. Ego sitienti dabo de fonte aquæ uitæ gratis. Qui uicerit, possidebit omnia, & ero illi Deus, & ipse erit mihi filius. Timidis aũt & incredulis, & execratis, & homicidis, & scortatoribus, & ueneficis, & idolatris, & oĩbus mendacibus pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure, quod est

mors

mors secunda. Et uenit ad me unus de septẽ angelis habentibus septẽ phialas plenas septẽ plagis nouissimis, & locutus est mecũ, dicẽs: Veni, & ostendam tibi sponsam uxorẽ agni. Et sustulit me spiritu in montẽ magnũ & altũ, & ostendit mihi ciuitatẽ magnam, sanctam Hierusalẽ, descendentẽ de cœlo à Deo, habentẽ claritatem Dei. Et lumen eius simile lapidi pretiosissimo (tanquam lapidi) iaspidi cristallizanti: & habebat murũ magnum & altum, habentẽ portas duodecim, & in portis angelos duodecim, & noïa inscripta, quæ sunt (nomina) duodecim tribuũ filiorũ Israël. Ab oriente portæ tres, ab aquilone portæ tres, ab austro portæ tres, ab occasu portæ tres: & murus ciuitatis habens fundamẽta duodecim, & in ipsis (duodecim) noïa duodecim apostolorũ agni. Et q loquebatur mecũ, habebat mensuram arundineã auream, ut metiretur ciuitatẽ & portas eius, & murũ eius. Et ciuitas in quadro posita est, & longitudo eius tanta est, quanta & latitudo, & mensus est ciuitatẽ de arundine aurea p stadia duodecim milia: & lõgitudo & altitudo, & latitudo eius æqualia sunt. Et mensus est murũ eius centũ quadragintaquatuor cubitorum, mẽsura hoïs, quæ est angeli. Et erat structura muri eius ex iaspide. Ipsa uero ciuitas aurum mundum, similis uitro mundo, & fundamenta muri ciuitatis omni lapide pretioso ornata. Fundamentũ primũ, iaspis: secundũ, saphirus: tertiũ, calcedonius: quartũ, smaragdus: quintũ sardonyx: sextum, sardius: septimũ, chrysolitus: octauũ, berillus: nonũ, topazius: decimũ, chrysoprasus: undecimũ, hyacinthus: duodecimũ, amethystus. Et duodecim portæ, duodecĩ margaritæ sũt, per singulas, & singulæ portæ singulis margaritis, & platea ciuitatis aurum mundum, tanquã uitrum perlucidũ. Et templum

plum non uidi in ea. Dominus enī Deus oīpotens templum
Esai.60. illius est, & agnus. ✶ Et ciuitas nō eget sole neq; luna, ut lu
ceant in ea. Nam claritas Dei illuminauit eā, et lucerna eius
Ibidem. est agnus. Et ambulabūt gētes, quæ seruatæ fuerūt in lumine
eius, & reges terræ afferēt gloriā suā in illam. ✶ portæ eius
non claudentur p diem. Nox enī nō erit illic. Non intrabit in
eam aliquid quod inquinat, aut abominationem facit, et men
dacium, nisi qui scripti sunt in libro uitæ agni.

CAPVT XXII.

ET ostendit mihi purum fluuium aquæ uiuæ splendidum
Gal.5. tanq̄ crystallum, procedentē de sede Dei & agni, in me=
dio plateæ eius, & ex utraq; parte fluminis lignū uitæ, ✶ af=
ferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fru=
ctum suum, & folia ligni ad sanitatem gentium. Et omne ma
ledictum non erit amplius: sed sedes Dei & agni in illa
erunt, & serui eius seruient illi. Et uidebunt faciem eius, &
Esaiæ.60 nomen eius in frontibus suis. ✶ Et nox ultra non erit, &
non egent lumine lucernæ, neque lumine solis: quoniam do
minus Deus illuminat illos, & regnabunt in secula seculo=
rum. Et dixit mihi: Hæc uerba fidelia sunt, & uera. Et
dominus Deus sanctorum prophetarum misit angelum suum
ostendere seruis suis, quæ oportet fieri cito. Et ecce uenio ue
lociter. Beatus qui custodit uerba prophetiæ libri huius. Et
ego Iohannes, qui audiui & uidi hæc. Et postquam audis=
sem & uidissem, cecidi, ut adorarem ante pedes angeli, qui
mihi hæc ostendebat. Et dicit mihi: Vide ne feceris, conser
uus enim tuus sum, & fratrum tuorum prophetarum, &
eorum qui seruāt uerba prophetiæ libri huius. Deum adora.
Et dicit mihi: Ne obsignaueris uerba prophetiæ libri huius.

Tempus

Tempus enim propè est. Qui nocet, noceat adhuc: & qui sordidus est, sordescat adhuc: & qui iustus est, iustificetur adhuc: & sanctus sanctificetur adhuc. & ecce uenio cito, & merces mea mecum est, ut reddam unicuiq; ut opus illius erit: ✶ Ego sum alpha & Ω, primus & nouissimus, principium & finis. Esa. 44.
Beati qui seruant mandata illius, ut sit potestas eorum in ligno uitæ, & per portas intrent in ciuitatem. Foris autem canes & uenefici, & impudici, & homicidæ, & idolis seruientes, & omnis qui amat & facit mendacium. Ego IESVS misi angelum meum, ut testificaretur uobis hæc in Ecclesijs. ego sum radix & genus Dauid, stella splendida & matutina. Et spiritus & sponsa dicunt, ueni. Et qui audit, dicat, ueni. ✶ Et qui sitit, ueniat: & qui uult, accipiat aquam uitæ gratis. Esaiæ. 55. Iohan. 7.
Contestor enim omni audienti uerba prophetiæ libri huius. Si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto. Et si quis diminuerit de uerbis prophetiæ huius, auferet Deus partem eius è libro uitæ, & à ciuitate sancta, & ex his quæ scripta sunt in libro isto. Dicit qui testimonium perhibet istorum: Etiam uenio cito. Amen, etiam: ueni domine IESV: Gratia domini nostri IESV CHRISTI cum omnibus uobis, Amen.

NOVI TESTAMENTI TOTIVS, PER DES. ERASMVM ROTERO. NOVISSIME RECOGNITI

FINIS.

ERASMVS
ROTERODAMVS PIO
LECTORI S. D.

Vanquam in rebus diuinis ita subinde caligat ingeniũ mortale, quamlibet alioqui perspicax, ut identidẽ exclamare cogatur illud Apostoli Pauli, qui quanquã raptus in tertiũ Cœlum audisset quædã reconditiora, quã ut expediret ea prodere mortali adhuc corpore grauatis animis, tamẽ Romanis scribens, ubi sermonis progressus cogitationẽ illius propius perduxisset ad aditũ diuini consilij, protinus obstupescens exclamat: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei. Quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & imperuestigabiles uiæ eius. Quis cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Moxq; submittens imbecillitatem humani captus, maiestati numinis, nihil non optime dispensantis, etiamsi ratio consilij non potest à nobis percipi: Ipsi, inquit, honor & gloria in sæcula sæculorũ. Sic ab adorata maiestate sese reuerẽter subducens, transit ad mores instituendos. Obsecro, inquit, uos fratres per misericordiã Dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentẽ. Exclamat itidẽ prophe ta: Iudicia domini abyssus multa. Est tamen quò fas sit prodire piæ curiositati Christianorũ, modo ad Paulinũ exẽplar, simul atq; sen-

atque sẽserit aciem humanæ mentis non ferre lucem illam inacceßibilem, quã pater cœlestis inhabitat, cedat adorabunda, & uenerata numinis inscrutabile mysterium, suam agnoscat imbecillitatem, & ea potius curet ὅτι τοι ὧν μεγάροισι καὶ κῶμ τ' ἀγαθῶντε τέτυκτ. At nescio quo pacto fit, ut hominum curiositas non alibi magis intendat omnes ingenij neruos, quàm in his, quæ & plurimum absunt à captu mortalitatis, & ad uitæ pietatem quàm minimum conducunt. Quod genus ferè sunt illa, quæ disputantur de essentia diuina. Nullum autem mysterium magis ad nos pertinet, quam ineffabile consilium quo Deus per Filium suum restituit humanum genus. In huius contemplatione crebro uersanti, nonnunquam illud mihi uisum est uestigatu dignum, ecquod operæpreaũ fuerit, ut ipse Dei filius, factus homo doctrina sua uiam salutis nobis ostenderet. Nam ingens aliquod operæprecium fuerit necesse est. Atqui uix quicquam est proditum Euangelicis literis, quod non multis ante sæculis proditum fuerit ueteris testamenti uoluminibus, quædam etiam philosophorũ libris. Animas superstites esse corporibus proq; meritis actæ uitæ uel præmijs, uel pœnis affici, præter alios docuit Socrates ille Platonicus. Idem docet non esse uirum iustum, qui malit desinere esse iustus, quàm sustineat haberi iniustus. Docet animũ abducendum ab amore rerum uisibilium, ad studiũ earum, quæ uere semperq; sunt. Docet mortẽ non esse metuendã, sed optandam potius ei, qui bene uixerit. Docet non oportere quenquã suis factis fidere. Sed tamen eum qui conatus est pro uiribus pure uiuere, oportere de benigno Deo bonã habere spem. Hæc an non congruunt cum illis Euangelicis dogmatibus? Et ibunt illi quidẽ in uitam æternam, illi

Univ. Bibl. München

Matth. 5.

nam, illi uero in ignem æternũ. Et beati eritis quũ uobis exprobrauerint homines, & beati quũ uos persequẽtur propter iusticiam. Et nolite uobis thesaurizare thesauros in terra. Et operamini cibũ qui nõ perit. Et nõlite timere eos qui occidũt corpus. Et quũ omnia feceritis, dicite serui inutiles sumus. Iam uero lex illa charitatis, quæ sola cunctas leges cõplectitur, an non planè diligẽtérq; tradita est in uetere testamẽto? Diliges dominũ Deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, ex totis uiribus tuis, & proximũ tuũ tanquã teipsum. Quid potuit inculcari diligẽtius, quid efficacius exprimi? Iam illa charitatis Euãgelicæ præcepta, quibus iubemur esse misericordes, ac benefici ergà egenos, sic inculcantur in prophetarũ ac ueteris testamẽti uoluminibus, ut uix poßint uel apertius, uel accuratius. Clamat Esaias: Subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite uiduã. Rursum alibi: Dimitte eos qui confracti sunt liberos, & omne onus disrumpe. Frange esurienti panẽ tuũ, & egenos uagosq; induc in domũ tuam. Quũ uideris nudũ operi eum Christus docet, omni petenti tẽ da. At Deuteronomij liber, hoc ipsum etiã efficacius. Non erit inquit, in tẽ egens, ut benedicat tẽ dominus Deus tuus. Plus enim exigere uidetur qui iubet curari ne quis egeat, quã qui iubet dari petenti. Quin & illud quod Euangelicæ philosophiæ uidetur esse peculiare, quibus in rebus sita sit Christiana beatitudo, licet apud Esaiam audire. Dominus IESVS dixit: Beati pauperes, beati qui esuriũt, beati qui lugent. Quàm his concinit Esaias: Ecce, inquit, serui mei comedent, et uos esurietis. Ecce serui mei bibent, & uos sitietis. Ecce serui mei lætabuntur, & uos confundemini. Ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis, & uos clamabitis præ dolore cordis. Chri

Ioh. 6. Luc 12

dis. Christus ait, Beati eritis quum uos oderint homines. Quid Esaias? Ne metueritis, inquit, ignominiã ab homibus, & contemptu illorũ ne minuamini. Postremo qd proprie uidebatur Euangelicæ perfectiõis, ne læsi referamus iniuriã, ut diligamus & inimicos, ut bene mereamur de male merẽtibus, an non, et Esaias docuit, quũ ait, Diate fratres nostri estis, eis qui uos oderũt. Rursum quũ præcipit Zacharias, ne quis meminerit malitiæ proximi sui. Rursum quũ p prophetã clamat dominus, Mihi uindicta, & ego retribuã. Ac ne exẽpla quidẽ euãgelicæ perfectiõis desiderãtur in ueteris testamẽti libris. Nã & Moses deleri postulat de libro Dei ni rebelli populo cõdonaret peccatũ, Et Aaron intercedit pro cõiuratis aduersum sese. Neq; desunt exempla fortiũ, qui pro iusticia passi sint extrema, quẽadmodũ Euãgelici Martyres. Quod si quis requirit miracula, cõperiet excitatos mortuos, sanatũ leprosum, auctã oleo lechytũ, nõ defeciſſe hydriã farinæ, ignem cœlitus demissum absumpsisse carnes uictimæ, multa ui aquarum perfusas, fontẽ ad uirgæ ictum exilijsse è petra, aquas, iniecto ligno ex amaris ac pestiferis factas dulces ac salubres, aliáque non pauca notiora quàm ut hic sint repetenda. Nec illic sacræ triadis siletur mysterium. De patris nomine plena sunt omnia, filij locis aliquot mentio, quẽ Augustinus testatur sese et in Platonicorum libris repperisse. Spiritus diuini nomen ac uis non tacetur. Reuuisentiam corporũ docuit Iob, & ante Christã natũ credebãt Pharisæi. Hæc: inquã, omnia quum tot retro sæculis fuissent prodita, quid erat illud nouũ cuius gratia filius Dei descẽdit in terras, qui se profitetur nouatorẽ omnium? Equidẽ dicã meã sententiã, sed ita ut integrũ sit suum cuiq; iudiciũ, si quis quid habet, quod uerò sit

propius.

propius. Quum uetus Testamentũ fuerit umbra ac ueluti progymnasma philosophiæ Euãgelicæ, quumq; Euãgelica doctrina sit instauratio simul & perfecto naturæ, ut erat primũ condita syncere, mirum uideri nõ debet, si philosophis quibusdam ethnicis, datum est naturæ ui quædã animaduertere, quæ cũ doctrina Christi consentiant, quum, teste Paulo, ijsdem cõtigerit ex uisibili mundi fabrica ea colligere, quæ nõ oculis, sed animo comprehenduntur, usq; ad sempiternam Dei uirtutem ac diuinitatẽ, & maxime cõgruebat ut nihil adferret Christus, cuius non aliqua uel umbra, uel scintilla præcesisset in ueteris Testamenti libris, quo propensior esset omnium fides, ad rem non omnino subitam atque expectatam. Primum igitur quicquid Christus præstitit, promissum est sacrorum uatum oraculis, adumbratum est figuris, & carptim etiam expressum est, ueluti subinde promicantibus hinc, atq; hinc scintillulis aliquot, quæ lucem illam post erupturam orbi portenderent. Quid igitur eximium habet ille rerum omniũ innouator? Multa sanè. Primum quod absolutæ uirtutis, uel præcepta uel exẽpla, quæ per partes aliæ ab alijs prodita fuerant, hic unus & tradidit & expressit omnia. Nec tradidit solum, sed infixit, inculcauit, uarijsq; parabolis sic ipressit animis omniũ, ut elabi nõ possint. Et sic expressit moribus ac factis, ut tota uita nihil aliud sit quã absolutum quoddam exemplar absolutæ charitatis, modestiæ tolerantiæ, clementiæ, ac mansuetudinis. Hãc harmoniam, hũc omnium uirtutum concentũ in nullo sanctorum reperies, præterquam in uno Christo IESV. Siquidem hic erat uere sermo ille contractus & in compendium redactus, quem tandem fecit dominus super terram, in quo recapitularet omnia, quæ in cœlis.

cœlis & quæ in terris, ut quæcunq; è tot libris, è tot sanctis uiris ante petebãtur, nunc compendio ab uno Christo longe tum expreßiora, tum absolutiora compẽdio sumi poßent. Ab hoc semina ac uelut elemẽta pietatis, ab hoc progreßus & auctus, ab hoc perfectio rectißime sumitur, qui est alpha & Ω rerum omnium. Quanquam hoc ipsum quod uirtutis emicuit in sanctis Christi munus est, tamen nihil in eis tam eximium est, quod non frigeat, & obscuretur, si ad Christi doctrinã & facta conferatur, ut ne dicam interim quod aliorũ uita sic enituit aliquot eximijs uirtutibus, ut eadem aliqua ex parte uicijs saltẽ humanis obscuraretur, Christum quacunq; ex parte contempleris, nihil deprehendes non absolutum ac perpetuum. Quis enim unquam mortalium tanta præditus innocẽtia, tanta potestate, tot miraculis clarus, tot beneficijs liberalis in omnes, sic se deiecit, sic perpetua mansuetudine pertulit hominum infirmitatem, ingratitudinẽ, peruersitatẽ usq; ad flagra, usq; ad sputa, usq; ad conuicia, usq; ad crucem. Quis sic omnia perfecte docuit, & præstitit absolute quæ docuit? Vincit & hoc titulo, qd' Iudaica iustitia, finibus angustis circumscribebatur, nec ultra gentem unam, eamq; non amplam proferebatur. Dabis absq; fœnore mutuum, sed fratri tuo. Ne memineris malitiæ, sed fratris tui. Nõ erit egẽs, sed inter uos. At Christus suã philosophiam cunctis totius orbis nationibus communem eße uoluit. Da omni petenti te. Benefac omnibus etiam inimicis. Deprecamini pro omnibus etiam persequentibus uos. Porrò corporum resurrectionem non modo docuit, & inculcauit, uerum etiam præstitit ipse reuiuiscens. Itaq; non mirum est, si philosophiã euangelicã totus mundus ante in uarias philosophorum & religionum

ligionũ sectas diuisus, unanimi consensu amplexus est. Amplectamur et nos doctoris ac principis nostri monumẽta, demusq; operam, ut illius philosophia quàm latissime propagetur. Id fiet si eam omnibus innocentia uitæ, mutuaq; charitate commẽ demus. Hac cõmendatione olim annis non ita multis, frustrare bellante mundo, per omnes orbis plagas diffusa est euangelica philosophia. Quẽadmodum aũt nomẽ Dei glorificatur sanctis moribus Christianorũ, & quodã modo dehonestatur et infamatur uicijs nostris, ita nostris moribus cæteri mortales uel allicuntur ad amorẽ Euãgelij, uel alienãtur. Mundus iam olim belli geratur cũ Christo. Cæterum ubicunq; sunt cupiditates rerum mundanarũ, ibi mundus est. His obnoxios offendit Euãgelica ueritas. Hi cõspirati deuotis animis subinde cooriũtur aduersus sermonẽ cœlestẽ, dicentes, Venite opprimamus eum, quoniam cõtrarius est operibus nostris. Nos autem fortibus & inuictis animis cõtrà nitamur, nõ iurgijs, non minis, non armis, non iurijs, sed simplici prudẽtia, sed benefactis, sed mãsuetudine et tolerantia. Hac uia superat Euãgelica ueritas. Viuit adhuc & regnat Christus, qui nouit & malorum tumultus, & bonorũ afflictiones in suam gloriam uertere. Ei sit honos & imperiũ in omne æuum, Amen.

FINIS.

ARGENTORATI IOHANNES CNOBLOCHVS EXCVDEBAT, PRIDIE CALENDAS SEPTEMBRES.

ANNO M. D. XXIII.

(in die) indicij. compositio) ordinate. tribuū) vbertē.
(comune) unitum. contristatiue) ostenditur. comun) libertas christiana

mus ita q̄ cū christ dicit. Estote prudentes sicut serpentes. simplices autem, sicut columbe

cap 16

Hof

Lat

in christū ad

gallatas

reprehensum) indicabam. ad ētrouersiā) insensatos. Lat
stupidos. nusq̄ nō) semper agit. tales nunq̄
vituperaba) vituperaba. cōtestatiōn) ratiōn & cōmodā
visceru) ordinatq̄ amor. similit asserti sitis) eadem sonu habetis
inimici) extranei fiat) er thatt sich gemeinet. mus
detestandi patibuli quod sontibus ducitatis et
maleficis debebat. & cōsolatio) adhortatio
hristlicher trost

IN coenam Iosephg

Actis 6 Scena 1 Periocha

Sepe scriptis inigr

Scribis conquerens legis im

Dominum fac scrip paritq moros

Dominum fra ara scripturg mirg

Eucharistia i gratiarum actio

Mortis commemoratio fidei confessio

fidei confessio tio Eucharistia idem gratiarum

actio sub signis panis et vini

verum christi corpus edunt ac bibunt

sanguinem

In cena dñi

In cena dñi

In cena dñi

In cena dñi

Mortis commemoratio

Eucharistia i gratiarum actio

fidei confessio sub signis

panis ac vini verum christi

corpus edunt ac bibunt sanguinem

bibunt

Univ. Bibl. München